

CLAVDII GALENI PERGAMENI

De anatomicis administrationibus libri nouem.
De constitutione artis medicæ liber.
De Theriaca, ad Pisonem commentariolus.
De pulsibus, ad medicinæ candidatos liber.

Per IOAN. GVINTERIVM ANDERNACVM *latinitate iam recens donata.*

BASILEAE apud And. Cratandrum,
An. M. D. XXXI.

IOANNIS GVINTERII ANDERNACI AD CHRISTIANISSIMVM FRANCORVM REGEM FRANCISCVM, EIVS NOMINIS PRIMVM, PRAEFATIO IN GALENI LIBROS DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS.

QVVM anno superiore opus quoddam Galeni è Græco in Latinũ traductum sermonem, REX CHRISTIANISSIME iuxta acclarissime, augusto tuo nomini dedicassemus, cœpisti nos tanquam uocis tuæ classico, qua es etiam in minorũ gentium uiros humanitate præditus, animare, hortaríq; ut reliquos eiusdem autoris commentarios, si qui nostris essent intacti hominibus, Latinitate donaremus. Quod nunc & autoritate tua, & cõmunium studiorũ ratione adducti fecimus: nempe suscepimus interpretandum Claudij Galeni Pergameni de consectionibus administrandis, deus bone, quem librũ, siue autoris peritiam facundiamq;, siue rei de qua tractat, dignitatẽ utilitatemq; cõsideres. Quid enim magis arduum fuerit, quàm rebus obscuris abstrusisq; lucem dare, omnibus uerò naturam, ut ait ille, & naturæ suæ omnia? Quid dignius, amâbo, quispiã exopter, quàm corporis sui harmoniam fabricationemq;, & omnis naturæ humanæ figuram atq; perfectionem, hoc est, quàm se ipsum cognoscere? Olim tanto in honore habita est Anatome, ut clarissimos quosq; non modò Philosophos, aut Medicos, sed Patricios etiam, & primæ, ut ita dicã, notæ uiros in ea ponere industriam non puduerit. Testes sunt locupletissimi, Boethus Romanorũ Consul, eorundem Prę fectus Paulus Sergius, aliiq; id genus principes, & rebus bellicis, & doctrina celeberrimi. Hippocrates sanè, & Plato, duo in Philosophia ueluti Achilles, inter Medicinæ partes, Anatomæ primas, secundas, & tertias tribuunt. An enim quicquã Medico ad accuratam artis suæ cognitionem æquè conduxerit, ac singularũ partium situm, figuram, magnitudinem, et usum habere perspectũ? Quum enim tela extrahimus, continuata diuidimus, putrifica uitia & abscessus secamus, scire operæprecium est, ubi neruus aut musculus insignis situs sit, ubi arteria aut uena grandior. Aliquando siquidem membri quod curandum est, sensum, interim motum, sæpe utrunq; aboleri Anatomæ imperitia contingit. Non dico quid arterijs in sanguinis detractione pertusis eueniat. Iam in præsagijs quantum habeat momenti exacta partium cognitio, facilius cogitare, quàm uerbis eloqui possum. Omitto prudens, ne fiam prolixior, quos errores in latentium uiscerum curatione Medici parum in consectionibus exerciti, cõmittunt. Solet enim partium corporis ignorantia in rebus securis timidos, in periculosis securos plerunque efficere. Qua de causa uerius quàm alia, nostris ipsi periculis discere, & per mortes experimenta agere dicuntur. Nam quemadmodum in Oratore si felix desit locorum inuentio, ut cætera illi concessa sint amplissimè, nihil est quòd magnũ abs se quippiã effici putet: ita Medicus nisi omnes corporis humani particulas adamussim habeat cognitas, non est quòd egregium se aliquid in arte sua facturũ confidat. In summa, Anatome quasi Medicinæ fundamentum est: quo sublato cætera omnia collabi necesse est. Intellexerunt hoc nimirum prudentissimæ ueterum Medicorum familiæ, quæ pueros domi, ut lectione & scriptura, sic etiam cadauerum consectionibus exercebant. Ita nanq; instituti nõ aduersa Musa deinde studijs incubuerũt. Hoc seculo, proh dolor, magna professorum Medicinæ pars modo non principalium uiscerum regionẽ ignorat, tantũ diuina illa Asclepiadum ars à pristino cultu ac nitore degenerauit. Verùm eius rei culpam non tam in Medicos, quàm in temporum infelicitatẽ, quæ omnia in peius degenerare coẽgit, reijciendam existima-

uerim. Quare nunc magnæ DEO OPTIMO MAXIMO à nobis gratiæ haberi debent, quòd inter omnes disciplinas Medicinam ueluti ab inferis reuocatam uoluerit, tot egregijs autoribus quotidie in lucem prodeuntibus. Latuit in hunc usq; diem nobile Galeni opus de Anatomicis administrationibus, magno indubie studiosorum dispendio. Dolendum uerò est, aliqua ex parte mutilum id (nam quindecim libris comprehensum erat) ad nos peruenisse. Quanquã audio apud quosdam integrum haberi, sed ita, ut nullum sui usum præbeat. Tales nimirũ sunt qui soli sapere, neminem in doctrinæ participatum uolunt recipere. Hos liuoris tinea comest, rubigo subrodit inuidiæ: hi profectu contabescunt alieno: execrabile hominum genus, & quouis dignum supplicio. Nos itaque nouẽ illos libros, qui in uulgato codice habentur, in latinam orationem conuertere sumus aggressi, optantes eos quamplurimis fieri cõmunes. Quem laborẽ nemini iustius quam tibi Rex optime adscribimus, ut qui nos ueluti Mycenæus ille Agamemnon in bello Troiano, ad eum subeundum instigaueris, idq; magnifico donato munere. Adscribimus autem tibi, non tanquã in excelsissimo humani generis fastigio posito, summa prudentia, & animi iudicio prope dixerim cœlesti prædito condignum, sed ut aliquid ex clarissimo tuo nomine patrocinij nancisca, auspicatoq; in uulgus procedat. Vix enim tuti erimus à rabiosulis quibusdam, & malè feriatis hominibus, qui ingenuos cuiusq; conatus eleuare, non meliora facere didicerunt. Quippe hi omnem orationem ut putidam respuunt, & quodcunq; uerbum allatrant, lautioris eloquentiæ institores: opinanturq; cæteros quasi in Tullianorum officina non perpolitos, nequicquã ad palmæ speciem aspirare, aut secundæ, aut tertiæ. Quantum sanè ad nostras partes attinet, laboratum est in hoc commentario haud mediocriter: primùm, quòd ferè nulli inter emunctos latinæ linguæ scriptores habeantur, quos in Anatome explicanda æmulari potuerimus: deinde quòd Græci in ea potissimum Medicinæ parte multò Latinis sint locupletiores, & in effingendis rerum uocabulis multò liberaliore natura, & beatiore: demũ quòd nec liceat nobis esse tam disertis, qui seueriores Musas colimus. Porrò auxit laborem exemplar ab Asulani officina profectum, tot scatens mendis, ut in suum id nitorem restituere, immensi cuiusdam operis esse uideatur. Iuuit autem in locis aliquot, ne quisquã sua defraudetur laude, uetus quædam ualatio, nuper mihi à quodam familiari allata: quam typographi Bononienses uiro cuidam magni nominis uitæ defuncto, ut esset uendibilior, ficut conijcio, adscripserunt. Nam quisquis ille interpres fuerit, si exordia librorum excipias, reliqua tam obscurè uertit, ut à nemine queat intelligi, dum uidelicet schemata græca pugnante Latinorũ idiomate reddere totidem uerbis nititur, idq; Medicinæ imperitus: quemadmodum Cocles ille in Dioscoride, & Nicolaus Calaber in quibusdam Galeni operibus factitauit. Verùm nos autoris mentem fideliter exprimere conati sumus, nunc ad uerbum, nunc ad sensum, ne latinitati uim adferremus: atq; hæc omnia sermone simplici, & quantũ licuit puro. Proinde has nostras, REX CLARISSIME,

lucubrationes læta rogamus fronte excipias, ut & in posterum maiora libeat & scribere, & in publicũ ædere. Vale, Lutetiæ.

Anno M. D. XXXI. XV. Calend. Martias.

IN SEQVENTES GALENI libros index.

A.

Abdominis musculi. 33. C
Abdominis sudi ratio. pagina 34. B
Abdominis sutura, quam uocant γαστροραφίαν. pagina 34. B, 38. D
Actionis cognitio ad quid conducat. 2. D
Alimenti communes usus. pag. 37. D
Anatomæ exteriorum utilitas. 8. D
Anatome quomodo physicæ subseruiat. 9. A
Anatome utilissima & necessaria quæ sit. 9. B
Angina laborantium pulsus. 86. D
Animantiũ genera homini proxima sex. 25. A
Apoplecticorũ pulsus. pagina 86. D
Aranæ artes. 77. D
Arria curata uino ex absinthio confecto. 72. A
Arteria uenosa. 45. B
Arteria aspera. 44. B
Arteria maxima. 44. B
Arteriæ duas habent tunicas. 45. C
Arteriarum genus duplex. pag. 44. B
Artes naturæ in formando fœtu. 77. C
Artes factiuæ multæ. 61. C
Artiũ uaria genera. 61. B. C
Artus structura, non appellationibus sibi respondent. pag. 15. D

B.

Bestiarũ probatio quæ ad medicamen utiles, & quæ non. 79. A
Bilis receptacula. 38. A
Brachiale quid. 4. C
Brachialis musculi. 5. C
Brachij nerui. 16. D, 17. A
Brachij consectio. 17. A. B
Brachij neruorũ exteriorũ principia duo. 17. A
Brachiũ unde incipiat. 17. B
Bronchus. 44. B

C.

Cachexia. 80. A
Camelus ruminat. pagina 38. B
Cameli cerebrum comitiales sanat. 76. A
Caro non eandam ubiq; figuram seruat. 46. C
Caro ex sanguine nascitur, neruus & ligamentũ ex semine. 62. D
Caro, unũ specie elementũ esse non potest. 63. C
Catochorũ pulsus. 86. C
Cerebrum uenis & arterijs implexum est. 59. A
Cerebrum anterius. 58. B
Cerebri membrana. 44. B
Cerebri septũ uentriculos eius discernens. 57. D
Cerebri pars posterior. 58. B
κοιλοδόχοι meatus. 38. A
χώνη. 57. D
Cibi alteratio maxima ubi fiat. 37. D
Cibus cõfectus per uenas in corpus distribuit. 37. D
Coccyx quid. 36. D
Cõmunis alimẽti usus. 37. D
Conarium. 59. B
Contrariorum contraria media. 65. C
Conuulsorũ pulsus. 86. C
Cor animosæ uirtutis initium. 47. A
Cor neruis ad suã functionem non indiget. 47. A
Cor inuoluentia quæ uocent. 47. B
Corde detecto quidam superuixerunt. 49. A
Cordis os. 47. C
Cordis motus non arbitrarius. 46. C
Cordis caro dura & fibrosa. pag. 46. C
Cornigeris quare superiores dentes desint. 38. B
Corpus humanum ex anatome cognoscitur. 61. D
Corporis sani & ægri habitus notio. 64. C
Corporis status triplex. pagina 64. C
Corporis totius tres dimensiones. 82. D
Costa decimatertia rarò uisitur. 51. B
Costa undecima rarius inuenitur. 51. B
Costæ spuriæ seu nothæ. pagina 30. B, 51. C
Costæ duodecim. 51. B
Costarum membrana læsa quid efficiat. 52. D
Costis omnibus sedes duplex. 51. B
Coxarũ musculi. 11. D, 12. A
Crura propria homini. 23. C
Cubiti uenæ superficiariæ. pag. 20. C
Cubiti cutis, & digitorum primùm auferenda. 4. C
Cubiti musculorum externorum dissectio. 5. C
Cubiti musculi, & ligamina. pag. 4. C
Cubiti consectio. 17. D
Cubiti musculi externi ostio. pag. 6. A
Cubiti musculi interiores quinque. 5. C
Cynocephali. 2. A
κυνόδοντες. 2. A

D.

Dentes τομεῖς. 26. B
Diaphragma quid in spiratione agat. 54. B
διαφράττοντες. 35. C
Diastoles quantitas. 82. D
Disciplinæ rerum sunt recordationes. 71. C

E.

Efflatio quid sit 55. C
Efflatio quomodo pe-

reat. pagina 52. C
ἐγκράνιον. 58. B
Elephantiasi obnoxiorum pulsus. 87. B
Epilepticorū pulsus. 86. D
ἐπίπλοον & ἐπιπλοῦν. pagina 47. C
Euacuatio quæ optima. pagina 68. A
Excoriatio quid sit. 16. A
Excrementa & superflua. pag. 37. D

F.

FAciei musculi. 23. D
Familiares quare citius agnoscuntur. 2. B
Fellis uesica. 38. A
Fibræ robore ac crassitie uariant. pag. 46. C
Fibrarum cognitio necessaria. pag. 23. D
Femur in crure respondet brachio in tota manu. pagina 15. D
Fœtus non parentibus solùm similes. 77. C
Fraudes per quos fiant in medicamento. 71. D

G.

Galene uocata theriace. pagina 79. C

H.

HErnia quid uocetur. pagina 47. C
Hippocratis sententia de medicaminibus exhibendis. 73. B
Hippocratis in abigenda peste consilium. 80. D
Historia de cursore. 10. C
Historia de Pisonis filio. pagina 72. A
Historia elegans & uetus. pag. 77. C
Historia de pernicioso belandi modo. 73. C
Historia de regina Cleopatra. 75. C
Historia elegans de Mithridatis morte. 81. A
Hydropum pulsus. 87. B

I.

ICtericorum pulsus. 87. B
Ictus & intermissi differentia in pulsibus. 83. A
Iecur quid agat. 37. D
Iecur magnum timidis inest, & gulosis. 41. A
Iecoris fibrarum situs. 41. A
Iecoris fibræ non pares numero. 41. A
Iecoris maxima portio dextram sedem occupat. pagina 41. A
Imperatores cum dijs comparantur. 71. D
Imperatorum mira dexteritas. 71. D
Imperatorum studia in amicis seruandis. 72. A
Instrumenta prima ratione facta. 37. D
Instrumenta secunda ratione facta. 37. D
Instrumenta tertia ratione facta. 37. D
Instrumenta recrementorum conceptacula. 38. A
Instrumenta triplicia. 37. D
Instrumētarij affectus. 67. D
Intercostalis tertij, quarti, sexti, septimi musculorum solutio grandē adfert noxam. 53. B
Intercostalis primi musculus actione insimatus minimam adfert offensam. pagina 53. B
Intestinum cæcum. 41. B
Intestinum duodenū. 41. B
Intestinum medium. 48. A
Intestinum ieiunum. 41. B
Intestinum colon. 41. B
Intestinum tenue. 41. B
Intestinum rectum. 41. B
Intestinorum exortus. 41. B
Intestinorum natura omnium eadem est. 41. B
Iocinoris uenæ tunica. 41. C
Iocinoris portæ quæ. 14. C

K.

κάμαξ. 1. C

L.

LAbrorum substantia. pagina 25. B
Lenos cerebri. 58. A
Lethargicorū pulsus. 86. A
Lien terrestre excrementū recipit. 38. A
Lien albus frigidioribus animantibus inest. 41. B
Lien niger in calidis animantibus. 41. B
Lienis uena. 41. B
Lienis situs. 41. B. 47. C
Ligamenta quæ nominentur. pag. 3. B
Logica necessaria ueritatē inuestiganti. 64. B
Lyci commentarius. 2. C

M.

MAnus in solo homine. pag. 23. C
Manus unam arteriā, duas autē uenas habet. 18. D
Manus summa quid uocetur ab Hippocrate. 15. D
Manus extrema respondet pedi. 15. D
Marcescentiū pulsus. 85. C
Marylli mimographi filius curatus. 49. A
Maxillæ motus quot. 24. B
Meatus urinarij. 38. A
Medicamēti probatio. 71. C & 72. B
Medendi methodus unde incipiat. 64. A
Medendi methodus. 61. C & sequentia.
Medicum quid considerare oporteat. 64. D
Medicina ars factiua est. pagina 63. D
Medicaminis adulteratio ex perimentum. 71. C
Medicamina quædam diuersis cōstāt uiribus. 72. D
Membranæ succingentes ἐπωμίδες. 35. C
Membrana cerebrum contegens dura. 57. C
Membrana cerebri tenuis. pagina 57. C
Membranę intercipientes. pagina 35. C
Meninges qd uocent. 58. C
μεσάραιον, & μεσεντέριον. 48. A
Milui caput podagricis utile. pag. 76. A
Moderata sectio qd sit. 16. A
Morborum magnitudo & mores ex quibus deprehendantur. 67. A
Mortis nouū genus in Alexandria. 75. D
Muris aranei ictus curatio. pagina 76. D
Musculi, arteriæ, & uenæ cruris pedisq;. 22. C. D
Musculi recremētis egerēdis subseruientes. 38. A
Musculi buccarum. 24. A
Musculi temporum. 24. B
Musculi quando motu priuentur. 54. B
Musculi massiteres q. 24. B
Musculi post ossa discendi. pagina 2. C
Musculi cubiti interiores quinque. 5. C
Musculorum functio subinde quiescit. 46. C
Musculorum genera quatuor in pede. 13. C
Musculorum caro rubicundior est. 46. C
Musculus nullus extra manum summā habet. 18. D
Musculus laryngis. 29. D

N.

NAturæ & medici cura uaria. 65. C
Nerui & uenæ nō eandem posituram, uel numerū, uel gracilitatē perpetuò retinent. 16. D
Nerui in obesis occulūtur. pag. 16. C
Nerui in macilentis conspicui. pag. 16. C
Nerui ex cerebi substantia. pagina 14. C
Nerui quid. 3. B
Neruis intercepti uox perit. pag. 53. B
Neruorum prima coniugatio. 55. D
Neruorum origo. 55. D
Neruorum cōiugationes, secūda, tertia, quarta. 55. D
Neruosæ exilitates musculorum. 3. B
Neruus in brachium de spinali medulla ingrediens. pagina 17. B

O.

OMentum quid uocetur. pag. 39. C
Omentum primaria ratione factum. 38. C
Omentum maximum homines obtinent. 39. C
Omenti gestores ὠμπλοικὸν μῦαι. 39. C
Omnes nerui utrāq; facultatem habent. 46. D
Oris functiones qnq;. 24. B
Oris musculorum quinq; genera. 24. B
Orthopnœæ pulsus. 87. A
Os θυρεοειδὲς. 23. B
Os iugale. 26. A
Ossa quomodo inspiciunda. pag. 1. D
Ossium substātia quid prę stet. pag. 1. C
Ossium natura perdiscenda. pag. 2. C
οὐρητῆρες meatus. 38. A
ὠσταλγία. 2. D

P.

PApaueris succus. 77. A
Paralyticorū pulsus. pagina 86. D
πᾶχυκέφαλις. 58. B
Partiū structurę scopus. 37. D
Passio in qbus cōsistat. 63. D
Pectus, solidum os apparet. pag. 51. B
πεδικάρδιον. 35. C
πεδιόσεως membrana. 56. C
Peripneumonicorum pulsus. pag. 86. A
Peritonæum unde nomen sumpserit. 38. D
Peritonæum arancarum fibris simillimum. 34. B
πεδιτὰ, & πεδιτώματα. 37. D
Pes quatuor musculorum genera habet. 13. C
Pes humanus ex quibus constet. 15. D
Pharmaca componendi uetus modus. 73. B
Phrenes quid. 33. B
Phrenes & septū transuersum idem. 39. B
Phreniticorum pulsus. 86. B
Pleuriticorum pulsus. 85. B
Plexus χορεοειδὴς. 59. A
Præsagiorum utilitas. 68. A
Prima cibi mutatio ubi fiat. pagina 37. D
ψαλιδοειδὲς. 59. B
ψόαι, lumborū carnes. 36. B
Pubis uasa. 22. C. D
Pulmonis fibrę numero pares. pag. 48. B
Pulmo qualis mortuo animante. 48. B
Pulmo thoraci non contiguus. 56. D
Pulsuum æqualitas & inæqualitas. 83. A. B
Pulsuum causæ. 83. C
Pulsus hominum uarij. pagina 83. D & 84. A. per tot.
πνελὸς cerebri. 57. D
Pylorus quid. 39. D

R.

RAdij musculi peculiares. 6. C
Recti intestini pars ima. pagina 38. A
Ren dexter elatior. 42. A
Renes excrementum leue capiunt. 38. A
Rerū præter naturā existentium tria genera. 68. D
Respiratio. 51. D
Respiratio maior à quibus fiat. 54. B
Respiratio parua diaphragmate efficitur. 56. C
Ruminantia animalia quæ

pagina 38. B

S.

SCapularum consectio. pagina 30. B
σκελετοί. 1. D
Sectiones transuersæ. 2. D
Septi substantia. 39. A
Septi transuersi consectio. pagina 35. B
Septū transuersum secundum Platonem. 33. B
Simia hominis ridicula simulatio. 23. C
Simia homini similis. 1. D 30. B
Spinalis sectio quid efficiat. pag. 54. D
στελχιδόεια. 41. A. C
Stomachi affecti pulsus. pagina. 87. A
Sutura abdominis. 38. D
Sutura λαβδοειδής. 57. D
Symptomatū genus in tres diuiditur differentias. pagina 66. B
Syncope correptorum pulsus. pag. 87. B

T.

TAbidorum pulsus. pagina 86. A
Tendo latus tibiæ ossi adhæresces. 10. A
Theriaca apud omnes celebrata. 71. C
Theriacæ probatio. 71. C
Theriacæ præparatio. pagina 73. B. 78. B
Theriaca ad qd ualeat. pagina 73. D
Theriaca qui potissimū utantur. pag. 71. C
Theriaca exercituum ducibus necessaria. 73. C
Theriaces usus tempus. pagina 79. B
Theriaces potionis mensura. pag. 79. C
Theriace ad qs ualeat morbos. pag. 79. C. D. & 80. A. B. C. D
Theriaci salcs. 81. B
Tibia respondet cubito. pagina 15. D
Tibiæ musculi. 12. B
Timidis & gulosis magnū inest iecur. 41. A
Trifolij mira uirtus. 73. A

V.

VAletudinis tuēdæ methodus. 69. C
Vena caua primùm occurrit dissecanti. 35. D
Vena arteriosa. 45. B
Vena quid appelletur. pagina 57. D
Vena σελχειῶδες. 41. A. C
Venæ una tunica constāt. pagina 45. C
Venæ cibum cōfectum in totū corpus deriuant. pagina 37. D
Venę supra clauiculam affectis quę incidendę sint. pagina 20. C
Ventriculi plures qbus insint animantibus. 38. B
Ventriculi multiplices quibus insint. 38. A
Ventriculus quid. 37. D
Veratrū qui assumpserint pulsus. pag. 87. B
Veritatem inuestigare uolenti septem sunt necessaria. pag. 63. B
Vermicularis excrescentia quid uocetur. 60. A
Vertebræ quot sint. 51. B 38. A
Vesica. 72. A
Vini absinthites uirtus. pagina 72. A
Vipera percussi curatio. pagina 76. D
Viperarū capita quare amputentur in confectione Theriacæ. 73. D
Virium refectionē quibus fieri iubeat Hippocrates. pagina. 77. B
Vnguium natura. 14. C 84. C
Vomicæ pulsus. 87. B
Vox neruis intercepti pulsus. pagina. 43. B 77. D
Vrsæ artificium. 87. B
Veteri suffocati pulsus. 87. B 88. C
Vulgaris anatome. 35. C

Y.

ὑποζωννύντες. 20. A

Z.

ζυγῶμα.

FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER PRIMVS.

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

ANTEA QVOQVE ADMINISTRAtiones Anatomicas conscripsi, quum primùm nuper ex Græcia Romā sum reuersus, initio principatus Antonini, qui nobis etiam nunc imperat: rursus tamen alteras hasce duplicem ob causam literis mandare mihi uisum est. Primū, quòd Flauius Boethus Romanorū Consul, quum ex urbe in suam ipsius patriam Ptolemaidem proficisci institueret, precibus me compulerit, ut priores illas administrationes sibi præscriberem: tam enim Anatomicæ speculationis amore flagrabat, quàm mortalium, qui uixerunt unquam, nemo alius. Dedi igitur iam discedenti præter alios commentarios etiam de administrandis consectionibus opus, libris duobus comprehensum: cuiusmodi ueluti memoriæ admincula desiderabat, ueritus ne multorum quæ exiguo tempore apud nos uiderat, obliuisceret. At quoniam fato ille functus est, nec ego cōmentariorum exemplarium copiā amicis possum facere, ijs uidelicet quæ Romæ habueram, per incendiū amissis: ideoq; rursum ab illis rogatus, satius esse putaui alios conscribere. Altera causa est, quod hoc opus, eo quod tunc condideram, longè melius reddetur: putatum libris fusè perspicuitatis gratia explicatis auctius, tum diligentia exactius. quippe multas interea consectionum speculationes adinuenimus. Siquidem quū Boēthus adhuc Romę ageret, libros de Hippocratis Anatome, & Erasistrati absoluimus, præter illos de uiuis resecandis, item de mortuis, insuper de respirationis causis, & de uoce commentarios. Porrò à discessu Boēthi ingens uolumen de particularū usu composui, quod septemdecim libris absolutū uiuēti adhuc illi misimus. Verùm de thoracis & pulmonis motu trets olim commentariolos adolescēs exaraui, sodali in patriam longiore interuallo redeūti gratificaturus, qui publice aliquod artis suæ specimen

C ædere cupiebat, sed orationibus ad ostentationē sibi componendis partū eratidoneus. Quo etiam mortuo accidit ut cōmentarij in multorum manus excíderent, quamuis in hoc nō parati ut æderentur. Nam degens adhuc in Smyrna, Pelopis audiendi gratia, qui secundus post Satyrum Quinti discipulū præceptor mihi obtigit, scripsi sanè ipsum, nondum planè magni quippiam, aut noui, quod mentionem dignum esset, dícere conatus. Postea uerò quū fuissem Corinthi, ut operam darem Numisiano, qui & ipse celeberrimus Quinti auditor extitit: item in Alexandria, tum apud alias quasdam gentes, quibus cum Numisianum Quinti discipulum conuersari audiebam, deinde in patriam meam perrexi: in qua haud ita diu commoratus, Romam repetij: ubi permultas Boëtho confectiones ostendi, præsentibus quidem ei semper Eudemo Peripatetico, & Alexandro Damasceno, qui nunc Athenis publica peripateticæ disciplinæ professione dignatur: subinde uerò & alijs plerisq; uiris præclaris, quemadmodum & Sergio Paulo Consule, nunc Romanorum præfecto, uiro tum rebus, tum disciplinis philosophicis per omnia præcipuo. Tunc itaq; Anatomicas, id est incisorias administrationes in Boëthi gratiam composui, multa sanè & perspicuitate, & exacta diligentia ijs quas nunc paramus, inferiores. Proinde iam mihi mentem accommoda sermonem auspicanti. Quod in tentorijs præstant pali, κάμακες Græci dicunt, & in ædibus parietes, id nimirum in animalibus ossium substantia. quippe ad huius imitationem cætera in animante solent effingi, mutariq;: ut si caluaria sit rotunda, necessariò cerebrū rotundum fuerit: quemadmodum etiam si oblonga sit, talem quoq; figuram cerebrū induet. Iam uerò si maxillæ paruæ, facies q; tota existat rotundior, musculi pariter tales esse runt omnino. pari ratione si longæ, longa statim erit tota facies, eiusq; musculi tales apparebunt. Quapropter quidem & simia inter uniuersa animantiū genera, tum uisceribus, tum musculis, tum arterijs, tum neruis (quoniā & ossium forma)
D homini est similima. Nam ob illorum naturam binis pedibus incedit, prioribus q; ut manibus utitur. Pectus omniū quadrupedum latissimū habet, humerorum ea uiculas humanis similes, facicm rotundam, collum exile. Quæ iam quū hominis similitudinem referant, quī fieret ut musculi secus haberent: Hi cnim ossibus foris adhærent, protensiq; sunt: quare etiā tum magnitudinem ipsorū, tum figurā imitantur. Quos rursus arteriæ, uenæ, & nerui sequuntur: & hæc ijs quæ ossium formam referūt, similia esse dicimus. Quoniā igitur corporis forma ossa repræsentat, & his aliarum partiū natura respondet, uelim te in primis exactam humanorum cognitionē peritiamq; indipisci, non obiter ea spectare, neq; etiam ex libris scholam discere: quos Græcorū quidam ὀστεαλογίας, id est ossiū interpretationes uocārunt, σκελῖδους, quasi dicas cadauera assiccata. nonnulli simpliciter de ossibus inscribūt, cuiusmodi hic noster est. Quē tum exquisita rerū indagatione, tum interpretationis promptitudine, & perspicuitate omnibus ante nos scriptis præcellere persuasum habeo. Hoc autē sit opus tuum, hoc studiū, ut non librorū modò lectura, pegrùm sedula etiā inspectione, fideq; oculata, cuiusq; ossis humani speciē accurate perdiscas. Quod quidem in Alexandria multò facilius facies, ubi medici ossium disciplinā auditoribus ante oculos exponunt. Enitendum itaq; tibi censeo, ut in Alexandria cōmoreris, si non alterius, at huius certè rei solius gratia. Quod si non adquaris, licebit uel in cum modum hominū ossa contemplari, quo ego quoq; usus sum. Siquidem inspexi subinde admodum, uel sepulchris quibusdam, uel monumentis dissolutis. Atq; etiā fluuius aliquando sepulchrū, pauculis mensibus ante negligentius extructū superās, ipsum ex facili dissoluit: totumq; cadauer agminis impetu tractim ductū, carnibus quidem iam putrefactis, cæterùm ossibus adhuc inter se stricim cohærentibus, usq; ad stadiū pronum detulit. At quū ipsum locus palustris margine altus excepisset, eôdem cadauer appulit. Atq; hoc tale nobis occurrit, quale medicus ipsum ad adolescentis disciplinā de industria præparasset.

Cæterùm

A Cæterùm mihi usum est etiam latronis quandoque cadauer assiccatum, paululum extra uiam in monte procumbens, quem uiator quidam se prius adorientem contrà pugnando occídit. Nemo autem ipsum illius regionis inquilinus sepulturæ mandaturus erat, ut qui odio ipsum prosecuti, à gruibus deuorari gauderent, quæ illud carnibus bíduo absumptis dimiserunt, tanquam ad artuum posituras exquisitius perdiscendas uolenti cadauer assiccatum inspicere. Tu si ne huiusmodi quidem ullius spectandi copiam nactus fueris, at in simia incisa carnibus ablatis, singula exactè ossa cōsideres: ad quod delegeris simias hominis figuræ quam proximas. Tales nimirum sunt, quarū maxillæ nec oblongæ, nec dentes canini, quos Græci κυνόδοντας appellant, magni prodeunt. In id genus simijs etiam aliæ partes humanis positura similes deprehendas, atq; eius rei gratia bipedes ipsas & ingredi & currere. Quæ uerò cynocephalos imitantur, rostro longiore sunt, & caninos habent prominentiores. Hæ etiam uix binis cruribus consistunt erectæ, tantum abest ut ambulare uel currere possint. Itaque simiæ uel maximè homini similes, exiguo aliquo interuallo perfectam illius rectitudinem non assequuntur. Nam & femoris caput obliquius quodammodo cum acetabulo coxæ committitur: & quidam ex musculis qui in tibiam descendunt, ulterius progrediuntur: quę ambo rectitudinem impediunt, offenduntq;: quemadmodum & pedes ipsi calce magis angusta constant: digitis autem insigni spatio inuicem discretis. sed hæc parua sunt, coq; simia paululum à rectitudine discedit. Quæ cynocephalos referunt, quoniam amplius hæ, idq; manifestò iam ab humana specie degenerant, eui dentem quoque ossium dissimilitudinem sortitæ sunt. Proinde eas potissimum simias deligito, quæ hominis figuram proximè accedunt, ac in ipsis ossium naturam ex libris nostris decerptam diligenter condiscas. Statim enim fiet, ut nomini
B bus etiam ipsorum assuescas, quæ simul ad reliquarum partium incisionem perdiendam non mediocriter conducent. Quippe si hoc pacto instructus in humanum cadauer assiccatum postea aliquando incidas, facilè omnia agnosces, & memineris. Quòd si lectione sola, citra simiarum ossium speculationis usum ac consuetudinem nitaris, haud poteris ita adamussim hominis cadauer repente uisum cognoscere, nec recordari. Siquidem memoria rerum quæ sensibus nostris patēt, assiduam requirit consuetudinem. Hinc est quòd inter ipsos homines, illos celerimè cognoscimus, quibus cum familiaritatem habuerimus. Qui uerò semel iterumq; usus longiore temporis interuallo nobis occurrit, eum rursus præterimus, nec omnino cognoscentes, nec quod antea cōspexerimus, memores. Hoc pacto neque decantata illa Anatome, græcè ἡ περιπωσις, quòd casu accidat, dicta, quam nonnulli medicorum magna celebritate profitentur, spectatorum naturam edocere potest. Inspicere prius conuenit multo ocio quanque particulam, ut statim usa cognoscatur, præsertim in hominibus ipsis: sin minus, certè in animantibus homini similibus. Quin & multorum partes cute, nonnullorum carne etiam ipsa detectas cōspeximus, quum fœda quædam lues carbunculorum in pleraſq; Asiæ ciuitates ingruisset. Porrò per id temporis adhuc in patria studebam Satyro, annum iam quartum in Pergamo agenti cum Costunio Rufino, qui diui Aescula pij templum extruxerat. Quintus autem Satyri præceptor haud multò antè è uita excesserat. Qui igitur inter nos illum particulas quasdam detectas incidentē conspexerunt, prompte eas cognoscebant, accuratamq; artuum dignotionem moliebantur, imperantes ægris, ut motū aliquem æderent, qui à quo nam procederet musculo, ipsis constabat, dum leuiter musculos contraherēt, interim etiam in obliquum deflecterēt, arteriæ magnæ adiacentis, uel nerui, uel uenæ spectandæ gratia. Alios autē omnes quasi cæcos uidebamus, quibus tum partes detectæ essent incognitæ, tum alterutrum è duobus necessariò accideret: nempe uel dum multas nudatorum musculorum partes eleuabant, circumagebantq;, negocium ægris fa

C ceſſerent, fruſtra importuni, uel nequaquam huic rei manum admouerent. Nam
ægro iniungere ut particulam conuenienter moueat, ij quibus id conſuetum eſt,
percallent: unde nimirum ego didici uulnerum ſpectationem illis qui iam antea
nonnihil eruditi ſunt, præceptorum memoriam confirmare: alios autem quinun-
quam conciſionem adminiſtrarunt, omnia ipſam docere non poſſe. Sed age ad
inſtitutum ueniamus. Oſſium, ut dixi, omnium natura perdiſcenda eſt, ſiue in hu
mana, ſiue in ſimiæ corpore, modò poſtis: præſtaret autem in utroq;. Poſt illa mox
ad muſculorū conciſionem properandum. Nam hæ duæ corporis partes reliquis
omnibus ueluti fundamenta ſubiecta ſunt. Deinde licebit quoduis diſcere pri-
mùm, ſiue arterias, ſiue uenas, ſiue neruos. Atque in horum conſectionibus uere
ſato, uiſcerū natura, ad hæc inteſtinorum, adipis, & glandularum, innoteſcet: quæ
rurſus ipſa per ſe penitius inſpicere conuenit. Hunc igitur exercitij ordinem ſequi
potius tibi ſuaſerim. Porrò qui alio modo uolet oſtendere, curabit ut particulam
ab ipſo propoſitā quàm fieri poteſt ocyſſimè detegat, uarijs q; modis indicet, aliàs
ſecundum aliam ſectionis adminiſtrationem, ut docturus ſum. Præſtiterit ſic in-
ſtructum eſſe, ut ſi quando ſimiæ copia non datur, aliorum animantium corpora
quæas incidere, definiens ſtatim in quibus à ſimia diſcordent, euarientq;. nam &
illa indicabo. Oſſium ſanè poſitura ſeorſim, ut dixi, expoſita nobis eſt. Atq; opor
tet te libro illo quo hæc tractantur, prius perlecto, nō res modò, ſed nomina quo-
que ipſarum uelut in numerato habere, ne in præſenti commentario ſi quod in ſer
mone incidat, interpretari cogamur. Porrò ſcripſimus paulò antè etiam muſculo-
rum anatomen ſeparatim, amicorum impulſu, ut diſcedentes haberent uiſorum
commentarios. Maximè uerò hortati ſunt ut hanc ipſam anatomen ſeorſim pecu
liari libro comprehenderem: quoniam Lyci quidam commentarius nobis allatus
eſt, tam prolixus, ut propemodum quinque uerſum milia contineat, in plurimis
D ipſorum erroribus ſcatens, adeò ut etiā muſculi non pauci omiſſi ſint. Noſter uerò
in quo anatomen ipſam tradidimus, quaſi tertiam illius partem magnitudine ha
abſoluit: uniuerſos tamen muſculos docet, præterquam quòd Lyci etiam men-
tionem faciat, qui muſculorum complurium actiones ignorauit, quaſdam omnis
no præterijt. Licet ſanè cuicunque uiſum fuerit, ex illo etiam libro ſimiæ conciſio-
nem addiſcere: ſed hinc quoque eandem eſt petere, tum magis adhuc quomodo
ſingularum partium muſculis diſſecandis manū admoliri conueniat. At primùm
in cadauere exercitij ſumas exordium, quo muſculi cuiuſque principium extre-
mum q; & fibras conſideres: omnia ne muſculi inuicem ſimilia exiſtant, an com-
poſitionem uariam ſortiantur. Quoſdam enim ſimplicem fibrarum naturam ha
bere inuenies, nōnullos duplicem, ut pluribus ſibi mutuò incumbentibus ſimiles
eſſe uideantur: tam longitudinem inter ſe contrariam fibras continere. Quæ uni-
uerſa medicinæ parti, quæ manu medetur (χειρουργίαν græci uocant) tum actiones
bus inueniendis haud parum profuerint. Etenim in chirurgia interim muſculos
ipſos propter abſceſſus altiores, humorum illiſiones & putrifica uitia incidere co-
gimur. Actionis cognitio maximè ex uſu eſt, ut pernoſcas functionem in magni
uulneribus, ubi muſculus totus ex tranſuerſo fuerit diſſectus, abolituram. Quod
ſi prædixeris, nullum reprehenſioni locū querulis iſtis hominibus relinques, qui
illius abolitionem medicorum curationi, non uulneri prius impacto ferunt acce-
ptam. Quin etiam ut exquiſitè manu cures, actionis muſculorum cognitio minimè
quam eſt neceſſaria. Quippe nonnullorum munus tam eſt proprium, ut tota pars
ticula fiat inutilis, ſi actione ipſius priuetur. Quidam uerò impropriis præſuntibus
ctionibus. Quamobrem ſatius eſt eum qui hæc prænoſcat, alios reuerenter, alios
audacius incidere. Præſtat etiam pro fibrarum ductu, diuiſionem ipſorum moliri.
Nam tranſuerſæ ſi cum hac conferantur ſectiones, actionem diſſoluunt. Vocō
autem tranſuerſas, quæ ad angulos rectos fiunt. Neceſſe quidem eſt interim pau-
tes quaſdam

A tes quaſdam uulneribus anguſtis in profundum ſpectantibus confectas adhuc
amplius diuidere, aliàs ob alios uſus. Fit enim interdum, ut punctura aliquis ma-
ximè circa tendinis caput uel radicē accipiat, eamq; totam adeò anguſtam, ut peri
culum ſit ne ſummis partibus conglutinatis profundiores nō coaluerint. Eſt quū
ob ſuffuſionem muſculos incidimus, item figurarū gratia ſubinde in quibus uul-
nus acceptū eſt, profunda diuiſio euaneſcit. Quippe ſi eleuato, exēpli gratia, bra
chio, uulnus impingatur, fieri certè nō poteſt ut in tota curatione ſic homo figure-
tur. Deligenda ſiquidem figura, quę ex omnibus minimè eſt doloriſica. At dum ſi
gura qua uulnus acceptum eſt mutatur, ut præſenti malo ſit idonea, diuiſio in alto
facta interdum obſcuraſcit, & ex toto occultatur, ut nec medicamentū in eam im-
mitti, nec ſanies poſſit effluere: ob quā cauſam inciſio eſt in talibus neceſſaria, ſiue
in latum uulnus ducere, ſiue glutinare deſideres. Atq; in hoc opere, fibrarum po-
ſituræ, muſculorum q; actionum intelligentia omnium maximè requiritur. Cæte-
rùm accuratè omnia qui ſe in Anatomicis exercitat, cōfecturus eſt, ne uel proprijs
ipſum manibus pellem auferre pigeat. Nam qui ante me ſimias alijs excoriādas,
quemadmodum ego quoq;, initio cōmiſerunt, octo ſtatim muſculos ignorarunt:
ex quibus duos ad buccam mouendam natura formauit, alios duos qui brachia
lateribus attrahunt. Hi ſanè in totum, ſicut reliquorum quatuor & uſus, & tendi-
nes, iam antea fuerunt ipſis incogniti. Vniuerſi nanq; in tendines adamuſſim ro-
tundos deſinunt. Explicati ſic, in latum & eiuſmodi tenuitatem ceſſant, ut mem-
branam eſſe diceres. Plantę quidem tendo qui hanc partem occupat, ſubhæreſcit:
palmæ uerò, qui illam. Cenſuerunt autem de ijs Anatomici omnes, quòd qui in
manibus eſſent, digitos flecterent: qui in tibia, calcem retrorſum agerent. Atque
hoc probabili ratione aſſeruerunt. in pedibus enim ne unus quidem natura ad ten
dinis generationē ſeorſim deſtinatus eſt, ſed unius ſuræ muſculi bipartiti, portio al
B tera prædictum gignit tendinem. In manibus cōſpicua tendinis eſt generatio: ſed
inter excoriandum auellitur. Is autem qui palmam intercurrit, ſimul cum illo de-
trahi nequit, Itaq; deprehendentes tendinem ex muſculo clarè proficiſci, deinde
uidentes inſimū eius extremum auulſum, ad diſputationem magis quàm ſtudio-
ſam inſtitutionem declinant, rati & hunc, ſicut ei ſubiectos, flectendis digitis eſſe
procreatum. Multa certè id genus in uniuerſo animante Anatomicis neglecta of-
fendimus, quippe quos diligenter incidere pigeret, cōtentos dixiſſe quid probabi
le ſibi maximè uideretur. Quare non eſt quod mireris tam multa exiſtere quæ ani
mali adhuc uiuo ignorarint: quandoquidem quæ diligenter reſecantem ſola ſpe-
ctare conueniebat, tanquam nullius momenti reliquerunt. An enim unquam in-
cidere conati ſunt, aut funiculo partes uiuente adhuc animali excipere, ut quænā
actio læderetur condiſcerēt? Primùm itaq; mihi famulorum aliquis ſimias incide
bat, quum uidelicet opus id detrectarem, uilius exiſtimans quàm ut à me admini
ſtraretur. Poſtquam uerò exiguam quandam carnem ſub axilla inueniſſem, inſi-
dentem ſimul & cōiunctam aliqua ex parte illius loci muſculis, ſed quæ nulli ipſo
rum poſſet accommodari, uiſum eſt mihi ſatius alteram ſimiam diligenter exco-
riare. Accipio igitur ipſam in aqua ſuffocatam, ut facere cōſueui, ne uidelicet pars
ulla colli contundatur. ſummam cutem duntaxat aufero, ijs quæ ſubiacent, irita-
ctis. inuenio muſculum tenuem & membranoſum coſtis omnibus incumbentē,
qui inferius principium ſubter uniuerſam ilium cutem expanſum habet. Hic mu-
ſculus uertebrarum in lumbis contiguus erat operculo, quod ex ſpina ligamenti
naturam ſortitum prodijt. Nomino autem ſic quæ ex oſſibus procedunt, quem-
admodum quæ de cerebro & ſpinali oriuntur, neruos: nerueas autē muſculorum
tenuites, tendines appello. Quia uerò ſemel hunc muſculū inuenio (dicetur enim
ſuo loco eius natura) multò etiam magis cupio totā ipſam animantis pellem auel
lere. Atque inde comperio, quos paulò antè inueneram muſculos, haud ad me-

C diocres usus à natura creatos, quorum primos interiori manus parti subiectos re-
censebimus: quoniam melius esse censeo, in primis totius manus disciplinam in-
stituere, sequutum librorum ordinem, quos De usu particularum septemdecim
conscripsimus. Etenim priores administrationes Anatomicas duobus compre-
hendi libris iuxta Marini Anatomæ ordinem: cuius in opere de partium usu men-
tio facta est. Nunc tandem ad hunc commentarium aggredior, diu interea in con-
sectionibus spectandis uersatus, ut quedam insuper exactius elaborata adinuenta-
rem: præsertim ex ijs quæ in exordio illius operis cõmemorantur. Latebant enim
me adhuc parui illi summis in artubus musculi, qui primum cuiusq; digiti articu-
lum inflectunt. Putabam solius membranei ligaminis beneficio, quod sortis digi-
tos ambit, tendine ad extremum ipsorum internodium porrecto, functionẽ hanc
administrari. Putabam quoque tendines unumquenque digitum in latera mo-
uentes, ijs qui extendunt ipsos flectuntq;, proportionari, ut solis ossium particulis
in artuũ compagibus insertentur. Atqui rem aliter se habere comperi. Nam singu-
li in singulis digitis ad extremum usq; extendebantur, fibras exiguas, & telæ ara-
neorum modo subtiles, in ossa, post articulorum iuncturas sita, immittentes. In
summa igitur manu & pede hæc inuenimus. Cæterùm non pauca huiusmodi
alia in reliquo toto commentario habentur: de quibus suo loco dicemus. Quo-
niam uerò contraria Anatomicorum præcipuis dicere subinde uideor, satius esse
cogito paucula de hoc prælibare. Non ego primus medicorum in concisionibus
discordiæ autor extiti, sed potius ueteres, idq; duplici de causa: hac, quòd non-
nulli falsa memoriæ prodiderint: illa, quòd diuersis docendi rationibus usi: licet
inter se non dissentiant, quantum ad uisorum cognitionem attinet, imaginem ta-
men controuersiæ ijs præbeant qui libros quidem ipsorum legunt, cæterùm quæ
consectiones indicant, nunquam uiderint. Dictum itaque est uberius de huiusce
D modi uniuersis in primo Anatomicorum dissensionis uolumine. Dicetur autem
etiam nunc, sed breuius, & quantum ad præsens duntaxat institutum conduce-
rit: hoc sermonis sumpto exordio. Nonnulli sanè consectionum professores tot
numero esse musculos autumant, quot singuli habuerint capita. Quidam non
capitibus, sed terminis attendendum esse censent: ad hæc, magnitudinem ipso-
rum considerandam. Siue enim multa capita inuicem coeuntia statim unius de-
scriptionem musculi efficiant, non conuenit (aiunt) musculum hunc tot esse pu-
tare, quot eius capita numerentur. Siue etiam termini plures motum habuerint
uniformem, melius esse dicunt unum hunc musculum statuere. Quòd si iamin
particulas plures linea recta dissolui nõ posset, multò sanè magis unum hunc mu-
sculum esse pronunciant. Huiusmodi quid etiam medio musculo accidit, qui cu-
bito à foris incumbit. Nam cohærens sibi, continuusq;, & unus adamussim, quo-
tuor tendinum propagines in brachiale diffundit, motum uniformem ministran-
tium. siquidem unusquisque digitum cui insertus est, mouere solet. Merito igitur
omnes Anatomici musculum hunc unum esse dicunt, non aduertentes tendi-
num multitudinem, in quos desinunt. Eadem ratione uidentur adiectum ei mu-
sculum, qui paruos digitos in obliquum agit, unum putare, licet in suo ipsius ex-
mino duos potissimum tendines habeat. Constrinxit enim ipse uniuersam super-
positam tendinum molem, unius descriptionẽ musculi obtinens. Quòd si quem-
admodum tendinibus, sic quoque musculis eis incumbentibus duplex esset cir-
cumscriptio, duos nimirum musculos statuissent, qui paruos digitos in obliquum
flecterent: quandoquidem musculum, cui reliquorum trium digitorum motus
delegatur, non unum collocant. si tamen motuum similitudo sufficiens nota est,
quæ fidem faciat unum existere musculum: certè quemadmodum extendentem
quatuor digitos unum omnes ponunt, sic & in obliquum eos agentes, non duos
musculos, sed unum numerarent. Præterea quum plura musculus capita habue-
tis,

A rit, quæ inter se haud multò post principium in musculi suam obtinentis circum-
scriptionem coëant, neque hic mentem capitum numero aduertunt, pari modo
priorem brachij musculum ex duobus incipientem capitibus unum omnes con-
stituerunt, quod tum finem unum habeat, eoq; motum necessariò unum, tum uni
uersam pariter circumscriptionem unam. Non tamen illos qui suram efficiunt,
unum ponunt, etsi per unum tendinem calcem ingredi opinentur, eò quòd lon-
gissimè ipsorum capita procedunt prius quàm in idem unà conueniant. Si itaque
rectè ponunt, parum recta in alijs musculis disciplina frequenter utentes, non ta-
men protinus dicet aliquis, huius gratia ipsos ignorare de quibus differunt. Nec
etiam meliore docendi modo usum, hinc solùm cum alijs dissentire quisquam su-
spicabitur. Duos itaque eadem in re doctrinæ modos deinceps producam, specie
quidem discrepantes haud mediocriter, cæterùm re ipsa non admodum. Dicetur
autem usus ipsorum hoc pacto. Digitos treis maiores, pollicem uidelicet, quem
ἀντίχειρα Græci uocant, indicem, & mediũ, unus musculus in latus ceu ad parui
digiti regionem inflectit, ex toto cubiti osse procedens: iuxta brachiale treis tendi-
num ramos diffundit, à quibus in latere digitorum insertis, obliquè ipsius motus
peragitur. Hic quidem prior docendi modus est. Alter post hunc iste est. Duo mu
sculi extrinsecus cubito incumbentes, treis illos digitos in latera flectũt. Alter ipso
rum in medium & indicem digitum tendine bifido inseritur, cubiti ossi quamlon-
gissimè adnexus. Alter simplici tendine prodiens, tanquam & ipse unus sit, polli-
cem indici admouet. caput quidem in supernis partibus propter cubiti articulum
obtinet. mox in tendinem cessat, qui musculo nuper dicto, binos digitos, medi-
um puta & indicem mouenti, adhæresci. Atq; hæc altera tibi disciplina esto. Diffe
runt sanè inuicem, non re ipsa tantum, de qua disputant, quantum, ut diximus, do
cendi ratione. Exactior enim quodammodo altera est, quæ duos esse musculos di
B cat ipsos, quòd propriam circumscriptionem musculus qui pollicem mouet, ha-
bere uideatur. Non tamen prior omnino repudianda est, quia musculi inter se mu
tuam ferè societatem ineunt, tenuibusq; inuicem filamentis cohærent. Multò ad-
huc magis in tendine, qui magni digiti & brachialis motor est, docendi ratio falsæ
dissensionis imaginem præ se fert: quandoquidem in illa quoq; unum hunc esse
musculum dicas licet: quemadmodum ab Anatomicis assertũ est, quòd uidelicet
unũ habere caput unamq; circumscriptionẽ uideatur: etsi duos in radij extremo,
ubi brachiale incipit, tendines producat. At uerò cui exactior disciplina curæ fue-
rit, ei magis conueniet dicere, non unum musculum, sed duos existere: quamuis
inter se arctim cohæreant à capite usq; dum in tendines scindantur. Nam quòd o-
mnino seiungantur, si cõmodè eos secernas, quodq; diuersas specie partes mouẽt,
duos esse ratio ipsa conuincit. Siquidem alter tendinum maiorem digitum, alter
brachiale mouet. qui sanè motus idem est, particulæ uerò diuersæ. Quòd porrò
motuum differentia potius quàm superioribus principijs musculos inter se discer
nere consueuerint, satis argumenti præbent, non unum dicentes, sed duos muscu
los existere, à quibus omnes digiti mouentur: quanquã & motus eorum ferè sit
uniformis, & principium superiore ex parte unum. Quia uerò hoc tendinum ca-
put secundum articulum, illud primũ & tertium inflectit, idcirco duos aiunt esse
musculos, exactè per totum brachium inuicem adunitos, prius quàm in tendinũ
radices terminentur: quas pariter duas esse, ex motuum diuersitate animaduer-
terunt. Itaque disciplina exactissima hanc animi intentionem continet. Non ta-
men aliter docentes reprobare decorũ est, quum parum ab ea desciuerint. Secus
enim faciundum est, quum à plerisq; bonæ existimationis uiris scriptum nonnihil
inueniamus, quod à clarissimorũ doctrina tantillũ degeneret. Adeoq; nos priore
illa uti præstiterit, ne auditores turbemus, in discordię imaginationẽ perducentes.
Qui autem exquisitè rem uolet considerare, uel opinabilem prefatus disciplinam,

C subijciet deinde ſermoni, melius eſſe, ſi quis duos hoſce, exempli gratia, muſculos, propter rationem illam exiſtimet: uel præſtantiſſimam interpretatus, iterum deinde ſubiunget, licere duos hos muſculos, unum propter longiſſimam interſe continuitatem cõſtituere. Hæc itaque de omnibus muſculis prædixiſſe initio conueniebat. Nunc quomodo ſe gerere debeat, qui tum ipſe exercitari, tum alterum docere uelit, tempeſtiuum eſt dicere. ſed primùm oſtendemus communem multorum, Anatomici nomen falsò ſibi arrogantiũ, impoſturam, qui interim animal incîdunt longo tempore mortuum, ut partes iam inaruerint, contractæq; ſint. Ac maximè dum cutem à foris ipſi circundatam tendunt, uel membranas, uel alia quædam corpora, nonnullas ſimul à ſubiectis particulas auellunt, quo modo & illi qui per tendinem internæ manus parti inſertũ digitos trahunt, inflectunt que. Quamuis ipſi dicant muſculum, uel tendinem, in os, quod mouebitur, conci oportere. Malè itaque hîc eorum quæ rectè dixerint obliti, digitos aiunt à tendine flecti nuſquam offi inſerto. proinde quam nos tractandi rationem inibimus, ne ex æquo cum illis fallamur, dicendum modò uenit. Primùm ſanè totam cubiti, atque digitorum cutem exteriorem auferemus: ab ea ſolùm, quæ extremam manus ſummitatem cooperit, abſtinentes. Dein quæ in articulo ſunt, quo manus ſumma cubito iungitur, ἄρθρον Græci, brachiale autem Latini uocant, ſtudioſè adimere oportet, ſi fortè quippiam ex cute detracta relictum ſit. Verùm huiuſmodi auelendis ſcalpellus acutior eſt accommodus, quemadmodum muſculis inuicem ſeparandis retuſior. Iam uerò membranis ademptis, primoq; poſt ipſas medij cubiti ſub cute ſumma muſculo, de quo paulò poſt diſſeram clarius, uidebis ligamenta articulorum compagibus iniecta, poſita in utraq; membri parte foris & intrinſecus tranſuerſa: quibus capita tendinum ſubiacent, interna parte digitos flectentium, exteriore intendentium. At ex utraq; ligamentorũ, quæ dixi, parte interna quidem duo ſunt muſculi: quorum hic recto tramite ad paruum digitum, alter ad indicem brachialis motor porrectus eſt: externa uerò unus, qui brachiale per cubitum extendit: duo per radium, brachiale utrique mouent. Alter ipſorum extendit magni digiti motor eſt, quem duos potius quàm unum æſtimandum eſſe dixi. Cæterùm omnium à foris muſculorum, de quibus uerba fecimus, capita ligamenta habent tranſuerſim circundata. Iam alius quidam muſculus toti radio deſuper incumbit: nequaquam hic in tendinem aliis quos recenſui ſimilem ceſſans, ſed in particula extremum, quo in interiora conuertitur, paulò membranoſius obnet. Nullo hic muſculus ligamine cingitur, ut nec ij qui brachialis nodum inflectunt, ſed quemadmodum à nobis dictum eſt, carnoſus, ſimul & in membranam naturam, ubi radius terminatur, degenerans, intrò diuerſit proximè brachialis commiſſuram. Atque licet tibi membranoſum tendinem, nerueam eius tenuitatem appelles. Medium itaque ſitum hic muſculus poſſidet, ut neque exterioneque interior in manu certè naturaliter figurata exiſtat: ut qui toti membro, ea dióque incumbat. At quum omnes Anatomici cubiti particulas in duas partiantur regiones, has exteriores, illas interiores ipſius appellantes, nos quoque eandem diuiſionem, ne nouum docendi modum inuehere uideamur, ſequi necceſſe eſt. Atqui hunc muſculum externis potius quàm intimis adſcribendum cenſeo. Cæterùm alius etiam, quo de clarius agere diſtuli, intus in cubito delitescit, multis omnium qui in uniuerſo habentur animante, ſimilem præſtans uſum: imò nec eorum qui in tibia ſunt, ulli conuenit. Extat ſub cute manus interioris medius inter radium & cubitum muſculus, quem in tendinem latum deſinentẽ palmę ſubnaſci diximus. Nam cute ſubtracta medius interiorum apparet. nihil autẽ refert, an exteriora prius incidas. Ab hoc igitur muſculo, quem ſub cute per latum tendinem propagari dictum eſt, auſpicemur. Tendo autẽ hîc paulò ante brachialis nodum emergit; quare hinc probè diſſectionẽ ipſius inceperis. Haud enim obſcure

D

A circumſcriptus eſt, & à uicinis ſubiectisq; muſculis ſeiunctus. Ad hæc tenuibus fibris continetur, quas uel digitis queas auellere. At longè facilius hoc ſcalpello hebetiore perſicies, tendinis caput in ſublime eleuans, uel hamo, uel tuismet digitis exceptum. Hinc uerò primum incides ipſum ſurſum uerſus ad cubiti iuncturam tendentem, ex qua duxit originem. Commendantur maximè ad huiuſmodi munus obeundum, ut modò eſt dictum, ſcalpelli ex myrto. Vbi iam tranſuerſim ipſum, primumq; ramum deſuper exortum incideris, inferiorem partem cum radicibus ipſius ſublimem eleues, tranſuerſa linea ab incumbentibus ſegregatam. Atque hîc mentem operi adhibeto. mox enim tendo hic poſt ſuum ipſius caput interioris manus cuti adhæreſcit. Hoc loci bifariam licet ſectionem adminiſtres. Priore tendinẽ latum cuti cõtinuum à ſubiectis partibus auferes, ſcalpello ipſum acutiore ſeparans. Altera cutem à tendine liberabis: quà ſubditis partibus tendinis incumbit, intactam relinquens. nam utroq; modo natura ipſius apparet. Vbi iam ſegregaueris, iterum conaberis tendinem ſeorſim à ſubiacentibus adimere. ſic enim innoteſcet, ex tali prodiiſſe muſculo. Iam uerò idem omnibus digitis interioribus ſubtenſus eſt, in lineam illam deſinens, qua depilis manus pars ambienti eam cuti piloſæ committitur. Poſt hunc tendinem, quem internæ manui ſubnaſci docuimus, dilatata uidebis uaſa, & neruos inibi diſtributos. His membranæ incumbunt, quas cum ipſis in muſculorum diſſectione tolles. Nam ſubſunt tendines, qui digitos flectunt, à binis prodeuntes capitibus: illic maximè ſiti, ubi & ligamentum, & tendinis in eo dilatati caput poſitum eſſe retulimus, de quo dicere nuper deſtiti. Horum itaque capitum ſubiectorum aliud, quatuor producit tendines, digitis omnibus, præterquam magno, propter ſecundi internodij principium inſertos, à quibus ſecundus eorum articulus flectitur. At quod huic ſubiacet caput, in quinque diſcretum particulas, quæ ſingulatim ualidum aliquod munimentum in extremam uſque digitorum aciem diſtribuunt, inibi inſeritur. Tendines autem uniuerſos, ualens aliquod uallum munimentumq; ſingulos priuatim continet, multò ſanè ipſo tendine durius, membranæ uerò ſimile craſſiori. Quod pro arbitrio uoces licet, ligamentum, membranam, aut compoſita appellatione membranoſum ligamentum, uel membranam duram. Nec prohibet quicquam, tendinum indumentum, uelamen & tunicam appellare. Porrò ſi poſt caput in ramos ſciſſum, tendines ſingulos unà cum prædicto inuolucro attrahas, flecti per eos, qui ſubiecti digitorum oſſibus inſident, primum ipſorum tertiumque articulum uidebis, tanquam inibi tendine inſerto: priorem uerò nodum, per ligamen quod circulatim oſſibus adhæreſcit: quo tendines quatuor ſuffulti, medium duntaxat quatuor digitorum articulum inflectunt, ceu in caput ſecundi internodij inſinuentur. Vocant autem Anatomici oſſa digitorum, internodia latinè, φαλαγγας uel σκυταλιδας græcè, ut in libris de oſſibus annotatum eſt. Videbis autem, ubi inſeritur, ligamine, quod tendines in orbem ambit, ſublato. Et quidem tendines ſubditi, qui digitorum oſſibus incumbunt, citra fiſſuram tertium cuiuſq; digiti os ingrediuntur. Quatuor huic ſuperſtrati, ſecundo, ut diximus, oſſi inſeruntur: utpote qui priori cuique tendini maiuſculo ſubhærent, ſinguli bifariam ſciſſi ſubditum tendinem circumeunt, ac ſecundorum oſſium lateribus inſinuantur. Porrò maior digitus priuatim hoc ſupra cæteros habet eximiũ, puta quòd nihil ex altioribus ad ipſum deuenit, nec particularum propago ſoli ipſi ex communi omnium capite, ſed aliunde accedit. Quare magna cura diligẽtiaq; cauẽ manus partis tendinem inſpicito, qui ex quatuor ſibi contiguis in maiorẽ digitum propagatur: nõ tamen in primũ eius articulum, ſicut illorum unuſquiſq;, recto tramite peruenit: ſecundum uerò aſcendens, mox ad tertium uſq; porrectus, primum quidem ſimiliter illis inſitu mouet: alterũ deinde tunica extrinſecus ipſum ambiẽte: quam ubi ſcalpello acutiore à tendinibus diſſolueris, iuxta longitudinem incidere cõuenit,

B

c Nam ſi manu aberrans, tranſuorſim, non recta linea diuiſeris, totum tendinem ſubiunctum amputabis. At quum tendines unà cum indumentis circundatis ad ſua deducis capita, uel, ut dictum eſt, recens admodum ſimia eſto, prius quàm digiti exſiccati induratiq; tendinibus trahẽtibus renitantur: uel aqua calente in eam confuſa, recenti ſimilẽ efficito: uel dum modicè induruerint, manibus tuis emolliens, permouensq;. Clarius autem functionem ſingulorum didiceris, uniuerſis quæ digitos circumeunt partibus præciſis. Atq; hac ratione tendines ligamento ſubditos tractabis. Cæterùm aliorum duorum muſculorum, qui brachiale, Graeci κέρατον uocant, flectunt, conſectionem paulò ſupra articuli commiſſuram exordiris. Ibi ſiquidem in neruoſas palàm tenuitates exeunt, et manifeſtas tendinũ illinc prodeuntiũ circumſcriptiones obtinent. Iam uerò ſecernens ipſos ab ijs tuni quæ ſubſunt, tum quæ ambiunt, particulis, aduſque ſuperius inferiusq; extremum, ut ſuti demonſtrauimus, tendines quidem imo articulo uides inſinuari, capita ipſius cubiti nodum adire. Vnus itaq; tendinum in brachiali iuxta parui digiti rectitudinem oſſi recto membraneoq; inhæreſcit, quod propter cubiti proceſſum conſiſtit graphij modo figuratũ, quẽ diſſectores Græci nunc γραφοειδῆ, nunc σύνδεσμον nominant. Alter tendo ſtatim ab articuli iunctura profundius mergitur, ut in brachialis os aliquod putes ipſum inſeri. At dũ ligamẽta ſuperſtrata incidis, ad quoddam palmę os indici digito præpoſitum excurrere uidebis: ac id iuxta principium ingredi. Hi ergo quinq; muſculi totam interiorẽ cubiti regionẽ occuparunt: quibus ademptis, radij motores apparebunt, de quibus poſtea dicturi ſumus. In præſentia cubiti muſculos interiores prius exequar, hoc præterea ſolùm admungens, eorundem muſculorũ ex alto proceſſus, ſiue auferre, ſiue reſeruare libeat, utrũ ma-
D rere ſiniſtro, ut exiles muſculi ſumma in manu conſpiciantur, qui uel citra exteriorem inciſurã poſſunt inueniri, quo oſtenſurus ſum modo. Satius fuerit omnino poſtmos ipſos diſſecare, ut in ſermonis proceſſu explicabo. Atq; externorũ diſſectio ita ferè adminiſtrabit. Sub cute uaſa, neruiq; ſuperficiarij extant: quibus cũ integris exemptis, quatuor ligamina tranſuerſa clarè conſpicis: unum cubiti radijq; extremum conſtringens; alterum in cubito duntaxat, priori ſubiacet: reliqua duo ſolũ radio inhærent. Sed primum recta linea incidendum eſt; deinde ligamenta ipſa ticulas ob diuiſionem mutuò diſiunctas, utrunque ad ſuam quanq; radicem redigere oportet, aut penitus ipſum præcidere: ab hoc primum tendinum quatuor caput digitos mouentium, præter magnum, quòd alij in medio ſiti ſint, in alterum attollere: mox id quod exiguos duos digitos ab alijs in latera diducit, in binos ſuum tendines. Nihil porrò diſcriminis eſt, etiam ſi ad inferiorem manus partẽ protum hunc fieri dicas, modò pro naturæ ipſius habitu figuram ipſam conſideres. ut Hippocrates docuit. Poſtea reliquum tertium, ſimilem motũ grandioribus mubus digitis ſuppeditans. Princeps itaq; tendinũ caput ex uno, ſicut & ſecundum, ſculo prodijt. Tertium bifariam incidens, quà digitos duos, indicem & medium flectit, de uno procedere muſculo comperies: quà magnũ, de altero. Atq; hac ratione quatuor muſculi prædictis ligamentis ſuberũt. His ſuccedit qui brachiale ad paruum digitũ promouet tendine unico, palmæ oſſi quod exiguo digito ponitur, inſerto. Cõtinet ipſum haud ualens ligamentũ, quod ex ſolo cubito culo oritur. In magno digito alterum hic quoq; ualidum, caput duorum tendinum conſtringit: quod ſanè quantumuis craſſum radij os ut eſt concinne inſculptum, pari ſinu in tuberculo excipit. Porrò unus ipſorum in os quod ante maiorẽ digitũ brachiale uerſus collocatũ eſt, cõijcitur. Alter in ipſum maiorem digitũ ſtatim articuli iunctura ingreditur. Quos inquã duos tendines ſiue ex uno dicas muſculo, ſiue duobus exortos, nullũ graue incõmodum cõſectioni adferes. Præſtat aũ, ſi nuper dicta animaduertimus, tendines illos è duobus muſculis inuicẽ coeuntes præcidere.

A præcidere. Etenim ſi exquiſitè ipſos libet incidere, à mutuo cõnexu dirimes, quẽadmodum antea cõmemoratos duos, qui tres digitos maiores in obliquũ agunt. Reliquus exteriorum cubiti muſculorum, qui brachiale extendens ſummo tendine palmæ ſe ante indicem medium q; digitum inſerit, caput tendinis in radio fixum propter brachialis iunctura exigit. In eum itaq; modum octo erunt muſculi, qui totum extrinſecus cubitum occuparunt: iuxta alterum ſeni. Si uerò dicas à duobus muſculis tres moueri digitos maiores: ab uno rurſus qui radij eſt, brachiale, magnumq; digitum, ſeptem erunt. Cæterùm quo pacto ſinguli muſculi in radij os ſe conijciunt, in muſculorum conſectione dictum eſt, ac nunc dicetur etiam, ne quid ſermoni deſit, quinetiam de ſuperiorum proceſſibus, ueluti libro iam citato ſcriptũ eſt, uerba ſumus facturi. Quippe conſtat, de eiſdem eadem eſſe dicenda. In exteriore quidem brachij nodo tria muſculorum capita inueniſ: eius ſanè qui digitos quatuor extendit, elatiſſimum; qui brachiale paruum digitũ uerſus reflectit, humilimum: medium uerò inter illa, quod digitis duobus minoribus ſubſeruit. Sub his iam in imo, non ſuperficie, duo muſculi conduntur, qui ex toto ntium digitorum oſſe, quod ex cubito ducit originem, inuicem coeunt. Primus quidem maxima ex parte duorum digitorum eſt, ille reliqui magni prope ſuperius extremum. Incumbit ipſi alius, brachialis muſculo cohærens, qui maioris digiti caput extollit: idem uerò totam profunditatem regionis quæ inter utrunq; os radij & cubiti habetur, occupat. Huius itaque muſculi diſſectionem, quemadmodum & aliorum omnium, à brachiali incipere conuenit. Quam qui molitur, magnaq; cura pellem detrahit, membranæ attendet, quæ ligaminis naturæ compos, intra cubitum radiumq; per totam oſſium longitudinem exporrigitur, atque externas membri partes ab intimis diſcriminat. Inibi ſiquidem muſculum hunc ligamento inſidere comperis. Satius forſan erit dicere ex ipſa oriri. Quum igitur
B eundem probè à ſubiecto ligamine auulſeris, ut docui, item à cohærente muſculo ſegregaueris, occurret ſub eo quidam obliquus exilis de cubito in radium perueniens: quo de paulò poſterius ſermonẽ inſtituemus. Nam prius adoriere muſculum prædicto adnatum, incumbentemq;, ſed uniuerſo radij oſſi porrectum, etq; perpetuò adhæreſcentem: qui etiam radium ſuperiore ipſius extremo leuiter attingit. Deinde elatiorem hoc muſculum incidere oportet, commemorato immanentem, radioq; connexum, quem antea retuli, bipartito tendine in palmam, ante pollicem ac medium digitum inſeri. Huius muſculi finem deprehendes, quà exterior maximè brachij nodus extat, conſcendere iam quadantenus etiam ſuperpoſitam nodo brachij partem. Eum uerò conſidera, qui huic ipſiq; radio peculiariter deorſum expanſus, totam manum reddit ſupinam, ſupraq; hunc proceſſum continuum adnatumq; prædicto exigit. Maximè enim hic turbatur opus, ac deſtruitur: quandoquidem & extremum huius muſculi in membranam degenerãs, brachij muſculis qui inibi ſunt, inſinuatur. Sines igitur ipſum, nec in cubiti cõſectione conaberis curioſius diſquirere: uerùm ubi ad brachij muſculos uentum erit, primùm deteges inter ipſos interiorem, ut nunc oſtendimus, & caput nimirum brachij oſſi per tenue ligamen inſertum, inuenies. magna uerò ipſius portio brachij muſculis hac parte inſidet & adnectitur. Exteriores itaque cubiti muſculi talia quædam habent capita. Ex interioribus qui quidem brachiale ad paruum digitum inflectit, à nodo brachij interioris incipit, attingitq; cubitum, qui uerò ad reliquum magnum, ex eodem nodo ducit originem. porrò inter utrunq; caput proceſſus habetur muſculi in manus cutem elabẽtis. Atq; huic rurſus ſubſunt capita duorum muſculorũ qui digitos mouent, & mediam cubiti radijq; regionẽ totam implent. Minor itaq; illorũ & medius exactè ſitus eſt, & ab externo capite procedit, leuiuſculè brachiũ cubitũq; attingens. Alter uerò ſolus huic ſubiacet, per profundiora mediã radij cubitiq; ſedem uniuerſam complexus. Quinetiã utriq; oſſi

c cohæret,& cubito propter gibberum,& brachiale comprehendit ea parte,quatenus in paruum digitum insertatur. Est & alia eius pars, quæ ortum similem prædicto musculo quatuor mouenti digitos obtinet. Verùm iuxta lineam rectam incedit, quemadmodum & tertia ipsius portio eisdem digitis applicatur: maxima uerò etiam regionem,quæ radium cubitumq; intercedit,occupat. Quum igitur & hunc musculum diligenter incideris, ipsius obliqui, de quo antè paulùm diximus,exponendi tempus certè occurrit. Etenim omnibus quos percensuimus musculis exemptis, radij peculiares apparent,per quos supina pronaq; manus motu efficitur. Quatuor autem sunt uniuersi: duo ad primas radij partes, duo ad posteriora brachialis extrema pertinent. Ex ijs qui brachiale spectant, alterum ipsorū lectus esse obliquum, radium ac cubitum intercedentem: cuius quidem caput ex cubito enasci, extremum autem radium, cui mouendo est, ingredi comperis. Nam si manum supinam collocaueris, uelisq; musculi caput tuismet digitis prehensum extendere,quod in omnibus te facere præcepi, totam in pronum cōuerti manum uidebis: quemadmodum si eum,qui toti radio superstratus caput in brachij cōcauitatem ijcit,de superiori extremo tetenderis, sic quoq; supina manus tota cruadit. Quippe hi duo musculi contrarias inuicem actiones obeunt, utrique mouentur ad finem radij qui brachiale respicit: uerùm longiori ipso carnosiorq; solus ipsi passim delapsi per iniectus, agensq; extrorsum,manum supinam figurat. quare & exterioribus eum annumerāt. Alter uerò qui radium intrò flectit, pronam efficit. Reliquorum musculi radium deorsum uersus mouentes, & ipsi quodammodo obliquè intercem opponuntur. unus ab interna parte situs, ex brachij nodo prodit: idem rapiti flectentis brachiale ad magnum digitum musculi cohæret,ex elationibus radij partibus emergens. alter internus quidem est, sed hoc minor: atque ideo tranatus
D sum magis fibrarum situm obtinet,& radio,quà eminet,per extremum neruosum insertatur,quàm prior dictus interior, qui continuum sanè ipsi processum in radium exigit. cæterùm inferius consistit, ut ferè ad medias usq; radij partes subiecta extendatur. Constat autem omnibus, interiore tenso pronam manum continuo supinam exteriore, qui ex ligamento articuli membraneo processit, attingente quatenus cubitum quoq;. Porrò dicti mihi sunt omnes qui cubitum radium quo orbem ambiunt: ac postea summæ manus exiguos aggrediere. Itaq; exteriorem musculorum tendines uniuersos, aduscq; extrema, quæ singulis in digitis habentur, eximere conuenit: non tamen omnium interiorum, sed prius examinatis musculos exiles, tendinibus tertium articulum mouentibus adnatos, deinde omnes amputabis. Etenim hi musculi ex quatuor inuolucris tendini cuiq; circundantes ginem deducunt: mox in digitorum latera subeunt, tendinem generantes, ut pus quoq; est dictum, admodum tenuem. Proinde si à carnoso, qui in prima pogine habetur, incipias diligenter consecare,& à uicinis partibus cutem detrahas paruum inuenies tendinem toti digito adhærescentem. Quatuor autem ut nes isti, etiā musculi digitorum hi sunt, parui,annularis,medij, & indicis. Etenim magnum alij mouent octo musculi. Alius longissimè ab omnibus digitis abscit: alius indicem uersus agit. Longior autem factus est necessariò qui quamlongissimè deflectit, eoq; caput ex primo brachialis osse profectum obtinet. Breuior porrò,latiorq; est,& obliquis constat fibris, qui indicem admouet: cæterùm alijs musculis,quos referam,insidet,capite ante medium digitum palmæ affixus. Iam uerò sicut magnum digitum longissimè ab alijs diducit ex primo brachialis osse procedens, sic paruū alius eiusmodi musculus à cæteris plurimum remouet,quippe nem ducens ex brachialis ossium priore,cui etiam tendo totum imbi brachiale ctens inseritur. Hi igitur septē musculi meritò Anatomicos nō latuerunt. Quippe nulla pars quæ artificiosius adimi desideret, quò sit conspicua, ipsis incumbit. Siquidem qui magnū & paruum longissimè abducunt, nō solùm à nullo occultatur musculo

A tur musculo,uel tendine,sed prius etiam quàm tendines digitorum motores detegantur,in ea consectione qua tendinem membraneū depili excarniq; manus parti subditum auferimus, alij singuli quatuor ipsis tendinibus in imo sitis adhærescunt. Meritò igitur hos latuere, sicut & me haud paucis annis, qui palmæ subiacent. Nisi enim prius magnos ipsos tendines, à quibus digiti flectūtur, & septem illos musculos,quorum mentio facta est, adimas, nullus ex musculis exiguis apparet. His autem sublatis unum quoddam cōtinuum corpus ex omnibus conflatum spectatur,quod exquisitius ad musculos inuicē segregandos discernas oportet. Ex quibus bini ad priorem cuiusq; digiti articulum intrinsecus perueniunt, ac obliquos iam quoq; attingunt. quapropter & flexum non rigidum omnino, necq; indeclinabilem efficiunt, sed leuiter in latus inclinant: ut unusquisq; ipsorumtensus primum flectat articulum modicè inclinando. utriq; uerò in rectum singulos digitos agunt,nec in ullam partē declināt. Reliqui omnes ex brachialis palmæq; ligamento iuxta ossium ferè commissuram processerunt. At magni,ut uocant,musculi,elatiorem his processum exigunt, & ipsi ex ligamento nati, quod nō ossium dictorum,sed musculorum quos uocaui magnos, bina capita unde mouentur digiti,constringit. Porrò ligamen hoc ex brachialis ossibus utriq; prodijt, nec cubiti extremum attingens,nec initium ossium quæ post palmam habentur. Quòd si iam musculos hos ademeris,nullus tibi dissecandus restabit,uel ex ijs qui summā manum explent,uel ex illis qui totum occupant cubitum: uerùm inde ad ossium compositionem eundem erit, inspiciendumq; quot numero sint, quem inuicem situm,quemq; inter se contextum habeant. Diximus autem abundè de ijs in commentario de ossibus. Cæterùm ligamenta omnia quæ adhuc sunt reliqua, musculis quos retulimus ablatis,incidere conaberis,meditatus antea triplicem huiusmodi corporum naturæ usum existere. Primo id præstant, à quo & nomen ipsorum
B deriuat. Nam ex osse in os inserta,uinculum utriusq; commune redduntur,hoc solo nomine,ut ossa inuicē deligata contineant. Secundo usu munimenta sunt corporibus subditis, quemadmodum in brachialis tendinibus dictum mihi est. Tertio indumenta his ipsis tendinibus extrinsecus circundantē. Quartus autem ipsorum usus generalis alius nō est. Etenim qui musculi exactè ligamenta in suis ipsorum capitibus tenent, corum similis est quoque usus ei quem de ossibus ostendimus: nisi quòd huiusmodi ligamenta os ossi non committant,sed medio ipsorum musculos subiectos ossibus, ex quibus ducunt originem,connectunt. Verùm talia examussim ligamēta nullus musculorum quos memoraui, obtinet, alij autem nōnulli habent,quorum iterum meminero: quemadmodum & brachij anterior, de quo mox plura. Formam uerò quandam ligamenti etiam dictorum musculorum aliqui ijs uidentur habere,qui in paruo magnum possunt dignoscere: quemadmodum certè magni quoque digiti motor, quamlibet exiguus, ab alijs ossibus quamlongissimè ipsum abducit: tamen & hic circumscriptionem quandam ligamenti ex primo brachialis osse prognatam exigit. uerùm exacta sunt usu priore ligamina in musculis commemoratis. brachiale quina numero asserit. intus unum magnis duobus musculis, qui digitos flectūt, incumbit: extrinsecus quatuor, medium uidelicet tendinum,qui digitos moueant: & in radio bina: quartum præterea cubitum intercurrit. Alia uerò ab his,quę in singulorum digitorum articuli,totiusq; brachialis cōmissura habentur, membranea sunt. Iam alia quædam uideas dura,ac crassa,quæ brachialis ossa ac palmæ inuicem colligant,de quibus in præsentiarum agemus. Nam musculis omnibus, quos dixi, exemptis, hæc apparent euidentius. Quid,quòd continuis adhuc ossibus,motū quendam in palmæ cum brachiali commissura spectas? Quapropter diuisis inter se ligaminibus,manifestò solui statim conspiciuntur & disiungi,quæ prius unita uidebantur. Ac propter ossium breuitatem,& exactam articulorum structuram non admodum perspicuus

C ipſorum motus eſt,ſed etiam pleriſq; hæc omnia unum eſſe uidentur, maximè ue-
rò oſſa brachialis. Oportet autem ipſa ad commiſſuras ligamentis præcisis inuicẽ
diſſoluere: quorum commiſſuræ, inquam, ſi commouentur priuſquam exactes
rint,apparent. Articularis ſiquidem motus quidam breuis quum ſit, clarè animũ
aduertentibus oſtendit ubi ligamenta ſecare conueniat. Nam dum extendis bra-
chiale,deinde contrahis, oſſium coitus etiam ligamentis motum aliquem exigu-
um(ut dictum eſt)repræſentare uidetur. Illic itaq; particulas incidens, omnia inu
cem diſſolues,formamq; ipſarum uariam eſſe uidebis.Item dum lata hæc ligamẽ
na detegis, aliud quoddam rotundum ſpectas, tendini oppoſitum, brachiale par
uum digitũ uerſus inflectenti: quod in primo de particularum uſu explicuimus,
quomodo reuellat os cartilaginoſum,hac in parte articulo brachialis incumbens.
Præterea ligaminibus detectis conſpicies alterius muſculi brachiale magnum di-
gitum uerſus inflectentis tendinem, qui primo indidem oſſi brachialis inſeri cre-
ditur,adhærens quidem ei,ſed ligamentum aduſq; caput primi palmæ oſſis perẽ
ptans. Atq; hic tendini detegendo curam omnem adhibeas oportet, ne perfores,
neq; opineris, ut quidam, ibidem deſinere, ubi etiã apparet ijs qui incurioſius pa-
mi brachialis os,ut dixi,incidunt. Conſideres autem in hoc quoq;,cubiti proce-
ſum, quem recta ad paruum digitum porrectum, à graphij ſeu ſtyli modo Græci
diſſectores γραφοειδῆ & συλοειδῆ appellant.Is nimirum docebit te,ſi totum arti-
culi nodum in latera circũagas, quomodo obliquis brachialis motibus miniſtret,
quos extremæ manus circumductu molimur. Ad hæc exquiſitius contemplare
radij motus ad cubitum, quos manum totam circumagendo efficimus. Verùm
cubiti motus ad brachium, qui uel inflexu uel intenſione fiunt, nequaquam exac-
ctè prius uidere licet, quàm toti brachio omnes muſculos ambientes detraxeris.
D Itaq; hoc iam agamus, memores quòd ſuperſtratum radio muſculum in brachij
os peruenire dixerimus, nec non ei ſubiacentẽ ſtatim illuc procurrere, qui palmæ
ante indicem mediumq; digitum inſeritur.Præſtat igitur,ut oſtendimus,obſeruã-
re horũ muſculorũ capita. ſin minus,at certè illius qui radio incumbit. Siquidem
apparebit tunc primùm euidenter, quum priorem brachij muſculum detexeris.
porrò facies id,duo hæc attendens,uenam uidelicet quæ per totum fertur brachi-
um (Græci ὠμιαίαν uocant) & muſculum qui ceruicem occupat. ſatius forſan
erit dicere,qui eam efficit. ſolus enim hic in eam partem incumbit.proindeq; ſecto
in uena decliuis adminiſtretur: tota, quæ inibi adhæret, cute ablata, & omnibus
muſculorum membranis. Eum uerò qui in ceruice habetur, ſecabis, fibrarũ ſimi-
litudinem diſſimilitudinemq; obſeruans, ex quibus etiam totam circumſcripſi-
nem ad unum cacumen aſcendentem cognoſces: cuius proceſſus tanquam man
gularis in brachium conijcitur. Peculiaris quidem eſt humeri articulo: uerùm ip-
ſus ex ijs qui mouent ipſum,neceſſariò aufertur, ut prioris muſculi brachij capu
biceps appareat.Itaq; cogitatione complectaris uolo, clauiculæ os eſſe A &
pularum ſpinam B C. muſculis autem incipientibus à primis & tertijs capi-
uno extremo ad B peruenire,altero ad D. Ac B quidem ſummus humeru
D uerò extremum ipſorum,quo in brachium inſeruntur.tota inſertio compre
dit B D. Cæterùm de hoc muſculo iterum nobis dicendum eſt,quum eos qui
meri articulum mouent,exponemus.In præſentia uerò complexus animo.ipſum
auferri, quæ deinceps dicuntur, aſſequere. Brachij prior muſculus, qui iuxta
nam humeralem omnibus uel citra conſectionem apparet, maxime in gym
cis,duo habet capita ſuſpenſa: unum ad ſcapularum ceruicis eminentiam, alte
ad proceſſum,quem nonnulli ob anchoræ ſimilitudinem ἀγκυροειδῆ, quidam ad
arcus cornu κορακοειδῆ nuncupant.Ligamen utriuſq; capitis abundè ualens eſt,
paulò minus toto rotundum. Quapropter hæc ipſius capita deorſum in brachij
procurrentia ſequi te conuenit;quippe quum in idem mutuò coierint,muſculum
hum-

A hunc non certè ſublimem, neq; ab oſſibus diſſidentem generant, ſed ueluti cum
illis inquam capitibus brachij oſſi mox cohærentem: inſuper alteri muſculo mi-
nori ſubdito elatius ad cubiti articulum uſque inſidentem,ubi & neruoſam exili-
tatem quam ædit,ualidum tendinem procreat:per ipſum radium pariter & articu
li membranoſum ligamen cõprehendit, quo totũ etiam articulum attollit, paula
tim ad interiora declinans. Ablato iam hoc muſculo,alterum ei ſubiectum cõpe-
ris,brachio & hunc ex duobuscarnoſis principijs circundatum: uno in poſteriori
brachij ſede,altero in anteriore magis:uerùm poſterius caput longè altius eminet.
Atque hæc mutuo in idem coitu muſculum unum generare ſpectabis: qui in ner
ueam deſinens tenuitatem,in cubiti os per tendinem procreatum inſertatur,& fle
ctens ſimul articuli nodum, & in exteriora paulatim inclinans, uerùm utriſq; mu
ſculis probè functionem obeuntibus, articuli flexus in neutram partem deflectit.
Tres igitur muſculi priores, ſunt qui cubiti articulum flectunt, ſicut oſtenſum eſt:
duo uerò alij connexi inuicem,hunc articulum extendunt:quibus etiam manum
admoliri ſic oportet.Primũ incides muſculum internis brachij partibus iniectum,
cuius caput ſub cute iuxta poſterioris axillæ muſculi extremũ habetur (naturam
ipſius in muſculorum humerum mouentium conſectione explicabimus) finis au
tem ad cubiti articulum peruenit, iuxta interiorẽ brachij nodum membranoſus,
tenuiſq;. Cæterùm ubi hunc ſuſtuleris, duo principia muſculorum totam manũ
extendentium conſiderato: quorum alterum ab humili coſta ſcapularũ oſſis non
totius, ſed ex dimidio ferè ipſius partis ſuperioris prodit: alterum uerò ex poſtre-
ma brachij regione ſubter caput. Hæc iam procedentia in brachio coëunt; dein-
de per tendinem elatum cubiti tuberculum ingrediuntur. Ac fibrarum rectitudi
nem ſequenti, tendo hic duplex apparebit: qui externam partem prioris muſculi
B ex ijs quos oſtendimus,obtinet: intimam ſecundi.Iam uerò ſi diſiunctam utram-
que muſculi partem attrahis, totam extendi manum ab utroq; uidebis: hoc diſcri
mine inclinationis ad latus facto, quòd prior in exteriora, ſecundus intrò oblique
deflectat. Cæterùm ſub hoc alius deliteſcit muſculus brachij os ambiens, qui ſe-
cundo adunitur, adeò ut ipſius particula anatomicis eſſe putetur, ſicut etiam eſt ſi
quis unum biſidum hunc, totum eſſe cõſideret. Integrum eſt etiam pro fibrarum
rectitudine ipſos ſeparare, ita enim hunc perpetuò carnoſum poſteriori tubercu-
lo committi ſpectabis. Quem ſi tendis interim, recta ac indeclinabilis circa cubiti
articulum intenſio fieri uidetur: nõnunquam intrò paululum uergere.Dicti mihi
ſunt omnes totius manus muſculi. Quod autem de his,& omnibus quæ in conſe
ctionibus apparent,ſcire cõuenit,auditum ſemel,memoriæ ita mandabis, ut nun
quam excidat.Etenim inueniuntur quædam,quę paulum primo initio,uel à me-
dio itinere ad uſque finem immutentur,alia in ipſo ſolo fine,nonnulla etiam con-
nexa appenſis, uel appenſa ſunt connexis, uel huiuſmodi quandam aliam paruã
differentiam ſortiuntur. Si igitur tibi quoq; membrum incidenti aliquod, præter
ea quæ à nobis ſcripta ſunt, quippiam inueniatur, ſcito hoc rarum exiſtere. Qua-
re nec antea damnare opera noſtra oportet, quàm ipſe, quemadmodum
nos,frequenter corpora inſpexeris.Itaq; primus hic liber colo-
phonem accipiat. Secundo de cruris muſculorũ
ligamínumq; conſectionibus admini
ſtrandis peragã, adijciens
etiam de unguí-
bus ſermonem, utriſque artu-
bus communem.

LIBRI PRIMI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER SECVNDVS.

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

VTI ueteribus minimè uitio uerterim, quòd de administrandis sectionibus nihil scripserint, ita Marinū quòd memoriæ quędam prodiderit, laude dignum esse iudico, quippe superuacuum erat illos sibi aut alijs cōmentarios præscribere, qui domi apud parentes à pueris exercebātur uti lectione & scriptura, sic etiam cadauerum consectionibus. tantum enim ueteres non modò medici, uerum philosophi quoq; anatomæ studuerunt. quare ne incidendi rationes cuiquā sic edocto memoria excíderent, non magis erat metuendum, quàm ne linguæ elementa scribere obliuiscerentur ij, qui ab ineunte ætate ipsa didicere. Posteaq; uerò temporis processu non liberis modò, sed alienis etiam artem communicare honestum esse censuerunt, quam primū sanè factum est, ut non amplius in corporum consectionibus pueri exercerētur. nam absolutis iam uiris, quos uirtutis nomine colebant uenerabanturq;, artē impartiebant. Vnde protinus necessariò accidit, ut eam infelicius condiscerent, exercitatione, quā in pueritia auspicari solebant, abolita: quæ quantū ad omnia ualeat, omnes prisci palàm uidentur ostendisse, non solùm eos uocātes humanos, qui in artibus excellunt, sed breuiter uniuersos quibus ta uita probitatis titulo inclaruerunt, quemadmodū & his contrarios inhumanos ac rudes. Quū igitur ars Asclepiadum familia excidisset, deinde multis seculis in deterius uergeret, opus fuit cōmentarijs, quæ speculationē ipsius integram conseruārēt. Antea enim non tantū administrationibus anatomicis, sed ne libris quidē indigebant: cuiusmodi Diocles sanè primus, quorū memoria ad nos peruenit, posteritati reliquit: post hunc alij quidam ueterū medicorum, neq; pauci ex iunioribus, quorū prius mentio facta est. Quandoquidem uerò præter alia, usus eorū quæ in id genus libris continebant, nō ostensus est, sed ex æquo omnia reiecta sunt, tum quæ maximā utilitatem arti præbebant, tum quæ nihil penitus, aut parū adeò momenti ad eam cōferebant, potius erat (ut dixi) libris medicinalibus, in quibus affectuū dignotiones, aut præsagia, aut curationē descripseris, cōtemplauonē anatomicā intermiscere: quomodo Hippocrates facitare uidet. At quia periculū est ne huiusmodi speculationes pereant, tum propter huius ætatis hominū negligentiam, qua circa artes laborant, tū quia à pueris exercitari non assueuerunt, multo cōmentarios scribimus. Nam si à maioribus ueluti per manus nobis traditas colleguare possemus, quorsum attineret literis ipsas demandare: Ego itaq; omnia, quæ cognitionē ab initio indipisci contigit, candidè ijs qui requirebant, impartij: cupiens uniuersos homines, si fieri posset, ea perdiscere: etsi iam nonnullos qui mihi perā dederunt, intelligā alijs nolle, quæ est ipsorū inuidia, cōmunicare. quibus repente fato fungi contigerit, post me simul speculationes interibunt. Quamobrem Marinum laudo, quòd anatomicas administrationes scribere non dubitarit: quatem parū integras, nec perspicuas simul prodiderit, tum multò magis q; Anatomici propè omnes utilissimam artis portionē non planè euidenter tractare uideant, ipse alios libros exarare coactus sum. Quid enim utilius esse possit medico adulnera quæ in bello accipiunt, ad telorū extractiones, ossium excisiones, luxatā, fracturas cum ulcere factas, item ad fistularū sinus, abscessuū incisiones, & quecunq; alia huius generis, q̄ omnes & manuum & crurū particulas accurate cognoscere. Vniuersas autem exteriores magis quàm interiores, scapularū, dorsi, pectoris, costarum, pectinis, colli, & capitis. ex his enim tela extrahere cogimur, partim contusa

A nuata quædam incidentes, partim excidentes: nonnulla quoque eijcientes, in putrificis uitijs, sinuum curatione, quæ manu administratur, abscessuum ossiumq; excisione: aut ex particulis aliquid præcidere, aut dissecare res postulat: in quibus nisi noueris ubi aut neruus, aut musculus præcipuus situs sit, ubi uerò arteria, aut uena magna: interim mortis magis quàm salutis eris autor: interdū uerò mancos efficies. Linguæ autem musculos pernoscere, quot uidelicet numero sint, & quales specie, supra usum artis cōducit: non tamen præcipuum est, neq; necessarium. Dico supra usum, quòd talia curiosius inquirere sophistarū gratia cogimur, quibus non satis est naturæ artificium in utilibus tantum didicisse, sed passim proponunt cuius rei causa particula hęc facta sit, aut cur talis tanta ue. At homo dexteris oris animi, contentus fuerit artem naturæ ex accurata unius aut duarum partium consectione intellígere: in quibus tum per id quod uehementer rei medicæ conducit, tum per illud quod ab illius usu remotum est, naturæ sapientia innotescit. Licet autem mihi potissimum dicere, huiusmodi consectiones ad affectus curandos noscendosq;, & ad illorum præsagia non esse ijs commodas, qui uafrorum sophistarum contradictiones euitare cupiant, qui sermonis inquisitione neglecta, in autores cum conuertunt, dicentes ipsos hoc nomine talium disciplinarum inutilitatem reprehendere, quòd eas ignorēt. Quorum gratia præter anatomæ usum etiam superuacua cōprehendi, ne uel ex damnantis illas inscitia, sophistæ contradicendi facultatē nanciscant. Atqui hoc abundè ipsis in opere De usu particularū demonstraui: quanq; & nunc nihilo secius dicturus sum, quomodo omniū corporis particularum cōsectiones administrabis. Verùm nos quidem uti hoc agimus, sic quoq; dignitatē cuiusq; speculationis, tū usum ostendemus. Secus enim physicis anatomæ subseruit, qui disciplinā ipsam propter se adamant. Aliter ijs, qui non
B ob hæc illam amant, sed ut nihil temere à natura factum esse demonstrent. Aliter ei, qui argumenta ex consectione ad actionem quandam uel naturalem, uel animalem cognoscendam inuenit. Ad hæc aliter ei, qui aculeos telorumq; cuspides probè eximet, uel aptè quippiam excisurus est: quemadmodum ei, qui sinus, fistulas, abscessus manu rectè curabit. His enim, ut dixi, nihil æquè est necessarium, oportetq; in ipsis medicum optimum in primis esse exercitatum: mox in latentium uiscerum functionibus: deinde usus singulorum cognoscere, qui ad affectuum dignotionem medicis conducunt. Alia nanq; philosophis utiliora sunt, quàm medicis: duplici, ut dictum est, modo, uel solius speculationis gratia, uel ut docerent artificium naturæ in qualibet particula probè expressum. Atqui Anatomici secus egerunt: ut qui eam partem diligentius uideantur excoluisse, quæ prorsus medicinæ ex usu non est, & parum commodi, idq; raro, solet exhibere: illam neglexisse, quæ præcipua est, ac utilissima, maximeq; necessaria ab omnibus existimatur. ea uerò est quæ uersatur circa musculos, neruos, arterias, & uenas, non cordis, aut alicuius uisceris, uerùm quæ in cruribus manibusq;, ac thoracis exteriore iuxta spinam, aut pectus, aut costas, aut scapularum ossa, aut pubem, aut collum, aut caput conspicuæ. Noui siquidem horum ignaros, quotidie in rebus securis timidos, in ijs quæ metum postulabant, securos extitisse. Talis est qui latum extra femur musculum, tanq; præcipuum aliquem suspicioſus obseruat, cui neq; tendo magnus, neq; arteria, neq; uena subiacet, neq; functio aliqua mouendis cruribus necessaria commissa est, quemadmodum illis qui genu articulum extendunt inflectuntq;. Totius itaq; anatomæ pars utilissima in his consistit: quorum potissimè accuratam tractationem professores illius omiserunt. Satius enim erat cognoscere, non quot membranas singuli cordis sinus habeant, neq; quot uenæ ipsum nutriant, aut unde, quomodò ue procedant, aut quo pacto neruus ex paribus illis, quæ à cerebro deorsum ferunt, eidem inferatur: uerùm à quibus quidem musculis extendit brachiū, cubitus, brachiale, femur, tibia, & pes: à quibus rursum inflectitur: qui nam

C in obliquũ ſingulas partes enumeratas circumagant, quotq; unamquanq; nerui perreptent, unde progrediantur, quem ue ſitum nacti ſint: ad hæc ubi uena aut arteria inſignis, ubi parua ſubſtrata ſit. Hæc ſiquidem medicis tam ſunt neceſſaria, ut ne ipſi quidem Empirici, qui de anatome libros integros cõmentati ſunt, ipſorum ſcientiam audeant damnare, ſed fateantur potius omniũ id genus cognitionẽ eſſe utiliſſimam. Verùm aiunt ex frequenti uulnerum factorum inſpectione naturam ipſorũ abundè ſatis intelligi. quorũ temeritatem quis non demiret? Vbi enim ne uel ij, qui magnam in anatomis ipſorum induſtriã collocarunt, exactam cognitionẽ ſunt aſſecuti, multò minus ex uulnerũ intuitu quiſpiam didicerit. Hæcq; in cathedra ſublimis aliquis ſedens diſcipulis dicere, in ipſis autem operibus artis docere non poteſt, ut qui ipſemet primus omnes dictorũ animalis inſtrumentorũ particulas ignoret. nam ſola quæ manifeſtò ſub cute apparẽt cognoſcunt, quæ admodũ periti inter illos eſſe uidentur. Quare uerbis cõtendẽdum cũ talibus uiris nõ eſt, neq; enitendũ oſtendere, q̃ non ſolùm fortuita illa anatome & uulneraria ſpeculatio (hęc enim illorũ uocabula ſunt) cuiuſq; particulę naturã accuratè nõ poſſit edocere, uerùm ne uel ipſa quæ ſtudio diligẽtiaq; adminiſtratur, niſi frequẽti in multis exercitio præcepta indagaueris, quæ ego hoc commentario recenſebo. Empiricorũ itaq; minorẽ aliquis curã habuerit, qui manifeſtò cauillãdi ſtudio tenentur. Verùm omnes anatomæ profeſſores accuſandi mihi ſunt, q̃ tam neceſſaria negligentius & ueluti defunctoriè inquiſierint. Vbi enim nõ paucos muſculorũ tendines, uel integros muſculos in q̃busdã particulis ignorarunt, quid exiſtimandũ eſt ipſis in neruorũ natura accidiſſe, qui quidem in ſummã interim exilitatem porriguntur, uim autẽ maximam obtinẽt? Quamobrem adhortor iuuenes, relictis in præſertim cerebri, cordis, linguæ, pulmonis, iocinoris, lienis, renũ, ſtomachi, laryngis, fœtus, uteri grauidi cõſectionibus, prius ediſcant quali brachiũ, ſcapulę, & cubitus cõnexu deligent, quomodo rurſus alia artuũ membra ſingula, qui nã muſculi ea mouent, qui nerui, quæ arterię & uenę quãq; particulã intercurrãt. atq; ob id ipſum manus & cruris anatomicas adminiſtrationes aliis omnibus præpoſui, q̃ ad ea quę nũ uſui hominũ neceſſariò, tum arti maximè conducant, ire primùm iuuenes oportere preciũ ſit: deinde uerò q̃ eundem ita diſciplinæ ordinem cõmentarij de uſu particularum obſeruẽ. Quod opus, ut dixi, non minus philoſophis q̃ medicis utile futurũ eſſit. Quoniam igitur in illo de partibus humani corporis ſermo nobis fuerat, ideo prius de manu (nam hæc propria hominis eſt particula) cõmentationem inſtitui. Nunc autẽ, ceu retuli, ne huius quidẽ ſolius gratia, ſed potius ut iuuencs in primis illis maximè neceſſarijs exerceantur: nã hoc tempore ſecus ipſos factitare uideo, qui anatomica ſpeculatione adminiſtranda dignos ſe exiſtimant, ignorantes adhuc quali cubiti uenæ, neruus, uel caput muſculi, uel neruea muſculi exilitas, uel arteria quæpiã ſubſternat. Vnde fit ut in uenarũ conſectionibus maximè errent: quippe cor incidunt, & linguã bubulã: hoc ipſum neſcientes, q̃ plurimũ ab humanis diſcrepẽt. Superiore igit libro inſtitui quomodo manus muſculorũ cõſectio ſit adminiſtranda: hìc ſimili modo de cruribus uerba facturus. Prius q̃ enim muſculos exactè cognoſcas, neruos aut uaſa diſſecare nec ipſe potcris, nec aliũ docere. quare & hìc cutis auferenda eſt, attendendumq; diligẽter, ne in primo plantæ exortu, iuxta calcis initiũ ſito, unà cum cuticula tendinem ei ſubiectum auellas, cuius, ut in manu oſtenſum eſt, explicati interuentu cutis depilis, ſimul & circumactu diſtilis membro ſubtenſa eſt. Hanc igitur ſubiectis ibidem corporibus obductam ſinere, ueluti in manu diximus, oportet: reliquam omnem membro toti adimere, id ipſum prius indidem diſcẽtes, femoris muſculos omniũ primos eſſe incidendos: mox qualeſcunq; uelis, ſiue tibiæ, ſiue coxę, qui femoris caput, & cum eo uidelicet totũ femur mouent. ſi uerò interim uel tibiæ, uel coxę, priores q̃ ipſius femoris musculos uel coxæ diſſecare libeat, auferes in tibia quidem muſculorũ extrema, quæ ex femore

A ex femore ad eam pertinent: in coxæ uerò muſculis, capita quæ ad articulum attollunt. Sed ex facili ipſa, quemadmodum ego dicturus ſum, repetes, ab auguribus quibuſdam nulli non cognitis auſpicatus. Quis enim poplitem, genu & tibiam ignorat? His iam animum accommodans, cõſectionem exordieris, toto membro cute ſimul & membranis ei ſubditis detecto, dictum nanq; mihi eſt prius, minimo ſic negocio potiſſimumq; muſculum deprehendi, utpotè cuius circũſcriptio pro fibrarum differentijs cognoſcatur. Omnium itaq; primus tendo latus paulatim in carnẽ uerſus ſumma ſub cute apparebit, qui anteriori tibiæ oſſi infra genu adhæreſcit. Ibi ſiquidem ingreditur, ubi tibia ipſa præceps eſt, quæ pars ceu totius ſpina ſuprà infraq; carne uacat, nudaq; eſt. Superius autẽ muſculi huius initium, quod caput ipſius nominant, ex media maximè ilium oſſis ſpina carnoſo corpore procedit, prolixum uerò & ipſum deorſum ad longitudinem animalis porrigitur, in gracilibus uel ante cõſectionem cuilibet conſpicuũ. Quinetiam quum diſtinguimus ipſum à partibus poſtremis, priores per totam longitudinem in ſpinam turbinatã deſinunt: qualis eſt & ſcapularum oſſis ceruix, maximè in ſummo ipſius faſtigio. Hìc itaq; muſculus è media potiſſimum dicta ſpina ortus, per ilium os ad intimã femoris regionem defertur, in obliquum paulatim tendens. Hinc ad genu articulum deſcendit, mox hunc circa femoris nodum interiorem permeans: inde rurſus obliquo ductu tibię oſſi ea parte iniſcitur, qua maximè excarnis nudusq; eſt. Hũc muſculum ſi ad originẽ ipſius protendas, ita tibiam figurabis, ſicut pueri in palæſtris crus inuertentes, altero uidelicet femori iniecto, quod tibi clarè innoteſcet, ſi multas tibiæ partes ademeris: atq; hoc magis, ſi pedẽ iuxta articulum abſecueris. Magni ſiquidem muſculi etiam mortuo animante tenſi functiones ſuas citra carniũ præciſionẽ poſſunt indicare: exigui, niſi multis ipſarũ ablatis, nõ poſſunt. Cæterùm poſt neruoſam huius muſculi exilitatẽ, etiã alius quidam examuſſim tendo
B in tibiæ os anterius inſertat: quẽ ſecutus, reſecansq; muſculum ipſi incumbentẽ, ad particulã unde pdĳt aſcendes, idq; per ſumma femoris interius iuxta os quod pubi ſubeſt, ubi hìc muſculus caput habet: atq; indidem prior ipſius pars deorſum uerſus in longũ exporrecta, ſenſim teretẽ figurã repræſentat. Ad hæc illi iuxta pectinẽ cõmittunt, & cartilaginis interuẽtu coëunt. Atq; hi duo numero muſculi in utroq; crure ſeſe mutuò iuxta primos exceſſus cõtingunt. Item ex ipſa regione unde prodierunt, & femore per interiora ducto, nec non ex loco propter quẽ tibiam egrediuntur, actionem ſuam docere te ualent. At etiã citra q̃ ſuam ipſa naturam indicant, tu quoq; motum quo tibia circumfertur, manibus proprijs inuenire potes: quippe dum ad exortus muſculorum ſedem attrahis, tibia elatius ſimul & interius attollitur. Verùm huiuſmodi examina mortuo animante potiſſimum faciunda ſunt, plurimis artuum mouendorum partibus undiquaq; eleuatis, &, ſi fieri poteſt, oſſibus ſolis carne uacuis relictis. Porrò tertius à duobus primis tendo latus inſeritur, nominato iuxta anterius tibiæ os cõtiguus: idq; magis ab internis ipſius partibus: paulatim uerò magna ex parte deorſum uerſus ad obliqui muſculi ſitũ uergit. Inuenis ipſum, ſi, ut in prioribus duobus, pedetentim muſculi particulam ſequaris, quæ tendines prædictos procreauit: intrinſecus quidem primùm iuxta tibiam genuq; ſitam: deinde uerò per poplitem ſurſum obliquè aſcendentem iuxta poſteriorem femoris ſedem: poſtea ſic ad coxę os (ubi ſimiæ nates carne pilisq; carent) foras ac in altum emergentem. Hinc enim exortus, ac caput indidem obtinens per femur obliquus defertur, deinde intrò ad proceſſum quem dixi, peruenit, tibiam, ut ita dicam, retrorſum agens, quemadmodum ſaltatores factitare conſueuerunt. Nam ſciendum eſt id de omni æquè muſculo: nempe rectos motum rectum miniſtrare, contrà obliquos obliquum. Verùm nullus femoris muſculus alius obliquiorem hoc ſitum habet. ſiquidem ab externa coxæ parte incipit, interna ſe in tibiam inſerit. Neceſſe enim eſt tibiam hac tractam anſa retrorſum

C ſurſumq́ ferri,& hac in orbem conuolui. Cuius ratione compoſitus, non ſimplex hic motus efficitur. Hi ergo tres muſculi tibiam ingrediuntur, tendinibus conſtricti: quos auferre oportebit,ſi tibiam ipſam prius diſſecare cogites. Nam quid ſubter lateat.ipſis incumbẽtibus uidere nullo queas modo. Iam alius eſt quartus muſculus ex ijs qui in tibiam deferunt̃,qui non interna ipſius parte,uerùm externa ſolus tribus opponit̃, quantũ ad loci rationẽ attinet cui inſeritur. Extremũ ipſius in carnem degenerans,ſimul & latitudine manifeſta conſpicuũ,tibię extrinſecus.uti dictum eſt, connectit̃. Quin etiam magis adhuc dilateſcẽs iuxta ſuũ ipſius caput, extra coxæ os ſitum, ſurſum protendit̃.Etenim prędicti caput muſculi hinc,ut dico cui,exorientis,muſculum hunc ſitu excedit: unde facilè innoteſcat ipſius functio, tibiam totam ſimplici motu in externam partẽ agentis. Porrò notum eſt etiã experientia,ſi uniuerſum muſculum ad propriũ caput uoles extendere,ſequuturã tibiam, quẽadmodum prædiximus. Eundem muſculum ſpectauimus curſori cuidã haud uulgari abruptũ,medioq́ in certamine homini auulſum: cuius deinde ſedes inanis erat & concaua,ut quam partes ſuæ relinquerẽt: hæc quidem ſurſum ad caput reuulſa,altera uerò ad tibiã detracta. Curſor tamẽ ille poſteaq́ dolor ceſſaſſet, & inflammatio deſtitiſſet, obambulando nihil offendebat̃, adeò ut audacter curſum iteraret: ex quo etiã nihil ſentiẽs incõmodi rurſus certauit, iterumq́ ceu prius uictoriam retulit. Quod illi obtigiſſe non eſt uero diſſimile. nam in curſu non eſt opus articulos in obliquũ torquere: uerùm ſufficit eos extendere, atq́ inflectere. unde nec hi tres commemorati muſculi,lato iſti & carnoſo præpoſiti,motus tibiæ præcipuos adminiſtrãt,quantũ ſanè ad ciuiles curſoriosq́ cruris uſus pertinet. Iã poſt quatuor illos muſculos quintus alius exiſtit,nõ in anterius tibiæ os uibus primis ſimiliter perueniens, uerùm ad inferius femoris caput,& muſculi tibiæ principium,à parte interna. Incidi itaq́ poteſt non hinc modò, uerùm nihilo minus à ſuperiore etiã initio. quin & utrinq́ cõſectionem adminiſtrare exercericq́ melius eſt. ſi quidẽ infrà inceperis,primus hic euidentiſſimè apparens totius muſculi proceſſus, qui tertio inter narrandum dicto iuxta exortũ cohæret, ceu manu te ad caput ipſorũ per poſteriores femoris partes,uſq́ ad coxę os deducet. Sin autem deſuper auſpiceris,ad muſculi nuper inciſi caput animũ diriges. Quatuor enim continua muſculorum capita ex coxarũ oſſe prodeunt: lati uerò,quem curſori auulſum dixi,omnium extimum habet̃.ſecundum tibiam extrorſum agit, tertium de quo uerba fecimus,in exteriora paulatim intorquet & ipſum totam tibiam,ſimili quidem ſecundo prędicto motu,ſed non ęquè magno. Hoc caput ſubſequitur aliud quartum,ut dixi.nam omnia uno ſita ordine,ex oſſe coxarũ procedunt. At à ſuperioribus anatomen exorſus, inde per poſteriora internaq́ femoris deſcendere conabere: deducet em̃ te ad nodũ ipſius, ea nimirũ parte, qua & muſculorũ ad ſuã pertinentiũ alter procedit interior: in quo finẽ eius inſertum unà cum illo qui articuli ligamentũ adiuuat,intueberis. Hunc muſculum ſi ad caput ſuũ extendas, cum femore etiam tibia retrorſum introrſumq́ ferri uidet̃. Id uerò ei accidit, q́ prædicti huius muſculi finis cõmunis ſit adnato illius capiti, qui in ſura ab interna parte & poſteriore habet̃. Satius igitur fuerit & horũ fines quoquo modo tibiæ cõmunes auferre, quũ illos aliquãdo muſculos priores incidere fueris aggreſſus. Sic nanq́ & hic muſculus per ſe quidem femur extendere, tibiã uerò prędicti cum muſculo ipſius cõnexus beneficio contrahere quoq́ apparebit. Atqui ſi nunc omnes(de ſemoris muſculis agimus)exemeris,adhuc magni tũ in priore, tũ in poſteriore interq́ uniuerſa femoris parte reſtabũt,ex quibus anteriores prius diſſecabis. Habẽt ſanè unã omnes actionẽ: nempe qua genu articulũ extendant, non tamen uel ſimilẽ, uel capita, quæ quidem in totũ quatuor numero exiſtunt. elatius ex ilium oſſis ſpina ꝓcedit, è directo muſculi omniũ primi dicti, idq́ parte ipſius inferiore. huic ſuccedit aliud multò maius priore et humilius, q̃d externa potius femoris regione

D

A gione propter ipſos clunes potiſſimum eminet: ex quo (inquam) capite maximus anteriorum femoris muſculorum exortus eſt. Huic cõtiguus connexusq́ eſt à foris omnium primum dictus latior carnoſiorq́ muſculus, à medio propemodum femore uſq́ ad finem infernũ procedens, qui curſori fuerat auulſus. Ad eundem huius muſculi locum peruenit & alius proceſſus, qui primus è ſpina ilium oſſis exoriri dictus eſt: atq́ ambo iuncti, unius muſculi modo aduſque patellam apparent, (Græci ὠγγραφὰς & μύλην appellant) in quam per ualentiſſimum latumq́ tendinem inſeruntur: ad hęc totam ipſius priorem partem comprehendunt. Idem tendo ad tibiam quoq́ peruenit, firmus adeò, ut uix diſſolui queat: anteriori poſt articulum parti inhęreſcens. His autem reſectis, alia muſculorum capita duo ſubiecta manifeſtò in conſpectum ueniunt: alterum quidem primum grandioris in femore capitis (Græci πρόχωντηρα uocãt) proceſſum attingit, præterea capitis ipſius ceruicem. Reliquum uerò infra hoc emergit: atque ab interiore femoris oſſis ſede rectà prorſus uſq́ ad patellam totam carnoſam perpetuò defertur. Alterum deſuper incipiens iuxta internum femoris caput, membranoſiore extremo deſinit: cæterùm fines ipſorum cohæreſcunt, unitiq́ ſunt. Atq́ hac de cauſa profeſſores Anatomici hunc muſculum pro uno numerant, etſi plura capita habeat: ueluti maiores quoq́ ipſorum externi, qui ualidiſſimum ex ſe tendinem producunt, de quibus nuper egimus. At quòd omnium muſculorum qui genu articulum mouent, ualidiſſimam ij functionem obire creduntur, quibus extenſio debetur, cuiuis notum eſſe arbitror. Quippe niſi hos firmiter extenderis, nullo pacto queas pedibus conſiſtere. Sin autem omnes alios perijſſe finxeris, ſoli hi ad tenſionis ſtabilitatem ſufficiũt. Nam poplitis flexura inter leues infirmasq́ eius actiones refertur: fit autem ubi crus ſeu quiddã ſublime à terra eleuare conamur, innixiq́ firmiter altero, totã corporis molem ſuſtinemus. Quamobrem natura neq́ magnis, neq́ multis

B muſculis ipſam commiſit: uerùm ex cõmemoratis unus capiti interioris ſuræ muſculi inſinuatus, ut dixi, tibiæ flexus autor exiſtit: quanquam non magis ipſam flectere, quàm ad internam regionem abducere uideatur. Hic quidem muſculus leuiter & obſcurè quodammodo genu articulum mouet. At quem magnum muſculum putãt ipſum flectere, qui totam propè regionem femoris poſteriorem interioremq́ occupat, is uel omnino non attrahit tibiam, uel certè parum, quia & finis ipſius leuiter attingit articuli totius ligamentum in orbem circumpoſitum. nam in os tibiæ minima quidem ſui parte ingreditur. Verùm coacti ſunt hunc poplitis flexuræ autorem dicere, quòd nimirum ignorarent alterum muſculum articulo latenter quidem inſinuatum, uerùm eundem uel ſolum poſſe nectere, uel inſigni potentia præditum: quem prius cernere non eſt, quàm à tibia muſculos ademeris qui ſuram efficiunt. Quapropter nec mihi de eo dicere neceſſarium eſt, ſed quum primùm ex ordine Anatomico fuerit detectus, tunc & ego naturam ipſius uniuerſam exponam. Nunc autem ex femore muſculis præter magnum duntaxat reſectis, licebit tibi & coxæ articulum mouentes, nec non circa tibiam uniuerſos deinceps incidere. Fingamus iã nos coxæ articulum mouentiũ priores adminiſtrare: ex quorũ numero maximum quoq́ femoris muſculum eſſe diximus, quem peream, ut retuli, genu articulum flectere arbitrantur. Ab hoc igitur ipſo articulo exordiens, fibras cõtemplare. Quę quidem in poſteriore magis parte totius femoris habentur uſque ad coxæ os ſurſum tendunt: quæ interiorem perreptant pectinem, intrà porriguntur. Ex hoc enim toto procedens coxarum quoque iam os amplexatur, quatenus humilimo pectinis oſſi iungitur. rectis igitur fibris poſterioribus coxæ articulum flectit. Sin autem & genu nonnihil mouere ipſum eodem pacto, non alio permiſerimus, ijs ſanè quæ in lateribus ad pubis os peruenient, obliquum intra totius femoris motum adminiſtrari deprehendes. Interim uerò hic muſculus bina quædam uidetur uel tria, ceu exiguorũ muſculorum deli

C neamenta in ſe contenta aſſumere, interim unum, uel duo: unum planè quod in-
ternis coxæ partibus, iuxta ipſius medium paulóq; ſuperius medio, innaſcit. A-
mum igitur aduerte diligenter dum hūc incidis muſculum pectini ſubiacentem,
ne illum præcidas, qui totum foramen, magnitudine ſua alioqui maximum, occu-
pat, in ſuam quandam nerueam tenuitatem deſinēs, qua de mox agetur. Itaq; ma-
gnum hunc, cuius nunc eſt mentio, à toto pectine reſecans, abſtineto primùm ab
eo qui foramen comprehendit: deinde ab humili muſculo, quem etiā in hiſce ani-
mantibus ſemper liuidum uidimus, orientem ſanè ex inferiore pectinis parte, ex-
quo autem patellæ capiti inferius cohęreſcentem tendine haud in ualido, licet ipſe
magnus nō exiſtat: uerùm tendo ipſe carnoſus magis quàm neruoſus ex toto in-
terioris genu partes excipit. Alter muſculus ualentiorem hoc tendinem prædicto
contiguum deſcendentemq; in reliquū genu caput totum ducit, quantumcunq;
illud eſt, amplexus. procedit hic ex ſuperioribus lumborū ilíumq; oſſis partibus,
quibus utriſque originem ſuam debet. Hinc iam perſpicuum euadit, muſculum
hunc, niſi omnibus in abdomine reciſis, ablatisq; uniuerſis quæ lumbis ineum-
bunt, non poſſe conſpici. Solus enim hoc pacto lumborum muſculus euidenter
apparebit triplex interna ſui parte per ualidum tendinem, qui ligamenti robur
naturamq; habeat, in illam partem deſcendere, ubi pecten deſinit coxæ commiſ-
ſus. Extrinſecus autē altero nerueo proceſſu ſiue tendine, non autē longo ut prio-
re, ſed tenuiore multò ilium oſſi inſinuatur. Alia ipſius pars, quæ ex medio tendi-
num proceſſu infrà tendit, muſculo totius ílium oſſis interiore unà ſecū excepto,
tendinem modò nominatum producit, exiguo genu capiti inhæreſcentem. Qui
iam uel ex ipſo ſitu palàm deprehenditur, ſimul dum femur intrò flectit, etiam ſur-
ſum erigere. Atque experiunti tendentiq; tibi ſæpius hoc facere uidebitur, con-
D trariam uidelicet poſtremæ grandis muſculi, cuius mentionem fecimus, partis, ac-
tionem obiens. Atqui paruum muſculum liuentem obliqui intrò motus auto-
rem eſſe femori quis ignorat? Ibidem haud alium præterea muſculum femori in-
ſertatum reperias: profectus autem ad exteriores, nimirum uniuerſos comperis
ijs quæ femoris caput ambiunt, iuxta magnū proceſſum exteriorem, τροχαντῆρα
uocant, immitti. Primus itaque ipſorum ſub cute ſumma poſitus eſt, ex tota ilium
oſſis ſpina recta procedens: quæ quidem eius pars ex toto carnoſa eſt, cui alia ad-
hęret contigua, paulatim iam in membranam deſinens, ut mox exactam ligamen-
ti naturam habere uideatur. Incumbit hic muſculus ijs ilium partibus, quæ oſſe
ipſorum magis eminent, & obliquè retrorſum ſpectant: cæterùm ſpinalium mu-
ſculorum extremo connexus eſt. Vbi uerò hoc eius membraneum deſinit, alius
proceſſus carnulentus occurrit, è regione primo (ut aiunt) ex ilium oſſe emergen-
ti oppoſitus. Atqui quum eodem procedit ex lateribus ſacri oſſis mucronis, coc-
cygem Græci appellant, ſenſim etiam poſteriores ipſius partes amplexatur. Au-
ferendus igitur eſt, ſed ita, ut deorſum uerſus protendas. Omnia uerò ſubiecta cor-
pora ſcalpello retuſiore potius quàm acutiore deteges, quæ membranea uiſco-
ſaque in totum ſunt, coccygis nominati, & externi coxarum oſſis extremi interme-
dia. Quin etiam pars huius muſculi membranoſa magis eſt, quàm carnulenta.
Quantacunque uerò ipſi contigua coxam ingreditur, ea omnino carnoſa eſt, ca-
piti ſtatim, quod ex coccyge deriuatur, admiſta. Paulatim itaque tum has carnes,
tum ipſis oppoſitas, quæ ex ilium oſſe prodeunt, mediámque ipſorum membra-
nam à ſubiectis reſoluas. Sic nanque & femoris caput reuelas, & bipartitum mu-
ſculi finem alterum inuenis, poſtremis illius partibus connexum, rectóq; potiſſi-
mum tramite ad coxarum & mucronis ſacri oſſis, qui coccyx dicitur, exortus ſtū-
alterum in membraneum tendinem latum degenerātem, qui priores femoris mu-
ſculos complectitur, cōtiguus proceſſui, quē ad genu deſcendere antea diximus.
Vnde liquet omnibus, muſculum hunc femur retrorſum abducendo extendere:

per eam

A per eam nimirum inſertionem, quæ recta tum ex ſacri oſſis mucrone, tum ex co-
xarum oſſe producta, ad caput pertinet. Ad hæc femur paulùm in exteriora decli-
nat: uerùm altero ipſius extremo dilatato, in latus extendit. Ambobus autē ſimul
tenſis, perfectiſſimam totius cruris extenſionem efficit. Vbi iam hunc muſculum
ſuſtuleris, alius occurrit, ualens, & omnino carnoſus, qui ex tota propemodum
poſteriore ilium oſſis ſede progrediens, uicinis etiam oſſibus ſimul incumbit. Ve-
rùm tendo ipſius magni genu muſculi, capitis uertici inſeritur, adeóq; ulterius ad-
huc procedit. Porrò animum dum hic muſculus inciditur, paruo cuidam muſcu-
lo adhibe, qui ab externis infernisq; lati oſſis finibus oritur: ac putabis hunc, niſi
exactè circumſcriptionem ipſius obſerues, magni muſculi partem eſſe: non mo-
dò quòd ab eodem loco procedat, uerùm etiam quòd ad genu muſculi caput, cui
grandis muſculus immitti dictus eſt, contiguus ipſi exiſtat. quin etiam paulò inte-
riorem quàm ille inſertionem obtinet: erigens nimirum & hic femur retrorſum, cū
leui ad interiora deflexu. Porrò alius inibi muſculus colore liuido delitеſcens, ipſe
quoq; grandi muſculo ſimiliter ſubiacet: qui hoc nomine promptius prędicto in-
uenitur, quòd liuorem repræſentet. Originem ducit ex interioribus ſimul & late-
ribus oſſis lati: quem poſſe femoris caput cōtorquere, cuiuis eſt perſpicuum. Ete-
nim & ipſe magno femoris exceſſui ſeu tuberculo (trochantera nominant) ſed hu-
milius quàm grandior muſculus inijcitur. Hi ſanè tres muſculi in magnum exceſ-
ſum femoris, ſicut dictum eſt, ingrediuntur. Ab his alij duo cōditi planè introrſus
femoris caput detorquent, & per ualidos tendines in grandioris tuberculi femo-
ris ſinum deligantur. Vtriq; ex oſſe quod pubi ſubeſt, procedunt, foramen occu-
pantes, hic intus, ille extrinſecus: mox ad ipſam femoris ceruicem à foris emergūt:
B unde ſic ad tuberculum ipſius per ſinum prædictum aſcendunt: cui rurſus ante-
rior demiſſius, poſterior elatius immittitur. Quum iam pariter huius capita à pecti-
ne abripueris, ligamen membraneum cōmuniter utriſq; ſubiectum ſeruato, quod
totum pectinis foramen comprehendit. Equidem numeroſus hinc eſt proceſſus
muſculorum, qui uidelicet etiam ad uicina foramini oſſa utrinq; porriguntur. Ita-
que muſculum exteriorem ex facili diſſolues: interiorem uerò, ſi totum uoles ex-
quiſitè contemplari, oſſium pectinis cōmiſſuram priùs ſcalpello ualente dirimes:
quod leui admodum negocio confeceris. nam cartilago utraque intercedit, quæ
ipſa connectat, committatq;. Quapropter ſi in illa conſectionem moliaris, facilè
adminiſtrabis, opusq; promouebis, adeò ut ſolutis ſtatim inter ſe oſſibus, muſcu-
lum prompte queas intueri. Inſuper magis hoc efficies, ſi ubi pectinis oſſa ſcalpel-
lo diremeris, ilium oſſa manu utraq; prehenſa extrorſum ualidè reflectas. quippe
hæc quoq; tali functione ſoluuntur, ſeperanturq; ab oſſe lato, ut tota illa regio ſu-
pina iam & conſpicua euadat, uniuerſaq; pectinis pars interior clarè omnibus ap-
pareat. Qua de cauſa nunc ſatis eſt muſculi ex his partibus proceſſum amputare.
nam poſtea in conſectione ſedis auditurus es, quomodo priorem ipſam ſuperfici-
em membraneam detegere conueniat, quam muſculi operculum eſſe putaueris.
Sed hoc non ad preſentem diſputationem pertinet, uerùm potius quidam muſcu-
lus membraneus tenuisq; ad anum pertinens, unus utrinq;, non admodum Ana-
tomicis cognitus: quemadmodum neq; prædicti. Verùm de illis quum ad ſedis
anatomen uentum erit, accuratius dicetur. Porrò hic quoq; muſculus qui nunc in-
cidit, pectinis internus, ſicut docui, ad grandem femoris exceſſum contrariū qui-
dem motum, ſed genere ſimilem priori ſubminiſtrat. Quippe ambo femoris ca-
put introrſus circumagunt: unus per totius articuli anteriora, alter per poſteriora.
Talis eſt certè muſculorum coxæ articulum mouentium conſectio. Iam uerò op-
portunum eſt ad tibię muſculos digredi, quos etiam, ueluti eſt dictum, ante coxa-
rum muſculos licet incidere: imò uel ante omnes, ſi eos abſtuleris qui ex femore
in tibiā deſcendunt. His enim ademptis, duo muſculorū capita manifeſtò conſpi-

A ciuntur, quę ex posteriore femoris regione illa potissimum ducunt originem, qua nodorum radix habetur. Vnde fit ut musculorum etiam capita nodos hosce comprehendant: atq; ideo sinui ipsorum cartilago inijcitur, quæ gibbæ utrorunq; parti communis est. Quæ uerò capita poplitem permeant, propter surā coēuntia musculum unum gignunt. In hunc autem ipsum haud exigua capitis exterioris portio propagatur: quæ musculus per se efficitur, in tendinem latū paulatim cessans, qui pedi subhæresceit, quemadmodū de manu superiore libro enarratū est. Posiq; ergo ipsum similiter illi detexeris, nempe bifariam, ceu monstrauimus, euidenter spectabis tum figura conformem, tum musculo, cuius mentionem facimus, connexum. At ex utroq; musculi in sura, ut dixi, nuper geniti, capite, tendo producitur, qui memorato cōtiguus incumbit, posteriori autem calcis extremo inseritur, ad quod ipsam trahere est idoneus. Huic tendini continuum, alterius musculi ex tibia orti, colore magna ex parte liuidi, processum altiorem deprehendes: caput ipsius quà posterius tibiæ os, peronam appellant, plurimum eminet, habetur. Hi quidem musculi retro in sura siti, siue tres, siue quatuor ipsos numerare libeat, & ad calcem, uelut dictum est, & ad inferiora pedis deferuntur. Iam alij ipsis cohærent, qui non adhuc exactè in postremis partibus, sed potius ex lateribus tibiæ instus exorti, ad infimum pedem omnes porriguntur. At ubi tendines primùm genirant, ibi ligamentum ipsis extrinsecus iniectum est, ex tibia ad calcem pertinens: quo recta linea diuiso, quemadmodum de manu diximus, si tendines deinde sequaris, digitis ipsos insertari comperies: non tamen (ut in manu) alterum medium articulum, alterum primum & tertium, sed ambo primū, secundum tertiumq; mouent: si magnum uidelicet digitum excipias. Nam ad secundum ac tertium tendo qui ipsum mouet, porrigitur, sicut in manu se habet, cæterò capitum duorum quę
B retuli, processus inuicē connectuntur, non eodem semper modo. sæpe enim alter ipsorū musculus quasi indicem & paruum digitum mouet, alter medium & annularem: utriq; eadem uniti propagine, magnum. Est quū aliter ipsi miscentur. Horum igitur tendinū capita inter calcem & tibiam sita, ut prius dictum est, hoc solo discrimine uariāt, quòd alterum ipsorum inferiori mallcoli extremo insideat; quod calcem proprio quodam ligamento rursus præter commune à foris accedit. Tertius tendo ipsi tibiæ fini adhæresceit, eiq; innixus, ligamento iterum peculiari constringitur: qui & ipse pedem uniuersum, sicut qui calcem ingrediuntur, retrorsum inflectit: uerùm ipsius extremum in primum palmæ os interius conijcitur. Hisin gulatim recisis, diuertendum rursus est ad exteriores tibiæ musculos, qui quinq; sanè ad superiores processus attinet, tres existunt: sin autem tendines, motumq; differentiā spectes, cui in primis est attendendum, plures. Has itaq; membranas adimens, hic etiam sub cute ligamentum conspicies, ei quod manum extrinsecus tuetur, proportionatum, unde omnes tendines qui digitos extendunt, prodiere. Verùm hoc ligamen illo tum multò longius, tum tenuius est, præsertim si animum differentiam consideres, nam qua ratione pedis ligamenta plura creauit natura, eadem quoq; uehementioribus muniṇs obeundis robustiora effecit, quàm quæ in manu sunt. Porrò ligamentū hoc situ paulatim obliquum est, non, ut quod in brachiali habetur, transuersum: item tibiæ & calcis extremo connectitur. Oportet autem hoc quoq;, sicut prædictum est, iuxta membri longitudinē incidere: mox partes ad originem suam erigere, ac capitibus subiectorū tendinum detectis, hinc eorum musculorum confectionem auspicari. Infrà siquidem ad plantam, supraq; ad tibiam ceu manu deducunt. Primum sanè cōtueberis musculum usq; ad superius caput porrectum, cuius extremum ligamentis continetur: & plantam ubi maior digitus incipit, subit, paulùm in exteriorem ac inferiorem ipsorum regionem excedens. Secundum deinde musculum alium spectabis, huic adeò uicinum, ut pars ipsius esse putetur: idq; ob causam duplicem, tum quòd processum desuper com-

munem

A munem habeat, tum quòd ipsi per totam tibiæ longitudinem extrinsecus adhæresceat: uerùm tendo eius in caput primi maioris digiti internodij insinuatur. Itaque constat, si manuū consectio tibi succurrit, huius bipartiti musculi proportio cum eo qui in illis tum brachiali, tum magno digito communis est. Huic autem cohæret alius musculus exilis, medio inter tibiæ os anterius posteriusq; situs. ingreditur totius digiti maioris latus, proportione similis paruo manus musculo, qui pars esse creditur, adeoq; tres maiores digitos extrinsecus in obliquum mouet. Verùm hic pedis tendo quum propter magnum digitum sit, ligamentum quoddam permeat, eundem præbens usum, quem circuli in curru. Porrò deinceps musculorū quos nominaui tendinum caput ligamento subiectum cōtemplator, quemadmodum prædicta, ijs abundè manifestum qui animum adhibēt. Ab hoc itaq; incipiens, deorsum uersus tendines quatuor digitos quaternos extendentes manifestò inuenies, ijs respondentes qui manum extrinsecus perreptant. sursum uerò musculum hunc uidebis calci aduscq; superius caput insertum: cuius extremum plantam propter maiores digitos ingreditur, paulùm interna parte exuperans: ubi etiā musculi ipsius caput conspicies, ligamento cuidam externis tibiæ partibus iuxta ipsum tibiæ os posterius exortis contiguum. Quod (ligamen dico) tenuium partiumq; carnium coitu multis alijs simile, musculi caput efficitur: qui deinceps talis circumscriptus est. Hi igit musculi in prioribus magis totius tibiæ partibus consistunt: alij tres ab uno capite in exterioribus habentur: atq; hi prępositū ligamentum ex posteriore osse tibiæ, peronam nominant, ad calcem ipsam pertinens continent: quo soluto, tres neruosas musculorum exilitates spectabis: unam quidem eximiæ magnitudinis obliquam ad plantæ exteriora deferri: & hinc rursus ex obliquo uestigium subire: mox ad caput primi ossis prope maiorem digitū porrigi. Notumq; est in hoc ipsum articulo maioris digiti flexum ueluti plantā uersus ibi-
B dem moliri. Cæterùm ex superioribus ad infernam cartilaginem productum tendini coire deprehendes. Iam uerò simię pes hac parte ab humano discrepat, quòd etiam natura digitorū huic animali dissimilis sit humanis. Illi siquidem multò minores, quàm qui in manu, existunt: hi uerò maiores etiam ijs in quos manus est discreta: quales reptantibus quoq; animantibus plurimum fissi, tum inuicem distantes adsunt, quorum beneficio ex facili sublimia cōscendit simia: quemadmodum mustelæ, mures, feles, & id genus alia. Hunc igitur, ut dixi, tendinem in pede humano haud est reperire: gracilem uerò ei proximum, qui ex paruo procedens, minimum digitum introrsum agit, inuenis: sicut & ipsi uicinum, qui totū pedem intorquet, redditq; hac in parte concauum, iuxta minimum digitum in cubito eandem sumens proportionem. Hic tendo biceps interim ab exortu redditur, eiusq; partes tunc permeat alius tendo, qui paruum digitum extrorsum agit. Sin autem aliquando non scissus ipse in ramos fuerit, ligamen membraneū continēs ipsum inter se & tendinem, excipit eum qui ad paruū digitum portendit: eundem usum exhibens, quem paruuli circuli in curribus, per quos lora traijciunt equis aurigandis apposita. Talis autē quidam alius in magno digito ex ligamento circulus habetur, ad tendinis transitum, ut prædictum est, constructus. Cæterùm tres hi musculi connatas inuicem propagines obtinent. Prior dictus circa plantam, qui ex superna posterioris tibiæ ossis partibus ad infimū pedem pertingit, summa sub cute tensus, ex tenuibus ligamentis carni cōnexis efficitur. Alter, ubi prioris appellati caput desinit, & ipse non multò post principium in tendinem rotundum degenerat, ex illis totus existens. Tertius uerò, qui pedem totum efficit concauum, ex reliqua posterioris tibiæ parte procedit. hic itaq; pedem eleuat, simul & initio deflectit. at qui in magnū digitum inijcitur, extrorsum flectit. Verùm utriq; simul tensi indeclinabilem pedis eleuationem moliuntur. Hoc modo etiam ex musculis qui pedem retrorsum agunt, uterq; in latus sensim declinat: ambo autem simul directè

C pedem ducunt retrorsum. Hi quidem musculi etsi minus absolutè ac adamussim,
certè mediocriter à maioribus nostris dissecti sunt. Verùm qui ulterius dicentur,
omnes ferè omnibus sunt incogniti. Primùm insignis tum crassitudine, tum ro-
re, licet nō longitudine, qui in articulo poplitis conditus est, inuenies eum de
latis posterioribus musculis ad surā porrectis, quos primos sermone incidi. Nam
inter capita horum amborum musculorum hic musculus situs est, totam ferè tibiæ
dem latitudinem tibiæ comprehendens. Caput ipsius ligamentum est ualentissi-
mum, ex femoris nodo exteriore productum. conspicitur ligamēto totius articuli
absciſſo, ut quod ab exteriore femoris, & tibiæ posterioris ossis parte ducens origi-
nem, hæc inuicem connectat, ac totū articulum contineat constringatq;. sub hoc
enim latescit, iuxtaq; ipsum obliquius ascendit, ex carnosa tibiæ substantia per po-
plitem ad nodum femoris, ubi caput ipsius est, procurrens. Quod caput ex femo-
ris nodo ortum, ab interna & priore parte ligamenti, quod articulum totum con-
stringere dictum est, consistit. hoc si tendis, tibia flectitur. Quoniā uerò breuis hic
musculus est, ubiq; multa carne orbiculatim circundata, breuis propter illam est.
Hac carne adempta, ac pede præterea detecto, tibię os facilè à ligamēto, cuius me-
mini suprà, musculoq;, retrorsum attrahi, extrorsumq; inclinare uidebis. Hic itaq;
musculus meritò illos latuit, ut cuius caput sit reconditum. uerùm pedis musculi
cur quibusdam nō sint animaduersi, non possum explicare: præsertim qui septem
intra manum conspexerint. Omiserūt enim & illic in alto ossibus ipsis incumben-
tes, sicut prius dixi: non tamen septem conspicuos. In pede quatuor musculorum
sunt genera, non ut in manu, duo. Tria quidem infra pedem: unum supra in ad-
uersa plantæ parte situm est. atque hi musculi obliquos adhuc motus digitis sub-
ministrantes, proportione ijs respondent, qui manum extrinsecus mouent. Qui
sub pede habentur, septem & hi, cum septenis qui in manu uisuntur, conuenīūt.
D singulos digitos mouentes: quorum duo, ut in manu, ex primis brachialis ossibus
exoriebantur: etiam ipsi in pede priorem digitum iuxta plantam plurimū ab ijs
digitis extrorsum abducunt: reliqui paulò posterius dicentur. Alij infrà musculi
ex tendinibus digitos flectentibus, priusquam exactè singulatim scindantur, pro-
cedunt: quorum munus est medium uniuscuiusq; digiti articulum flectere. Nam
sciſſis iam tendinibus, alij minores musculi adhærescūt, ijs qui intus in manu ob-
quum motum digitis singulis suppeditant, proportione similes. Quatuor hi sunt
numero, sicut & illi: uerùm accessione duorum, qui extremos digitos longissimè
abducūt, quos nuper nominauimus, item eius qui magnū hunc indici uelut ab-
ducit, totus numerus septenarius efficitur. Ad hæc tertium quoddam genus mus-
culorum est, qui subter pedem ossibus inhærescunt, & in manu plane incognitis
antea musculis proportionantur. in conspectum prodeunt, si tendines quemad-
modum & illic excindas. Situs ipsorum totus, numerus, & usus pro illorū ratione
habet, quos in manu esse prediximus. duo enim cuiusq; digiti primo articulo pro-
positi. leniter ipsos flectunt: simul quidem pari actione functi, priuatim autē unus-
que in latus sensim declinans. Interim tam continui inuicem ibi inueniuntur, ut
unū in digitis esse putes. Consectis his musculis nullus præterea ex ijs restat, qui
in toto crure consistunt. Verùm considerare te conuenit, ut in manu ligamēta esse
um, ita nunc quoq; omnium articulorū quos detexeris: primi coxartū, qui unum
in orbem ambiens ligamentum habet, omnium articulorum commune. nullus
enim est cui tale ligamen non sit obductum. Aliud autem inspice quod in imo arti-
culi reconditum, femoris caput coxæ sinui connectit, durum adeò, ut iam nervus
cartilagineus dici queat. præterea partes ligamenti quod totum articulum orbicu-
latim ambit, cōsidera: quò noscas, sint ne omnes æquè ualentes, tum crassitudine,
tum robore, an aliæ alijs præpolleant. Pari modo in genu articulo facies: insuper
in ijs quæ in pede habentur, ligamentum in omnem æquè partē distendens. nam
si partem

A si partem ipsius aliquam in se concurrere sinas, aliam uerò tendens adhuc digitis
tuis dilates, inualidior tibi uidebitur dilatata cōcurrente. In his igitur articulis nul-
lam insignem partium ligamenti quod ipsos cōtinet, eminentiā inuenies. in pede
apparebunt nonulla, ut dicemus. Verùm genu articulus etiā alia plura ligamen-
ta habet. unum in imo coxæ ligamini respondet, sub ipsius commissura condito:
quod in femoris partibus bisidum porrigit. Alia duo in lateribus habētur: exteri-
us, cuius & antea memini, quū musculū in poplite ab Anatomicis prætermissum
recenserem, femoris, tibiæq; posterioris os inuicem colligat: eiusq; extremum in-
ferius, quod iuxta posterius tibiæ os habetur, capiti musculi subiectum est, cuius
tendinem externas plantæ partes perreptantem ad primum maioris digiti articu-
lum protendi diximus. siquidem transit magis in priorē tibiæ posterioris partem,
non omnino in latere permanēs. Alterum ligamen internum, hoc tum gracilius,
tum mollius est: quanquā & ipsum ibidem ex femoris nodo procedat, necq; idem
in tibiæ latus inseratur, sed ueluti & aliud exterius, in priora maiore sui parte con-
cedat. Cæterùm alia ligamenta sunt in articulo cartilaginea, utricq; tibiæ sinui orbi-
culatim circundata: quæ inuicem ea articuli parte coëuntia, ubi tibiæ sinus inter
se committuntur, ualidius quoddam inibi producūt ligamentum cartilaginosum,
quod in medium femoris nodum iniicitur: totum uerò articulum bifariam interse-
cat. quippe medium inter tibiæ sinus & femoris nodos situm est. Hoc quū tempo-
ris spatio excidit, locus qui tibiæ capitis sinum intercedit, cōcauus apparet, etsi ela-
tior, quum animal uiueret. Reliqua pedis ligamenta deinceps inspiciam, sed ita ta-
men, ut eorū prius mentionem faciā quæ tendinibus spectandis exemeris. quæ-
dam siquidem ipsorum articulos nihil iuuant, quæ ex una aliqua ossis particula
prouenerunt: quemadmodum tum quod posterius caput tendinum digitos mo-
B uens amplectitur, tum illud quod hunc totum pedem concauum efficit, tibiæ, ut
dixi, extremo cohærescens. in ijsdem enim ossibus, quibus prædicta tendinum ca-
pita insinuantur, ligamenta habent, non ex altero in alterum perueniente, sicut id
quod desuper ipsi incumbit. Hoc enim ex tibiæ extremo in calcem desinens, unà
tendines subiectos cōstringit, unaq; ipsis ossibus ligamentū efficitur. simili modo
& prius ligamentum anterius tibiæ os cum posteriori connectens, simul hæc in-
uicem deligat, & subiecta tendinum capita ceu uallo munit, quemadmodum &
quod exterius tendinibus ibidem obiectum est, non modò illos securè tueri po-
test & constringere, uerùm etiam posterius tibiæ os calci connectere & coarctare.
Itaq; huiusmodi ligamenta ossium ipsorum quæ uinciunt, musculorum subiacen-
tium communia esse contingit, sed non eundem utriusq; usum præbent, uerùm alia
ossa ligant, tanquam munimenta quædam, & muri, tendines ambientia. Alia arti-
culorum tantum propria inuenis, quæ neruos cartilagineos magis referunt. Iam
uerò hæc in alto recondita, tum alia quædam extrinsecus exporrecta similiter ijs
quæ tendines tuentur, reperies. Est præterea ligamentum quoddam oblongum,
ex eadem radice procedens cum priore ligamento, quod ex tibia ortū, posteriori
eius ossi inseritur: nō tamen & ipsum similiter illi anterius tibiæ os posteriori con-
nectit. Quippe humilius fertur, extrorsumq; & deorsum uersus iuxta priorē mal-
leoli prominentiam ferè reconditur: extremum ipsius ad calcis os descendit: prin-
cipium alio ligamento constat, quod subter ea quæ inibi habentur, ex tibia proce-
dit, connexum ligamento totum articulum complectenti. finis autem ipse non
multò post exortum descendit, articulum statim qui cum posteriore tibia commit
titur, excedens. sequitur hoc ligamentum aliud iuxta inferiorem tibiæ partem ner-
ueum magis & cartilaginosum: quo tibia cum interiore malleoli parte coit, illic
potissimum ubi ipsum excipit. Aliud similiter extrinsecus posterius tibiæ os mal-
leolo coniungit. Item aliud tertiū iuxta eandem radicem ex malleoli ceruice pro-
cedens, in os posterioris tibiæ peruenit. Ad hæc quartum aliud in prioribus parti-

C bus caput ipsius connectit ossi, quod σκαφοειδὲς appellant. Hæc omnia quatuor ligamenta malleolum ambientibus uinculis colligant, ut dictū est. Quippe nerui cartilagini admodum sunt, eandem proportionem habentes cum ijs quæ coxæ & genu articulum in imo coniungunt. ita sanè & in pede malleolo quatuor ossibus confirmato, ligamen cartilagineum per profundiora creatum est: extrinsecus iuxta posterius os tibiæ: intus ad tibiam: inferius ad calcem, sicut in priori etiam parte propter os scaphoides. Porrò quemadmodum in manu omnia brachialis ossa forti ligamento excipiuntur, ita quoq; omnia plantæ ossa ualentius ligamentum in infimo pede comprehendit: nonnulla ipsorū etiam paruis quibusdam propaginibus, sed ualidis, inuicē aduniuntur. Cæterùm superest de unguium natura sermonem duplicem instituamus: unum omnium similarium partium communem: alterum unguium peculiarem. Putant enim nonnulli ipsos ex ossis, nerui, & cutis concretione procreari. Quidam carnem etiam addunt. Quòd ungues igitur ex prædictis omnibus coalescunt, manifestò constat: uerùm substantiam hinc ipsis creatam nusquam est uidere. Nam singulæ partes similares ex materia quæ animanti subiecta est, tales à natura finguntur, quales sunt: neque cubitus ex brachio, sicut neruus ex cerebro, oritur: neq; brachiale ex cubito, neque hinc digitorum ossa. Quippe non parū differunt, cohærescere cuipiam, & ex illo oriri, quemadmodum ex truncis rami, ex his surculi, quos eodē scissos modo uidemus, quo arterias & uenas. Nam quod ex aliquo nascitur, ceu ipsius substantiæ propago quædam eiusdem cum origine sua speciei esse oportet. Sic igitur nerui ex cerebri substantia propagantur. Vngues autem nō talis extremi digitorum intumescentis soboles, sed diuersa essentiæ species est, ut in domo lapidis, tegulæ, & lateris. Animalis enim constitutionis ratio omnium exteriorum, quæcunque homines substantijs sibi diuersis in idem collectis effingunt, compositioni respondet. Quippe illas

D inuicem connectunt, totam molem, quancunque inde fingunt, unam reddentes. Non tamen later ex tegula aut lapide gignitur, uerùm unitatis ipsius substantiæ quædam sunt inuentæ, lutum, gluten, claui, paxilli, funes. Interim etiam compositionis solius ratio est, ut in ijs quæ ligamentis inhærescunt. Atque his naturæ opera respondent. Alia nanque insertat, ut dentes gingiuis. Alia tegminum modo condit, ut ossa capitis per futuras. Alia tanquam glutine connectit, nempe cartilaginis interuentu coëuntia. Alia ceu luto, ut quæ carne connectuntur. Alia quasi fune, quæ uinculis illigantur. Pari modo sanè & ungues ligamēto quodam extremi digitorum internodij termino coniunxit. Quoniam uerò carni cutiq; illos continuæ hærescere uoluit, hanc extrinsecus uniuersæ radici circundedit, illam interius unicuique subdidit. Cæterùm in radicem ipsam non modò neruus, sed etiam arteria uenaq; porrigitur, unde sensum, uitam, & alimentum, sicut aliæ partes, accipiunt. Quarum nulla neque ex trium horum uasorum coitu, multò minus ex complexu facta est, ut Erasistratus existimabat, contra ipsam rei euidentiam sentiens. Nam corpus ipsum cuiusque instrumenti à trium horum substantia diuersum apparet: sicut in tertio de Hippocratis confectione demonstraui. Quippe uentriculus, uesica, & uulua, talem à natura singula structurā sortita sunt, qualem neruus habere uidetur: ut autem nutriatur uiuatq;, uenam & arteriam: omniaq; hæc manifestò in se dispersa sunt, quemadmodum in hortos alueoli. Verùm in ungues hæc non dispensantur, eò quòd pilorum modo ab radice exeuntes augentur. Sanitius enim erat & hos sicut pilos quoque semper renouari, & quū atteruntur, tantum quam incrementum suum intermittere. Quum igitur alio substantiæ quodam genere comprehendantur ungues, arteriæ quidem & uenæ neruiq; propter radicem iunguntur, sensus, uitæ, & alimenti gratia. ossi uerò & cuti committuntur, ne suspensi uacillent. partē enim & hos esse toti animanti cohærescentem, sicut alias quoque. At si quòd cute & neruo duriores sint, osse uerò molliores, idco ex horū substantia

A substantia constare dicantur, obijciemus etiam alia omnia sic esse facta: cartilaginem ex osse & ligamento conflatam: ligamentum ex cartilagine & neruo: hunc ipsum rursus ex cerebro ligamentoq;. quippe mediam inter utrunq; cōsistentiam obtinet: non quòd cerebrum ex mixtura ligamenti, sed concretione sola tale euaserit. Quin etiam glacies ex aqua frigore congelata efficitur. Dicant igitur & hanc ex aqua & lapide inter se per tota mixtis esse procreatā. siquidem uniuersa duorū corporum intermedia, non horum usu, aut consistentia prædita, ex eorum temperamento fieri arbitrantur.

SECVNDI LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER TERTIVS.

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

QVI IGITVR artis operibus neglectis, maiorem in Sophistarum cauillis industriā posuerunt, minus studiosè faciunt, ut artuū naturam accuratè pernoscant. Neque enim curationes cum ulcere pariter & citra ipsum factas, neq; fracturas, & ossiū in eis cariem sanare aggrediuntur. Quid opus est uerbis? neq; obsessa humori bus secare, uel putrifica uitia excindere, uel telū, uel spicula probe eximere possunt: imò ne uenam quidem, ut par est, ferire didicerunt. Ego autē malim iuuenes in eiusmodi omnibus in primis esse exercitatos, tum quòd usum

B ipsorum necessariū uideam, tum quòd ignorationis ipsorum nota hoc grauior sit, quanto cognitio (ut ipsi opinantur) breuior. Itaq; tota artuū natura cōstat ossibus, ligamentis, musculis, arterijs, uenis, & neruis, ad hæc cōmuni omniū uelamento, cui nomen est cuti. Etenim circa huius quoq; naturā Anatomicorū peritissimi errarunt, cum in alijs quibusdam, tum internæ manus, & imi pedis regione, quam Græci θέναρ, Latini plantam appellant. Cuius rei insciti a factum est, ut uir quidam haud paruæ in chirurgia existimationis, quū aliquādo brachialis sideratione laborantis os excinderet, interiorē manum sensu expertem reddiderit. Alteri uerò non multò antè circa eundem locū excisionē molienti, quū adessem, indicaui sedem qua primùm tendo qui palmā subit, dilatescere incipit: admonens ne ipsum diuideret: eoq; sensu qui curabatur non est destitutus. At si quandoq; tendo etiam computruerit, culpa uacabis si abolitionē sensus necessariò secuturam prædixeris. Pari modo si etiam à quodam extrinsecus incidenti subitò totus fuerit dissectus, sicut cuidam accidit: neq; tunc quicquam medico obijci poterit, si quorsum res fiet præsagierit. Hæc itaq; tum in palma plantaq; pedis cognouisse conuenit. Cæterùm alia non pauca de arterijs, uenis, neruisq; dicenda restant: ac primùm, non ex ijsdem neruis & sensum, & motū singulis digitis dispensari: deinde quòd neruis ex omnibus ijs qui ad illos in manu quidem per brachiū cubitumq;, in crure uerò per femur & tibiam pertinent sectis, nonnunquam in femore, alias in tibia, digitos quosdam extremi pedis manusq; insensiles uel immobiles reddiderint: uerum hæc ex neruorū ignoratione ipsi acciderunt. Alia autē sexcenta ob arterias ac uenas eueniunt: quarū ex medicis nonnulli ne tantillam quidem cognitionē habent, ut dum manu curant, earum læsionē queant uitare. Atq; ideo ossa excidentes, & abscessus subsecantes, interim insignes uenas pertundunt: interim dum arterias secant, in sanguinis profluuiū incurrunt, quod supprimi nequeat. Quidam ipsorum uenam ferientes, arteriam diuiserunt, ignari quibus artuum uenis arteria aliqua substrata sit. Illud uerò quòd sophistam sensu exiguorū in manu digitorū,

C medijq; iuxta partem dimidiã oblæsum curauerimus, nemo propter ipsius nemis celebritatem ignorat. Cui ex tertia quidem secta medici præfecti, negociũ digi tis exhibebant, tanquã in ipsis esset affectus, qui illinc potius manarat, ubi neruus primùm ex spinali medulla oritur. Methodici itaq; initio relaxantia medicamina, mox à coagmento syncretica dicta ipsis digitis applicarunt: nihil de causis præce dentibus soliciti, nec curiosè indagantes, sed hoc unũ scientes, puta sensus difficul tatem stupidumq; affectum digitis sponte oborientẽ paulatim increscere. Quum autem æger nihil à medicamentis auxilij perciperet, curationẽ mecum etiam com municauit. Rogabã igitur ipsum, nunquid in cubito uel brachio antea ictũ quem dam accepisset. quum autem nullam diceret, iterum percontabar, an neq; propter dorsi spinam. ille ante tres quatuor ue menses inquit uehiculo se delapsum, inte rea dum pessum iret, in rectum quendam lapidem impegisse, unde dorsi principia um nõnihil illideretur: ac uehementi dolore affectum, intra septimum diem con ualuisse: decimoquinto uerò die ab ictu accepto, leuem quandam sentiendi diffi cultatem in digitis percepisse, eamq; augescere, nihil hactenus medicamẽtis adiu uantibus. Considerauit igitur inflammationis ad radicem nerui qui in digitos affe ctos porrigitur, ortæ, reliquias quasdam supereſſe, neruumq; ipsum scytro obdu ctum, à dolore quidem liberari, sed digitis ad quos peruenit, sensus hebetudinis autorem existere: ideoq; medicamentis quæ digitis admouebãtur, in eum locum qui primus contusionẽ acceperat, translatis, affectus curationẽ molitus sum. Dies me deficeret, si omnia percensere uellem quæ id genus iuxta pedes manusq; tum in militibus in bello conuulneratis, tum hisce gladiatoribus (ut uocant) tum aliis multis priuatis, ut sunt pleraq; rerum infortunia, conspexi accidisse medicis ana tomẽ imperitis, per omnia se turpiter in ipsis gerentibus. Vel enim dum manu cu rant, interim exiguum quendam neruũ haud mediocri potentia præditum præce dunt, cuius causa aliàs sensus duntaxat cuiusdam ipsis subiecti obliterat, aliàs mo tus, est quum uterq; perit. Iam ex tali rerũ casu quodam sic uulnerato, ipsi medici generationis affectus, quòd non prædixerint, causam sustinent. Quũ igitur artũ cognitionẽ maximè necessariam, sed extremè neglectã uidercm, sicut etiam exte riorum omnium partium sectionẽ, par esse duxi, post administratã musculorum artubus consectionem, deinceps & arteriarũ, & uenarum, & neruorũ ipsos perfo rantium anatomen subdere: hortariq; iuuenes qui ad dissectionũ studium incita bunt, ut in hisce primùm sese exerceant: quũ spectent quotidie medicos, qui quã dem sciant quot & qualibus cor membranis obducatur, uel quot linguæ musculi sint, aliaq; his similia, ignorẽt autem exteriorũ structuram, in præsagijs, & affectus um has partes infestantiũ curatione, quæ manu perficitur, uehementer aberrare. eos autem qui hanc calleant, illam ignorent, nunquã non rectè munus suũ obire. Dicamus igitur iam quomodo uasorũ neruorumq; consectionẽ administrare con ueniat: ac de priore manu tota sermonẽ instituamus. Initiũ autem huius cõmodè ab Hippocratis sententia sumetur, quæ in hunc modum habet. Pes humanus ex multis paruisq; cõstat ossibus: quemadmodum etiã manus summa. Pedem nan que simplici sermone dixit: manum, non item simplici, uerùm summã adiecit, no enim appellationibus mutuò sibi artus respondent, etsi structura proportionẽtur. Quale siquidẽ in crure femur est, tale in manu tota brachiũ. qualis in crure tibia, talis in manu tota cubitus. qualis in crure pes, talis in manu integra, manus extre ma habetur. Quippe quod ab articulo quo brachiũ cum manu coarctatur, κάρ- πον Græce nominant, in digitos discretũ est, summa seu extrema manus appella tur: sicut pes, cruris postremũ quo incedimus: atq; sic nos etiã uocabulis utemur. Quum enim sine appendice manũ dicimus, totum membrũ: quũ summã manũ, à brachiali terminũ ipsius innuere uolumus. Incipit autẽ uidelicet hoc membrum ab humeri articulo, ibiq; scapularum ossis ceruix cum brachij capite connectitur.

Quare

A Quare si tota manu propter hunc articulũ resecta, seorsim ipsam toto corpore re moto uolueris incidere, nihilo minus efficies. sic nanq; & me frequenter uidistis ea quæ continet indicantẽ. Primum autem in hoc opere est, ut uniuersam cutim à subiectis corporibus circulatim adimas. Nec uerò incuriosè, sineq; iudicio, quẽ admodum coriarij, simul cum ea membranã quoq; subiacentẽ auferentes, quam uenæ cutem nutrientes permeant. membranã autẽ quæ subiectis ei musculis cir cundatur, corpori affixam relinques. cutem uerò solam per se acutiore scalpello à membrana secernes ac separabis. cuius operis hoc usus initio partem unam mem brí quamlibet in manũ sumptã pilis exue, ut ex ea tantũ cute nudum pateat, quan tum in ea primũ secare statueris. Promptius enim depilem quàm pilosam incides. Vero igit simile est, primo te conatu uel cutis aliquid insectũ relinquere, uel mem branam simul cui illa incumbit, perforare. Iterũ uerò & tertiò dissecare aggressus, uel penitius quàm antea scalpellum demittẽs, uel magis per summa circũagens, paulò pòst ab ipsa experientia sectionis mediocritatẽ docceberis. Notum autẽ est omnibus, moderatã seu mediocrem me sectionẽ appellare, quę nec cutis quippiã carni reliquũ faciat, nec membranã subiacentem una incidat. Quũ igitur hoc tibi succedere animaduertas, utrunq; secti labrũ hamis eleuatũ, sub cute incidere mo liaris, membranã ab ea secernens. Verùm solis digitis citra scalpellum opus com mittendum non est: quemadmodum quũ animali cuipiam corium detrahimus. Nempe membrana à partibus sibi subiectis resoluitur dum fit excoriatio, quã He rophilus Græcè λάρσιν appellauit, nomen à uerbo δέρω deriuans, tũ actioni, tum affectui cõmune: sicut etiã à τέμνω, id est incido, uocabulũ τομὴ, quod est incisio, deduxit: quæ actionẽ quidem, hominis incidentis: passionem uerò, corporis inci dendi significat. Hac igitur ratione excoriatio, una licet res, quemadmodum inci sio, pro subiecti ratione existat, passio quidẽ est corporis excoriãdi, functio aũt ho B minis excoriantis. Itaq; cutis (de hac enim dicebamus) nõ excoriatione à membra na liberatur, eò quòd neq; naturali habitu solùm ipsi ueluti membranę subiacenti tibus appendet, sed cõnexa est: nõ tamen firmiter adeò, ut separari nequeat: quẽ admodũ particularũ nonnullas habere uidemus. Etenim sciendũ tibi uenit, per magnã minoris maioris q; rationẽ tum in partiũ connexu, tum in adhæsione consi stere. aliæ siquidem magis, aliq; minus coëunt & appendent. Nam cõmune est ijs quæ connexu coituq; uniuntur, tum ut citra sectionẽ, aut uiolentã omnino diuul sionem, inuicẽ separari nequeãt, tum ut separatorũ hulcus in utroq; appareat. At partiũ quæ appendent, & unitas est infirma, tenuibus intercepta fibris, et diuortiũ facillimum, quod excoriationem appellant. Quamobrẽ membrana cuti subdita, & corporibus quæ obuelat, per fibrarũ deductus telæ araneorũ modo subtilium cõtinetur, & excoriando ab eis resoluit: nihil huc nobis (nisi libeat) scalpelli usum requirentibus, ut quod digitis solis perfici queat. Non tamen membrana solis di gitis, sed potius scalpro acutiore secerni potest, utpote annexa ei, commissaq;. Ac oportet scalpellum cuti leuiter applicantes membranã secernere. nam si ad hanc scalprum inclines, ipsam cõuulnerabis. sin autẽ à cute membranã deradens, inte rim illam uulneres, nihil propositã functionẽ offenderis. neq; uerò cutis in ea uul nus, quamuis scalpellũ uiolentius adegeris, cõcitabitur, sed superficialis quædam rasura. Desiderat autẽ hoc opus longioris temporis interuallũ. Quare quũ alteri cuipiã studioso manus posituram ostendis, membranã prius à cute, ueluti monstra tum est, deradito, quàm spectator accesserit. At si familiari cuidam consectionẽ uo les impartire, qui etiã ipse alteri nõnunquã ostensurus sit, præsente ipso rem aggre dere. Quippe munus est quod exactę multũ diligentiæ postulet, uiro industrio, di scendiq; cupido cõueniens. quod quũ frequenter alicui ex familiaribus obeundũ delegassem, offendi equidẽ membranã in partibus plurimis auulsam, in alijs cuti contunuã: in quacunq; aũt parte eiusmodi quippiã acciderit, nullę neq; uenæ, neq;

C nerui exigui ſub cute deliteſcentes amplius conſpiciuntur: idq; potiſſimum in ſe-
mia.nam in equis,aſinis,mulis,bobus,magnitudinis gratia ſenſum non effugiũt.
At ſi à ſubiectis ſibi continuis auellantur, nõ claram magis cognitionem ſui præ-
bent. in minutis autem animalibus, ubi ex prædictis quippiam in membranam
committatur,tota illorum poſitura corrumpitur. Atq; ideo iam à tota manu cutem
detrahes,totius poſt cutem membranæ particulis circundatam. interea autem ue-
nas neruosq; ſumma perreptantes confeſtim intuere,prius quàm membrana inue-
reſcat. Verum nerui non æquè in omnibus euidenter apparent, quòd & natura
quibuſdam ſimijs,ſicut etiam hominibus, graciliores exiſtant, & quòd pinguitu-
dinem animans habeat, aut nullam habeat. Etenim in macilentis nerui magis
ſunt conſpicui, in obeſis occuluntur. at uenæ cuti ſubiacentes,quum ſimia multo
abundat ſanguine, omnes manifeſtò in conſpectu ſunt: quum pauci ſanguinis
compos eſt,obſcuraſcunt. attamen in omnibus tum radicem neruorum in ſuper-
ficie extantium, tum lationis modum penitus intueri & meminiſſe conator, ut ſi
& ipſe incidere coactus, iuxta longitudinem porrectorum lineam deducas. hoc
enim pacto uel unum, uel nullum neruum pertundis. Sin autem tranſuerſim ſcal-
pellum admoueas,multos ſimul diuides. Cæterùm à radicibus longiſſimè abſce-
das,haud ignarus, te uti quũ ex arbore ramum uel ſurculum amputas, leuiter hir-
pem offendere:ſin autem truncum interſecas,totam ſtirpem perdere:ita in neruis
quoq;,ſi ad radicẽ diuidas,totum locũ qui à neruo illo propagato ſenſum mutua-
batur, ſenſus reddes expertẽ. Itaq; ſi muſculorũ conſectio animo ſubit, quã prio-
re libro expoſui,diſces etiam nunc ex facili principia ſeu radices neruorum per cu-
tem diſcurrentium inuenire. ſin memoria exciderit,relicto in præſentia hoc libro,
ad priorem illum te conferas. atq; ubi cuiuſq; muſculi poſituræ exactius iam me-
D mineris,ita ſermonem infrà hìc ſcriptum legito. Hac igitur conditione,quæ præce-
ctis cõfinia ſunt,exequemur. Priore cõmentario explicatũ eſt,qualis nam ſit mus-
culus qui ceruicem amplexus eſt, cuius etiã Hippocrates meminit. Si brachium
carnibus detexeris,ceruicem quoq; deteges,quã muſculus aſſurgit,horũ tibi me-
moriam expromptã habendam cenſeo,potiſſimumq; in illa corporis parte,ubile-
teræ Græcorũ Δ figura repræſentat:quoniã nonnulli totum etiã ipſum deltoidem,
quaſi dicas Δ imitantẽ,nominarunt. Eſt porrò hæc pars,quã brachij caput ambit:
qua iam etiã totius manus initium eſt.nam in brachiũ propter figuræ Δ triangulã
uerticem inſeritur. Quem quũ in extremo ipſius latere manifeſtò cõſpexeris, per-
gito quoad neruulorũ ex imo prodeuntiũ propago apparuerit, quę obiter in lobo
les pilorum modo prætenues diffunditur, nimirum ut frutex qui ramulos ab una
baſi in aliam atq; aliam partẽ obliquos expandit. Quemadmodum igitur illorum
quidam recti feruntur, quidam paulùm in latera declinant, ſic etiam neruorũ hoc
rum ſeries ab eodem orta principio, partim in membri longitudinem porrigitur,
partim ad latera deuiat. procedunt igitur hi paulò ulterius quàm medium brachij
eſt. nam ima exteriorũ ipſarum partiũ altera exilium neruorũ radix amplexatur,
quæ prædictis ſimiliter ex alto emergit, & in ramos ſpargitur. præterea tum exte-
riores,tum interiores neruos partiũ quæ articuli cõmiſſuram ambiunt, unà com-
prehendit. Iam uerò tales neruos uenasq; exiguas ſubter cutẽ apparentes magna
ex parte ſic habere ſingito, quemadmodũ ego ſum narraturus. Nõ enim eandem
perpetuò uel poſiturã,uel numerũ, uel gracilitatẽ retinent,ſicut in maioribus uaſis
& neruis neq; numerus,ut dixi, neq; ſitus, neq; magnitudo exactè neceſſariò per-
manet. Principia uerò tum ab ipſo ortu, tum ab ipſis uaſis,neruisq;,exempli gra-
tia iam antea dictis, ceu de paruis fruticibus procedũt. Vnus itaq; à neruo qui mu-
ſculum à litera Δ quã imitatur, deltoidem dictũ intercurrit, propagatio eſt: alter à
maximo ad brachiũ pertinentiũ,qui & poſteriores muſculos intertexit, & ad exte-
riorem mẽbri regionẽ permeat; deinde cubito iuxta elatius brachij caput,q; ſe cubi-
nodum

A nodum diximus appellari,inſeritur. Atqui huius nerui particula quædam exigua
in prædictam regionem pertendit: reliquũ eius qui in muſculum, Δ literam figu-
ra imitantem,ſpargitur,totum per cutem excedit. Hæc itaq; exteriorũ brachij ner-
uorum principia duo ſumma ſub cute eſſe dicimus. Anterior cutis neruulos acci-
pit: ſuperiore quidem parte ex primo ortu ſecundi nerui inter eos qui de ſpinali
medulla in brachiũ porriguntur: inferiore uerò ante cubiti articulum ex alio quo-
piam ſpinali, ſolo mox ab origine deſcendente, quo de poſterius agetur. Sed in-
ternam poſterioremq; brachij cutem uniuerſam aduſq; ſcapularum hìc extrema
alius quidam neruus interreptat,ex ſecundo intercoſtali progreſſus. Porrigitur ni
mirum & hic in brachiũ, ſicut & alij per axillam. Ac oportet eum qui clarè ipſos
contueri uelit, muſculum paruum Anatomicis prætermiſſum prius incidere. ſub
illo nanq; omnes ordine quorum ſitus hìc eſt, deferuntur. Primus quidem in ſu-
perficie poſt muſculum hìc neruus extat, quem ex altero intercoſtali dixi proce-
dere:ramorum autem ſerie in brachij interiorem poſterioremq; cutem admodum
diffunditur. Deinde per profundum grandibus membranis uaſisq; exemptis,
amplæ magnitudinis porrigi neruos diximus. At hic cutis neruus brachiũ ſubit,
ubi in ſimijs caput parui muſculi conſiſtit: qui quidem à maximo huius loci mu-
ſculorum,unde exterior axillæ portio conſtatur, incipit: in poſteriorẽ uerò cubiti
regionem paulò interius terminatur: ac ſtatim ab ingreſſu triplicem de ſe ramorũ
ſobolem diffundit. Elatiore internas quaſdam brachij partes aduſque nodum cu-
biti retro intercurrit: altera totam huius articuli cutis regionem poſteriorem adit:
tertia omnes particulas quæ uſq; ad ſcapulas ſibi cohærẽt. Cutis ſanè brachij præ-
dicta neruorum principia habet. Quæ uerò cubiti cutis ſortiatur, paulò poſterius
exequemur. Si etiam omnium brachij neruorum naturam prius inſpexeris, tum
inciſio,tum cognitio eorum qui cubitum nõ in ſuperficie ſolùm, ſed in imo etiam
B perreptant, clarior euadet. Brachium itaque ab humeri articulo incipit: quare ſi
ipſum hinc abſciſſum ſine toto corpore uelis conſecare,nihilo minus perficies. Ini-
tium uerò operis ſumes de uena humerali, eoq; muſculo qui inter brachij lacer-
tos priores duo quidem habet capita,ut didiciſti,à ualidis ligamentis prodeuntia:
nerueam uerò propaginem in radij principiũ immittit. Vbi igitur duo huius mu-
ſculi capita in unitatem coitura ſunt, primum neruum brachij os ingredi compe-
ris: eodemq; loco poſterior axillæ muſculus eximię magnitudinis in brachiũ lato
tendine ualentiq; inſeritur. Deinde muſculorum qui à pectore mittuntur maximi
tendo prædicto carnoſior eódẽ protendit. Poſt hunc rurſus tendo ceruicis muſcu-
li,quẽ deltoidem, quòd Græcorũ Δ repræſentat, appellari diximus. Itaq; neruus
qui à ſpinali medulla per axillam primus in brachiũ deſcendit, eo potiſſimũ loco
brachiũ ingreditur, cui inhæreſcit tendo poſterioris axillæ muſculi, quẽ maximũ
eſſe inter humeri iuncturæ motores cõmemoraui: deinde quà inſeritur, priorem
ſubit muſculũ:capitibus ipſius hac parte nondum counitis, ſed adhuc diremptis.
ſub altero igitur interius ſito procedens, partẽ aliquã ſui utriq; capiti ſtatim mittit:
inde decliuis fertur,inſinuans ſe magis alterius capitis interni partibus, in rectum
ſpectantibus: quod caput ſecundum latitudinẽ tenuius eſt, ex ligamento natum
quod à radice ancoræ figurã imitante procedit. Porrò capita mox coeuntia muſcu
lum unũ generãt, ex numero priorũ, quos cubiti articulũ flectere, priore didiciſti
cõmentario. Vides autẽ hunc neruũ,ubi utraq; capita à ſupernis proceſſibus ſue-
rint liberata. Deinde quũ in unum coierint, ſcinduntur,ſeparanturq; directa mu-
ſculi utriuſq; linea. Nam iuxta eũ neruus quoq; deorſum mittitur. Iam uerò dum
hoc agis, alius quoq; neruus multò hoc inferior in conſpectũ occurret, inſertionẽ
molitus in brachiũ: quæ ſtatim ab eodem muſculo occultatur, qua etiam primus
neruus contegi dictus eſt. In proceſſu uerò hi duo nerui interim ab altero, interim
ab utroque propagines in caput exigui ex cubiti anterioribus muſculi tranſmit-

C tunt: deinde alter neruus priori tantum de se ramum impartit, quantū illic primi reliquum fuisse apparet. unus autem ex duobus neruus conflatus, ad cubitū per medium ipsius flexū porrigitur. Secundus neruus ceu ab initio per internas partes ferebatur decliuis, & æquè à primo distans, humiliorem situm habet: insidetq; ibidem brachij nodo, ubi planissimus est. Relictis igitur his neruis, denuo ad principium brachij reuertitor. Siquidem duos illos prædictos tertius quidam insequitur, ferè propter secundum, brachium ingrediens, unà cum grandibus uasis, arteria, ac uena, quæ per axillam ad brachium perueniunt. Atq; ideo neruus hic cum uasis in magnos brachij musculos propagatur, à quibus cubiti articulus extenditur: atq; magnos sui ramos utrisq; ipsis transmittit, obliquus in externam partem emergens. Est etiam maximus hic eorum qui manus intercurrunt: si inaudias uidelicet maximum ab Anatomicis neruum aliquem dici solere, aut arteriā, aut uenam, ubi non longitudinis distantiā simul indicant, uerùm solam circularē, quàd etiam dixerint crassissimam. ubi uerò neruus hic brachij os per exteriorem partem egressus paulò supra cubiti articulū effertur, ibi pars quædam ipsius ad cutem elabitur, de qua prius dictū est, quū de summis brachij neruis incidendis ageremus. Hinc autem quomodo omnes tertij nerui reliquiæ ad cubitum pertendant, quoq; modo & in ipsum ramorū sobolē diffundant. paulò posterius in cubiti dissectione discces. Detectis enim plurimis iam brachij partibus, reliquos duos neruos propter internam ipsius regionem conspicis: in quam etiam prædicti tres paulò infra ius quàm tertius neruus est, inserūtur. Alter quidem summa sub cute, etiam cum musculorum brachij cōsectionem, omniū primus apparet: cuius iam nerui etiam paulò ante in superficialium concisione memini, distuliq; anatomen ipsius totam dicere, quoad cubitum dissecandum aggrediar. Verùm idem neruus in brachio
D ante cubiti commissuram in ramos propagari incipit, ferturq; per totum ferè ipsius nodum, scissa iam numerosiore ramorū serie. Solæ autē elatioris articuli partes ramos ipsius nō participāt: reliquæ brachij anteriores, quæ ante cubiti nodum bentur, nimirum superficiariæ, huius nerui processus excipiunt. Insuper quintus alius neruus restat, ex ijs qui de spinali medulla brachiū adeunt. hic per internam ipsius regionem aliorū modo fertur: sed nulli brachij particulæ, siue superficiariæ, siue penitiori aliquam sui portionem cōmunicat. secundo respondet, sicut etiam primo, & quarto: ac utrique, nempe secundus & quintus, ceu triplicatam primi quartiq; crassitiem explere tibi uidebuntur. Omnium plenissimus est quem tertium posuimus: ac meminisli alium quendam neruum ex secundæ costæ internallo elabentē, in brachij cutem deferri, ut duo nerui sint, qui de spinali medulla prodiecti, ramorum sobole manuum cutem adeant: quatuor alij per profundora tenues omnes totius membri musculos disseminantur, ac propagines quasdam tenues cuti transmittunt. Iam igitur brachio relicto, ad cubiti consectionem accedas. Sed creta cute à membranosa substantia, quæ simul, uti prius dictū est, cum illa detrahi solet. Primùm intuere propaginē nerui inter eos qui brachiū perreptant, quam appellati principium: quod internam cubiti regionem ferè totam occupans, interiori uniuersæ, & exteriorū partium non paucis inseritur. Quantacunq; uerò cubiti pars ad radium eminet, utrinq; tum exterius, tum interius aliorum neruorum processus exigit. internam ab omnium primo dicto, exteriorem à tertio neruo mutuatur. Porro de superficiarijs summæ manus neruis cuti subiectis, in magnorum neruorum consectione simul pertractabimus. Nam supra illos quinq; omnes numero sunt, quos per nodum quo brachium cubito committitur, ad cubitū ipsum ferri, in brachij anatome spectasti. Sed horum unus in solam ipsius cutem spargitur, scissa ramorum serie paulò superius quàm brachium cum cubito connectitur. Supersunt igitur quatuor. primus, quo de antea in brachij dissectione uerba feci, in mediū cubiti articulū insinuatur. alter hoc humilior, interiorēq; inferiorem q; nodum

A nodum brachij, ubi planissimum, & minimè gibbum est, ingreditur. tertius neruus, quem & suprà illorum gregi ascripsi, qui in totas manus porriguntur, exteriori, superioriq; brachij nodo circundatus, in cubitum portendit, radium contingens. reliquus quartus ex eorum numero qui per profunda cubitū adeunt, in medio gibberi, & interioris, inferiorisq; brachij capitis interuallo consistit. proximū igitur est post insectiones situsq; inspectos, ut musculos incidas, quemadmodum in primo uolumine didicisti: omniumq; distributionem examines, auspicatus à quocunq; uisum fuerit. Sed præstiterit forsan eundem disciplinæ ordinem seruare quem in brachio. Itaq; neruus per medium brachij flexum in cubitum deriuans, ibi statim ramum ex se ualde tenuem mittit, uenæ adhærescentē, quæ in medij maximè cubiti superficie secundum longitudinem extensa est, mox arteriæ quæ ad brachiale profecta, euidentem pulsum repræsentat. Iam uerò & aliam quandam propaginem admodum tenuem neruus hic omnibus quos dixi elatior, ad peculiaris radij musculi oblongi caput dispensat, deinde humeralis uenæ reliquo aliam mittit, quæ totum brachium modo telæ araneorum prætenuis intercurrit. Qui supereſt ramus nerui prædicti, postquā permeauerit subter uenā, quam ab humerali propagatam obliquè incidimus, in superficiē obliquus emergit: deinde paulatim ad proprium radij musculum oblongum ex superiore parte quę intus habetur, accedit, medius dictorum quatuor nimisquam exilium. Vbi uerò hic musculus cessat, & ipsæ propagines absumuntur, ad magni digiti partes radio propinquas cum eo exporrectæ. hic itaque neruus alter, cubiti flexus uenæ subiacet. Quos autem ab utraque eius parte sitos esse dixi, frequenter ipsi uenæ insident: eoq; cute detracta, hi quidem sensum perpetuò effugiunt, ille uerò qui uenæ substratus est, nunquam non conspicitur. Primus itaque omnium neruorum quos commemorauí, sic in totū absumitur. Videmus enim semel hunc ipsum neruum
B usq; ad cubiti nodum in brachio consumi, à secundo particulam quandam ad cubitum permeare. disseminābatur autem non alio modo, quàm nunc commemoratus. Secundus uerò neruus unà cum quarto interiores cubiti musculos perreptat, quemadmodum & tertius crassus exteriores uniuersos. Dicamus itaque iam de primo neruo exteriore, ne reliquorum duorum, qui in uniuersas partes cubiti & digitorum emergunt, disciplinam interrumpamus. Siquidem hic neruus postquam dictas prius ramorum propagines in brachium deduxit, deorsum ad articuli iuncturam fertur, medio spatio inter minorem ex brachij anterioribus musculum, & caput musculi oblongi. Qui radio peculiaris est, primum ramum externis cubiti partibus transmittit, sub cute summa in cubitū ac brachiale distrahendum, alium dum cubiti nodum permeat, alium in eam partem dispergit, quà caput musculi brachiale extendentis bicorni tendine ascendit: hunc quidem in caput huius musculi diuisum, illum uerò in non diuisum. Defertur sanè hic neruus musculo insidens, clareq; apparet, quum oblongus radij musculus illi incumbens, totus iam resectus fuerit. Cæterùm medius inter duos musculos excurrit, magna ex parte alteri insidens, alteri subiectus. Ac non rarò totus cum musculis prædictis quà se mutuò contingunt, extensus ab interiore parte cōspicitur. Terminus ipsius per nodum, quo manus summa cubito iungit, rectà pergit ad magnū digitum, ramorū sobolē extrinsecus ipsis sub cute summa cōmunicans, duobus quidē totis, medio autē dimidio. Subinde quidem assumit in radij extremo aliquā portiuncu lam nerui, quē cum ipso expansum esse diximus. Reliqua soboles magni nerui qui tertius est, externā cubiti regionē adit, obliquusq; per profunda uergit, statim quidē ad brachialis musculū bifidum, cuius caput retuli ipsum superare, priusquā ramum prædictū emiserit. deinde radij musculorū extimum ad gibberū spectantem perreptat, quibus utrisq; propagines quasdam tenues impartit: deinde musculo digitos quatuor extendenti, mox etiam ei qui duos paruos in obliquū agit,

C postremo illi qui brachiale uersus paruum digitum deducit. Has igitur ramorum propagines uniuersas in capita musculorum quos enumeraui, haud longè ab articulo dispensat. Inde ad musculum bifidum, qui magnum digitū ad brachiale mouet, uenit, porrigitur: palamq; est quòd huic ramos quosdam impartiat. In transitu ipse nerui, tendo musculi, qui magnum digitum in obliquum mouet, aliquatenus accumbit proximè cum eo ad brachiale usq; porrecti: mox tendo, qui duos digitos, indicem & mediū, pari motu regit. pars huius nerui reliqua aduscq; brachiale excurrens, locis propter articulum disseminatur, in nullum digitum perueniens. Maximus autem ipsius finis in illius loci profundum demergitur, ubi ligamentū esse dixi, quod caput tendinum digitos quatuor extendentium contegat. In hunc itaq; modum neruus iuxta nodum brachij exteriorem in cubitum deuenies, dispergitur. tertius autem hic erat ex ijs qui ab axilla in manus totas pertendunt. Reliqui duo nerui omnibus intra cubitum musculis distribuuntur: quos incidens ut priore cōmentario didicisti, assequeris neruos in ipsos disseminatos, qui à brachio his nodo incipiūt. Inuenies enim ab utrisq; neruis processus musculis, qui digitos habent flectere, communicatos. Alijs uerò omnibus, si unum excipias, à secundo neruo qui brachium ingredi dictus est. Quartus enim neruus, qui interioremq; nodum brachij in cubitum porrigitur, ramulum quendam musculo brachiale flectenti uersus paruum digitum transmittit. Itaq; deprehendes reliquum neruum, qui per radium huic musculo propaginem quampiā tribuit, deinde obliquiter elatiori flectentium brachiale, qui tendinem uolæ subiectū procreat. Ad hæc aliquam sobolem per profundum tenuem paruo huic radij musculo cōcedit. Per cubitum uerò hic magni duo nerui deferuntur, medio musculorū digitos flectentium interuallo huic incumbentes, illi subiecti: ac mittunt sanè quosdam deferentes

D mos utriq;, ipsorū particulas. Vbi uerò musculi hi in tendines cessauerint, ficiam & utriusq; nerui reliquum tum in brachiale totum, tum in aduersam eius partem, μεταφρενιον uocant, peruenit, inibi corporibus, & intimis digitorum partibus distributum: altius quidem duobus magnis, & medio iuxta indicē dimidio: humilius medij reliquo, simul & medijs cæteris digitis. Itaq; elatior neruus inibi abditur: humilior ramum quendam de se haud exiguum in externam manū iuxta brachialis initium transmittit. Cæterùm hic neruus totam summæ manus extimi partem dimidiam amplexatur, sub cute extrema ad summos percurrens digitos: paruos sanè totos: medij uerò dimidium. Nam reliquam ipsius partem, diximus cum magno digito totus tertij dicti nerui terminus excipit, quem admodum & prius ostendimus. Musculus autem ne unus quidem extra summam manum propagatur sicut intrinsecus. Vna sanè arteria, duæ autem uenę in totam manum progantur: atq; altera quidem etiam ante consectionē omnibus est conspicua, ut quæ in superficie tota inter cutem & musculos ei subiectos situm habeat: quorū alter humeri ceruicē triangula inibi figura generat, alter quod in pectore carnosum est. utrinq; uerò tendinibus, quos ἀπονευρώσεις etiā uocant, in priores brachij partes iuxta ipsius longitudinē, haud longè ab humeri articulo inseritur. Hunc ita quoq; sculum uena quæ in superficie extat, humerariam appellant, medio sic interuallo, per interiorem costam musculi deltoidis, hoc est literam Græcorū Δ imitantis, ad extremum ipsius proficiscitur. inde iam in externam brachij regionem declinat, procurrit, ubi maiorem ex ijs qui antè habentur, musculum attingit, nimirū iuxta lineam quæ in extremis partibus ipsam ab alijs disterminat. postquā uerò cubiti articulum propius accesserit, ab hoc musculo separatur. & radij musculum oblicum consendit: atq; ideo etiam in pares ferè treis ramos inibi scinditur, quorum unus in altum demergitur, cuius situm, delationemq; in superficialium uenarum examine inspicies. Alter porrò ad articuli, qui hic est, nodum portendit: cæterùm alterius (ut dixi) particulam uenæ habet ex ijs quæ in totam manū excurrunt. Reliquus

A liquus tertius ramus humeralis uenę paulatim in exteriorem cubiti declinat, ibiq; in numerosam sobolem diffunditur. At priusquam magna hæc uena in cubito trifariam diuidatur, humeralem euidenter est uidere, toti brachio post cutem porrectam, nusquam in altum uergentem, sed eminentem admodum, & cōspicuam, præsertim in ijs gymnasticis, qui natura tum graciles, tum musculosi sunt. Videbis itaq; hanc uenam in grandibus simijs, multiq; sanguinis, dum incidunt, propagines admodum tenues per totum brachium in summam cutem, ac musculum dispensantem: item in alijs uniuersis quadrupedibus, quorum primarias ac generales differentias sex esse didicisti. Vbi uerò super radij musculum in cubiti articulo defertur, inibi, ut dictum est, triplici ramorum serie propagat, qui interim æquales omnino, interim inæquales sunt, reddunturq; alias alij maiores, parum se mutuò exuperantes. Et sanè quod in externam cubiti partem spargitur, ramos iam manifestiores ijs qui in brachio uidebantur, expandit: totumq; inibi iuxta terminos pareschete orificio cum aliarum uenarum extremis quæ dicam, absumitur. unde uerò huc istæ deducantur, in præsentiarum condisces. Vena per axillam procurrens, quū humerali multò sit maior, simul cum huius loci arteria, quæ axillam perreptat, in ramos finditur. Atq; hæc duo uasa mutuò se cōtingunt, tum quà per alas feruntur, tum quà brachium subeunt. Ac prædicti nerui in singulos musculos æditi, utrorunq; uasorum propaginem sibi connatam habent. Quum autem brachium perreptauerint, in totum cum maiore ex ijs qui ante sunt, musculo intrò delatæ, mox arteria quidem penitius, uti initio, sic etiam nunc ad cubiti musculos porrigitur. Vena autem bifariam scissa paulò ante articuli commissuram, altera parte in profundum dilabitur, ubi arteriam contingit, unaq; in ramos cum ipsa

B perpetuò propagatur: altera oblique sub cutem producta, conspicitur etiam ante consectionem, tum in gracilibus, tum in ijs qui latas natura uenas obtinēt, euidentius autem apparet, brachio fune intercepto. Huius igitur uenę soboles prima deorsum ad cubiti os obliqua ferri uidetur: nempe ut spatium quod intra brachij tuberculum intimum, & cubiti sinum est, perreptet. At ubi cubitum superauerit, reliquam ipsius partem oberrat: pariterq; ad terminum usq; procedit. Altera propago ex eadem regione, qua prior orta, elatior aliquatenus defertur, mox bipartitò diuiditur. cuius pars demissior, obliqua paulatim tendit, longiusq; porrecta interim ad eam uenam peruenit, quæ cubito porrigitur. Frequenter autem in ramos prius exhauritur, quàm illam contigerit. Quod igitur uas cubito expansum est, aduscq; extrema ipsius pertingit. Ac termini ipsius aliquot euidenter nonnunquā in regionem brachialis extimā protendunt, interdum obscurè. maximusq; unus ex ijs qui inibi habentur, committitur ipsis, & manifestò ad gibbum cubiti exortū tendit, ab infernis ipsius partibus procedens cum altero uenæ extremo, quod deorsum porrigitur. Et coitus ipsius anteriorem finis cubiti uersus brachium partem accedit, ut oris cunitis uas unum ambæ fiant, unde uerò proficiscatur uas ipsum quod annectitur, paulò posterius uidebis, ad magnam iterum uenam superficiariam reuersus, cuius primam sobolem ad cubiti os obliquam deferri diximus: in quod primum inseritur, paulò superius quàm cubiti articulus existit. Vena autē magna superficialis obliquè procurrit, coitura mox cum ea quæ ex humerali ducta est. Verùm priusquam illam cōtingat, duplicem quendam ramum emittit: ac demissior, qui etiam minor, societatem mit cum uena adiacente, quæ postrema ex cōmemoratis dicta est. Post societatem uerò ad cubiti partes brachiale uersus tendit, ex medio regionis ipsius internæ humilior procedens. Alter autē elatior hoc, maiorq;, uenæ bifariā diuisæ, aliàs per mediam exactè regionem cubiti internam, aliàs paulò altior procedit, usq; ad brachiale propagatus. Iam uerò omnium quos retuli terminorum ora coëunt, & ex unoquoq; duorum coitu uas unum fluxile conflatū: ut quot unita coierint, præ multitudine & paruitate ne quidem numerare

C queas. Relictis igitur & his uenis, denuo magnam repetes, ipsamq; spectabis quæ humeralis parti iungitur: & subsequêre, quò te uas unum e duobus compositum deducat. Hanc enim uenam cernes in radij cacumen emergentem inferius planè quàm ubi longitudo ipsius media est. Inde iam per extimã ossis radij sedem binis ramis propè æqualibus expandi: ut duo hæc uasa tertiã Græcorum literam repræsentent. Quippe alterum post scissuram directè ad magnum digitum procurrit: alterum uersus paruum digitum tendit, per illud cubiti extremum quo in manũ inseritur. Quod itaque recto tramite ad magnum digitum pergit, radio uehitur, & postquam brachiale contigerit, ramorum seriem aliam in posteriorem magni digiti regionem porrigit, aliam in eam partem, quæ inter hunc & indicem media est, aliam in totum indicem retro, & per latera. Atque in hac parte ipsius extremum uenulæ adunitur, quæ particula ex uena ipsi conformi diuaricata est. Reducere enim in memoriam uenas duas nuper dictas, quarum figuram tertiæ literæ γ similem produxi. Atque hactenus altera linea defertur. Ad reliquam igitur uenam diuertes, quæ ad paruum digitum quasi cupit extendi. Conspicies autem rursus antequam ad cubiti extremum permeauerit, uenulam quandam propagare, quæ recta inter indicem mediumq; digitum prorsum defertur, & cum exili prius nomata coit, deinde utraq; in unam conflata, mediam duorum digitorum regionem, indicis uidelicet & medij, accedit. Reliqua pars uenæ quæ paruum digitum adit, dum obliquum cubiti tuberculum perreptat, ramum quendam exilem ad posteriora medij digiti transmittit, mox bifariam scissa, altera parte mediam magni digiti & annularis regionem ingreditur: quam uenam nonnulli in sinistra manu secantes, simentesq; sanguinem ex ea fluere quousque ultro sistatur, lienem ex tali euacuatione iuuari asserunt. Et hic rursus eam quæ spatia annularis & parui digiti intercurrit, secutus, deinceps omnium quorum mentio facta est, uasorum propagines considera, tum pilorum modo prætenues, tum ampliores ortas, quarum plures propter terminos cum alijs similibus ex uasis sibi proximis deriuantibus coalescant. Iam uerò quædam uenæ etiam conspicuæ admodum, mutuo complexu quasi coniunguntur, ut uel citra dissectionem in gracilibus, & ijs qui latiores naturas obtinent, clarissimè appareant. Proinde paulò ante dixi, uenam cubitura uenas obtinere, quæ termino uno, sicut ossi porrectam, humilem ferri in priorem partem uenæ quæ termino uno, sicut ossi distì, propagatur in anteriora, quà cubiti est tuberculum, ut notabile uas effici-tur. Non enim omnibus est conspicuum. Venæ porrò cubiti demissæ per quæ dam extrema iungitur etiam humeralis uenæ particula, in exteriora cubiti diffusa nata, ipsiq; uenæ modò propositæ, cuius distributionem retuli, extrema uenarum quæ ex alijs ductæ sunt, admiscentur. altera pars lateris tertiæ literæ γ ad magnum ueniens digitum euidenter apparet, quæ in extremis pateſcit simul cum uenis per interiora cubiti usque ad brachiale tendentibus: ubi has uenas generari dixi, ramorum serie prius hîc dispersa, quàm uenæ duæ per flexum excurrentes, ad commissuram articuli perueniant. Ad hæc commemoraui binos de se ramos mittere, quorum alter, qui & grandior est, magna ex parte per cubitum uectus adusque brachiale defertur, illuc nimirum ubi scinditur. Hæc itaq; portio totam digiti magni regionem internam amplectitur, & per latera ascendens coit cum extremis regionum, quæ ex altera tertiæ literæ γ linea ducuntur: quemadmodum rursus quam ad cubiti extremum dixi procedere, per extrema quædam pilis similia committitur ijs quæ de humerali uena in extremam cubiti regionem dissemi-nantur. Interim quoque prius quàm scissa uena tertiæ literæ similis reddatur, ex ipsa procedens sursum cõscendit, ac inibi dispergitur. Id uerò accidit ijs maximè, quæ partem humeralis uenæ partem occupant, quam exteriorem cubitum dixi intercurrere. Verùm omnibus constat, quòd & ante scissuram ex uena triangulum generante oriatur, de qua in præsentia sermonem instituì. Mittit eadem propagines in extimam

A extimam cubiti partem, ac terminis cum humerali congreditur. Has sanè omnes uenas in gracilibus multis, ac copioso sanguine, uenisq; amplioribus prædictis, palàm uel ante consectionem est cernere: uerùm aerem calidum esse, uel etiam hominem lotum oportet. Manu autem immissa intercipienda est, quacunque in parte uenas repletas manifestò uidere libeat. Quod te crebrius in multis facitare uelim, quandoquidem haud mediocriter duplici nomine conduxerit: hoc quidem, ut uasorum cognitionem assequaris. nulla siquidem res quæ sensibus nostris percipi potest, exquisitè & subitò, nisi usu sæpius, cognoscitur. argumento sunt gemini admodum sibi similes, qui ab insuetis nequeant dignosci: ab ijs quibus cum habuerint consuetudinem, confestim agnoscantur, altero ut exactam partium humanarum, simiarumq; similitudinem perceptam habeas. Has itaq; uniuersas uenas, quas in hominibus ante concisionem cõspicis, in simia dissecta uideris, quare penitiores etiam particulas hæc animantia perinde ut homines obtinere constat. Quod quũ ita sit, consuluerim prius te in simia ipsa subinde exercitari, ut si humani corporis conserandi quandoq; copiam nactus fueris, prompte singulas partes detegas: quod non uulgaris operæ est, neq; quisquam in ipsa parum exercitatus repente potest assequi. Etenim quũ in anatomis exercitatissimi, qui multa diligentia corporis particulas inspexerint, in multis errorem commisisse uidentur; nihil sanè qui hostis germani corpus in bello, quod aduersus Marcum Antonium gerebatur, incidebant, amplius præter uiscerum situm addiscere potuerunt. Atqui in alijs animantibus, & potissimum in simia, prius se exercuerit, promptissimè singulas quæ inciduntur partes detegit: & procliuius est ultro industrio exercitatoq; in anatomis antea conspecta quædam in humano cadauere subitò condiscere, quàm alteri non exercitato manifesta multo ocio adamussim inuenire, nam in eorũ qui

B mortis erant damnati, aut feris expositi, corporibus, multi sæpe quod ipsis liberet conspexerunt, ad hæc in latronibus qui in monte iacerent inhumati. Iam uulnera magna, & putrifica uitia in alium spectantia, particulas cõplures detexerunt, quas prius exercitati similem habere structuram simiæ cognorunt. Qui nunquam se in his exercuere, nihil inde commodi percipiunt. Qui uerò pueros mortuos expositos complures incidunt, perfuasum habent, corpora hominum simiarumq; persimili structura constare. Quin & in ipsis curationibus quas manu frequenter obimus, aliàs carnes putridas, aliàs ossa præcidentes, manifestam similitudinem præexercitati agnoscũt. Quidam uerò tam negligentes rerum pulcherrimarum sunt, ut ne uel quæ ante consectionem cuiuis manifestò licet cognoscere, unquam discere cupiant. Quæ igitur de cubiti ac manus summæ uenis nuper retuli, omnia citra consectionem plerisque in hominibus obuium est cognoscere: quemadmodum etiam postquã axillæ uena in ramos ante cubiti articulum scissa fuerit, ea quæ ad flexum peruenit, subiectam aliquouisq; arteriam contnet, quam in macilentis naturis, magnisq; pulsibus præditis, tactu motum aliquatenus indicante, deprehendimus, atq; si sanguinem detraxeris in ijs sanè qui totam manifestò uenam habent cõspicuam, quàm longissimè ab arteria recedendum est. In quibus id solùm quod arteriæ incumbit, est spectabile: reliquum uerò totum, conspectum effugit: cui diligentius attendendum est. Primò, ne dum brachiũ per se adstringis, regio arteriæ uicina in tumorem notandum attollatur. Secundò, ne aliam quampiam ex ijs quas relaturus sum dilleces. Nunquã enim uenam hanc loco inflato secueris, sciens arteriam subiacentem tum latam, tum esse ualidam. Deinde quum plurimùm intumuerit, uenam incumbentem simul cum ipsa extollas, circundesq; unde accidit uenam in gibba arteriæ parte elatam magis inaniri, quàm attolli, adeò ut scalpellus mediocriter iniectus, prout solet illidi demittiq;, illam quidem totam subitò penetret, subiectam uerò arteriam cõuulneret. Quare consilium est ab hac recedere ad uicinarum aliquam, maximè ex ijs quæ ad ũbiæ os deferuntur. Sin au

C tem ex his quoque nulla appareat, eam adibis, quam ex articuli uenarum collu
factam, ad radij cacumen dixi peruenire. Si ne hoc quidem est conspicuum, eam
feries quæ ab humeraria ad cubiti flexum porrigit. Pari modo si humeraria, quan
do ipsam secare oporteat, conspectum effugiat, eam necessario diuides, quæ in fle
xum pertendit. Si nec ipsa, eam quæ ad radium obliquũ expanditur. Si nec illa o-
culis obuenit, uenam ab axilla ad cubiti nodum procurrentem incides. Hęc enim
accommodatissima est ijs qui in partibus infra clauiculas sitis laborant: humera-
ria, qui in superioribus. At inibi commemoratæ secundum tertium q; ordinẽ posi-
ipsas obtinent. Communis utrisque est, quæ ad radij fastigium conscendit: quare
tertium quoq; ordinem in utrisq; manibus ei attribuimus. Nam in ijs qui in bra-
uiculam afficiunt, si quidem sanguinem detrahere oporteat, principem locũ præ-
sidij ratione uena possidet quæ flexum accedit: secundum quæ ad cubitum deter-
tur: tertium communis: quartum quæ de humeraria ad flexum pergit: post eam
humeraria. In alijs quos supra clauiculam morbus infestat, contrà humeraria pri
mum: quæ inde ad cubitum porrigitur, secundum: tertium communis: quæ tum
quæ iuxta arterias procedit: & quintum quæ cubitum adit. De superficiarijs itaq;
uenis totius cubiti adusque digitos, omnia dicta sunt. Profundiores autem dein-
ceps inspicito, ijs quæ in articuli superficie extãt, ademptis: quoniam has ubi fuerit
leris, quemadmodum didicisti, mox tibi per profundiora perinde ac in superficie
mutuo coeuntes apparebunt. Insuper postquam congressæ fuerint, iterum in ra-
mos binos dirimuntur, & per cubitum ad brachiale recta tendunt, æquali inuicẽ
spatio distantes. demissior quidem alter per os cubiti, elatior per radium unà cum
arterijs in musculos propagatur. Venæ igitur humilioris, quum radij musculum
exilem subierit, particula quædam in externam regionem elabitur, in qua scilla,
D cum prædictis hisce uenarum partibus per summa societatẽ init. Ad hæc reliqua
ipsius pars quanta intus delitescit, ima subeuntibus adunitur, quas intimis cubiti
partibus per superficiem distribui diximus. ac sæpius putaui plurium esse portio-
nem uenarum, quæ ex summo uergunt in ima. siquidem ipsius profundioris q;
næ secundæ processus paucis superficiarijs commiscentur. duas quidem in manũ
ferri commemorauí, tum eam quæ per axillam excurrit spectandæ magnitudinis,
tum hac quidem multò minorem, magnam tamen & ipsam, quam humeralem
appellant. Porrò arteria una duntaxat in manum proficiscitur, uicinam uenæ quæ
axillam permeat. utraq; autem thoracem elabitur cum nouo pari neruorum à spi-
nali descendentium, & brachium illic egreditur, quo & tertium neruum dixi per-
uenire, inde omnibus brachij musculis processus notandos mittẽtes, declines ad
flexum articuli, quo brachium cubito coarctatur, excurrunt. at uena in brachij
extremo in duas diffusa est soboles: quarum altera ad cutem usq; effertur, ut antea
declaratum est: altera per profundiora ceu ad flexum cum arteria deducitur, hanc
tertiam humeriariæ partem assumens, deinde bifariam scissa, cum utraq; parte ar-
teriæ, quæ & ipsa bipartitò diuisa est, simul tum porrigitur, tum in uniuersos usq;
ad digitorum initia musculos ramorum serie dispensatur. Itaq; elatiorem arteriam
quæ ad radij os decurrit, propter brachialis commissuram tangimus, pulsum ex-
ploraturi. Iam arteria indicis magniq; digiti intermediam originem ab hoc fortiũ
motum ædit sensibilem. humilioris uerò quæ per os cubiti recta in paruum digi-
tum procurrit, motum manifestò haud queas percipere, nisi homo fuerit extenua
tus. maximum uerò pulsum ædit. quippe natura in imo retinet arterias, nusquam
particulam ipsarum manifestò in cutem emittẽs: quemadmodum in uenis ac ner
uis perferri prius dictum est. Meritò igitur nullam in extremis manibus à foris ar-
teriam reperias: quia ne musculus quidem unus habetur. At interna regio quo-
niam multis septa est musculis, ideo multas quoq; arterias singulis ipsorum pone-
ctas obtinet. Verùm uniuersas brachialis interim arterias unà cum uenis coniun-
gi spectabis,

A gi spectabis, lato tendine amputato. Etenim hunc inter, & eos qui digitos flectũt,
situs ipsarum est pariter cum tenuibus neruis, quorum antea mentionẽ feci. Nam
quum hoc in loco musculi consistant, qui & primos digitorum articulos moue-
ant, & secundos in obliquum prorsus agant, meritò pars hæc arterijs, uenis, & ner
uis scatet. Quippe singuli musculi particulam cuiusque horum aliquam in se reci
piunt. Ac iam quidem omnes totius manus particulas explicui. At tu nõ ceu He
rodoti historiam animi gratia ista leges, sed memoriæ singula spectata mandabis,
ut omnium ipse partium naturam exactè pernoscas. nonnullæ siquidem neq; ar-
teriam, neq; neruos, neq; uenam grandem habent: quædam uel tria horum gene
ra, uel unum, uel duo. Itaque arterijs uenisq; pro magnitudinis ratione uirtus in-
est, non item neruis omnibus, sed alicubi exiguus neruus haud exiguam obtinet
potestatem: exempli gratia, qui musculos magni digiti motores intercurrũt, dein-
de qui indicem mouentibus insperguntur. si enim hi soli in naturali habitu seruen
tur, uel alijs resolutis, uel etiam omnino abolitis, nõ utiq; mancus in totum homo
euaserit, neq; manum prorsus inutilem habuerit: quòd si medius adhuc ipsis adhę
rescat, paruam in actionibus offensam manus sentiet, paruo digito in totum per-
cunte: rursus si quatuor existant incolumes, musculus autem qui maiorem digitũ
uel inflectit, uel extendit, laborauerit, omnia manus officia interibunt. parti enim
musculorum qui sibi mutuò sunt oppositi, actio uitiatur. siquidem musculo, qui
maiorem digitum extendit, resoluto, is qui ipsum flectere cõsueuit, obita quidem
functione statim flectit digitum: cæterùm postea nunquam poterit. Nam is qui in
flectendo persistit, rursus flectere, nisi prius extensus fuerit, qui potest? Quare co-
gnoscere adamussim cõuenit cum aliorum musculorum omnium neruum, tum
eorum præcipuè qui functionem mentione dignam obeant, ut siue telum, siue spi
B cula auferre dissectione uel præcisione alicuius oporteat, ab insignibus uasculis
neruisq; abstineamus, siue putrefactam quampiam particulam, uel os carie confe
ctum præcidamus. Noui enim quempiã ex ijs qui segniter manu curant, qui quũ
prius aliquando extima brachij regione magnam partẽ musculi præcidisset, non
tam insignẽ membro noxam primùm attulit: postea scalpello in eam partẽ interne
circũscriptionis musculi prioris iniecto, ubi tertius neruus ingreditur, stultã, ut Hip-
pocrates ait, exercens facilitatẽ, orbicularí linea uelociq; sectionẽ ducens, non mo
dò tertium neruũ præcidit, sed etiam duos ei præpositos: ad hæc arteriã, uenamq;.
in eo siquidem loco hęc omnia habentur. Quamobrem ille subitò propter sangui
nis profluuium turbatus, hoc solùm attendit, funibus uasis quæ amputata erant
circundatis: paulò pòst æger neq; manum tantillum mouere potuit, neque tangen
tes in multis membri partibus sentire, clamauitq; hoc ipso medicorum uerbo u-
tens, νευροκόπτας, id est neruos misero præcidisti. Hic itaq; medicus una sectí-
one totum membrum reddidit inutile. Alij porrò in alia quapiam parte una uel
duabus manus & cruris propter neruorum imperitiam peccauerunt: ut nunc o-
mittam quæ in sanguinis detractione mala designent, ignorantes quæ obseruan
da sint in singulis cubiti uenis: de quibus etiam in libro de neruorum consectio-
ne tractatum est. Horum igitur omnũ gratia sæpius manum simiæ diligenter inci
das. etenim si rarum quippiam in ea conspexeris, etiam hoc usui tibi fuerit. spe-
ctas enim aliquando dum simiam incidis, neruulum interiori cubiti uenæ incum
bentem, ac rursus alterum uenæ ipsi coniugæ insidentem. Pari modo & horum
speculatio medicis quibusdam familiaribus utilis extitit, ut qui tanquam neruum
incidissent accusabantur, quoniam & post sectionem acceptam ægri stupidum af
fectum ad manus longitudinem senserunt: tempore insecuto affectus ijs quibus
uena fuit incisa, permansit. Quapropter ego accusatoribus proprietatem structu-
ræ corporis nonnunquam talem fieri indicans, medicos ab infamia liberaui. cre-
diderunt autem mihi qui illos increpabant, non solùm quia alios eius rei testes

C citauerim, sed etiam quia in commentarijs anatomicis, quos in singulorum ani-
malium consectionibus feci, scriptum ostenderim quod nuper in uena accidisse
percensui. Cæterùm qui libros anatomicos scripserunt, paruas à subiectis muscu
lis reliquias in cutem ipsis uicinam emergere arbitrantur. atqui aliter res habet,
quemadmodum subinde conspexistis. Verùm propriæ neuorum per summa ex-
xtantium radices habentur, quas cum cute simul auellentes, obliterant, ut ne esse
quidem uideantur. Est enim, ueluti & prius dixi, difficillimum neuos hosce de-
tegere, utpote cuti cohærentes. Nam membranam ipsi subiectam cum musculis
relinquere oportet, cõtrarium naturali structuræ facientes. Hac igitur adminis-
tratione, ut in manu dictum est, rite peracta, quatuor iuxta femoris principium
ces musculorum in cutem excurrentiũ apparebunt, pares numero principijs gra
dium neuorum qui in musculos disperguntur, unde processere. proinde una est,
quæ ab anterioribus musculis deorsum uersus in totam cutem ipsis uicinam fer-
tur, dispensaturq; . hac interior per inguina magno angustóque musculo uehitur
& tertia, iuxta sacri ossis fastigium mucronatum, quod coccyga Græci uocant, ex
teriusq; minus conspicua est. quarta hac adhuc magis condita, in pectinis foram
ne consistit. Etenim neuos etiam qui in cutem elabuntur, exiles admodum, hæc
continet, & reuera telæ araneorum similes, reliquis autem pleniores: partim ut
los bene nutritos, partim etiam pilis crassiores, ad radices interim ualde conspicuos. Qui igitur anterioribus musculis expansi ualidam membranã secum retinent,
cute statim quæ ambit ipsos, ablata, media priore sede radicem habere uidentur.
Porrò qui tenui latoq; musculo per inguina inuehuntur, haud difficilem conspe-
ctum habent. nam internam omnem femoris tibiæq; regionem amplexantes eõ-
unt: quippe cum uena usque ad interiorem tibiæ processum iuxta talum ferun-
D tur. reliquum uerò internæ femoris regionis parua quædam (ut dictum est) partã-
cula nerui pectoris foramen excidentis amplexatur. Quarti uerò qui restat nerui
iuxta sacri ossis mucronem enascentis, totam ferè posteriorem exteriorem q; femo
ris sedem, ramos excipit, præter extremum. genu uersus spectans. huc enim alius
neruus, per latum musculum euadit, quemadmodum & propter ipsius extremã
rursus alios tibiam exteriorem interreptare dictum est: quoniam interior quoq; à
nerue qui cum uena defertur, propagines suscipit. reliqua posterior tibiæ pars pe-
culiarem neruum ab eo qui suram intercurrit, deriuantem exigit: anterior particu
lam quampiam eius nanciscitur, qui priores tibiæ musculos intercurrit. Cæterùm
intuitus, quo dixi modo, exiles superficiarios cutis neruos, omnes femoris muscu
los incidito, ut libro superiori didicisti. Nam dum ipsos inuicem separas, grandiũ
neruorum qui omnes medij per musculos ferunt, clarè apparent. Atq; ideo etiam
processus ipsorum uicinis distribuunt. Iam uerò quatuor principia, quæ simul in
superficiarijs cõtemplatus es, occurrent. Etenim illæ ab his quæ in imo latẽt, pro-
pagantur, & rursus inspecta musculis maioribus inueniendis uiam indicant, imò
etiam citra superficiarios prompte grandium neruorum principia uidentur, mu-
sculis ut docui incisis. Sunt igitur tria neruorum initia magnitudine sibi inuicem
coæqualia, quæ primùm exequar. Quartum uerò aliud maximum bifidum ipsis
succedit, quo de posterius peragam. Itaque ex tribus principijs unum in anterios
res musculos solos diffunditur: alterum magnis uasis transuersim porrigit, ipsisq;
uasis ramos telæ araneorum modo prętenues, ut musculis contiguis imparti. Po-
rò tangit ipsum subiectus maximus musculus. incumbit autem tenuis & angu-
stus, quem primùm in femore dissecamus. Quod restat tertium neruorũ initium,
amplum pectinis foramen permeat, & nimirum duos musculos id amplexos, u-
num utrinque, à foris alterum, intrinsecus reliquum, quos inter coxæ articuli mo-
tores audisti anatomicis prætermissos. Verùm scinditur neruus hic bipartitò, pri
us quàm musculos permeet. Ac partium ipsius altera quidem elatior in muscu-
lum procur

A lum procurrens, à pectine ortum, quem secundum incidere totum didicisti, disse-
minatur. maior uerò & demissior, ubi foramen peruaserit, & sobolem in paruos
circa ipsum musculos emittit, & in maximũ femoris musculum finditur. Ad hæc
ramulos quosdam tenues musculis exiguis ipsi uicinis communicat. Hęc iam tria
principia intuitus, ut dixi, ad quartũ duorum ramorum grandium, qui in crus de-
feruntur, mittuntq; ad extremos usque digitos propagines, descendas. Euadit
autem & hoc conspicuum, natum musculis incisis, quos præcedenti libro tradi-
di, in consectione eorum qui coxendicis arnculum mouent. Cum his incidantur
simul capita femoris musculorum, quos numero quatuor ex coxendicis osse ora-
tum ducere commemorauimus. quippe grandes nerui illis subiecti appareant, qui fo
ras ab interiore lati ossis parte cum neruulis tenuibus ex eo productis emergunt.
Verùm illi in omnes articuli iuncturæ musculos exteriores dispergũtur. primùm
ex uniuersis superficiarium, qui articulum retrorsum agit, mox carnosum sub ipso
magnum. deinde paruos infra hunc latentes: unum ex ilium osse procedentem:
alterum ex lato, qui liuens semper apparet: & tertium post ipsos alium à pectinis
osse ad magnum femoris tuberculum, προχαντῆρα Græci uocant, procurrentem.
Insumptis iam in hos neruis tenuibus, postea grandes soli per femoris regionem
postremam excurrentes, maximum sanè ramum lato musculo, notabilem uerò
alijs quoque dispensant, interim & femoris maximo. At latus musculus non mo
dò sursum ad caput, sicut alij, neruum capit, sed etiam alterum postea, quum gran
des nerui de quibus agitur, femoris medium perreptauerint: ab hoc autem ner-
uo eos, qui ad cutem excidunt, uti paulò prius dictum est. Qui igitur in femore
consistunt, in hunc modum se habent. tibiæ uerò neruos deinceps inspicito. Duo
B soli in tibia grandes per femoris posteriorem sedem conspicui apparent, quem-
admodum antea quoque declaratum est, latiore musculo inciso. Quà enim hic
adiacentem attingit, illac longissimè porrigitur. Alter uerò musculus genu articu
lo uicinus, adeò ut ipsum contingat, ad internas tibiæ partes recedit, nerui sub u-
nico lato feruntur, ad tibiæ principium excurrentes. atque ibidem primùm sepa-
rantur inuicem. alter qui minor est, exterioribus ipsius musculis distribuendus:
alter, puta maior, interioribus. sed externus tibiam subter posterioris ipsius os-
sis (peronen uocant) caput ingreditur. interior, quem maiorem esse retuli, suræ
inittio profundius immergitur, idq; media regione inter duo grandium ipsius mu-
sculorum, quæ superiore libro didicisti, capita. Atque huius nerui pars reliqua
non mediocris in pedis inferiora porrigitur. Alterius autem tenuia extrema supre
mis plantæ partibus dispensantur. Portio quædam ipsius etiam ad neruum alte-
rum peruenit, qui per suram prope inferiorem tibiæ finem defertur. Itaque infi-
mã pedis sedem neruus unus subit haud exiguus, in omnes ipsius partes distribu
tus. Porrò hic neruus ex altero grandiore supereſt, quem in posteriores tibiæ mu-
sculos digeri commemorauimus. Cæterùm in plantam pedis descendit unà cum
tendinibus qui digitos ipsos inflectũt. Insuper interioris nerui particulam quam-
piam huic misceri dictum nobis est. At in supernam partem pedis exiles neruuli
quatuor porriguntur, trium aliorum reliquiæ: unius certè qui cum uena intra tibiã
defertur: alterius qui retro suram per summa se promit, cuius mentionẽ paulò pri-
us feci, nempe quum dicerem ipsum in suræ initium inter musculos ex femore or
tos inseri. procedit autem ex gracili neruo, hoc est ubi is inseritur, alius quidam ner-
uulus, qui per suram procurrens à musculo posterioris tibię ossi porrecto, ad extre
mum ipsius pedi proximum peruenit, atq; inibi externis plantæ partibus propter
exiguos digitos disseminat: quemadmodũ prædictus, quẽ simul cum uena per to
tũ crus ad magnos ferri digitos retuli, fines expãdit. Hos inter alij duo ex magno-
rũ altero, qui anteriores tibiæ musculos amplexari dictus est, deorsum uersus per-
tendunt, medium plantę cõscendentes. Alter itaq; è superficiarijs sub cute cõsistit,

C qui tum articuli iunctura ligamento incumbit, tum solis in cutem plantæ extan-
tibus particulis distribuitur. At qui in imo sub ligamine delitescit, superstratis plan-
tæ musculis dispensatur omnibus, quorum tendines obliquo digitorum motui
præesse audiuisti. Etenim exigua uena crus per os pectinis adit, mediam ipsius par-
tem nutriens, cuius mentionem postea facturus sum. Alia enim uena maxima to-
tum in crus ab interiore ipsius parte per inguina procurrens disseminatur: propa-
gines quædam ipsius inordinatæ ad cutem permeant, quas nonnulli mediorum
παρεκδολὰς, quasi dicas modicis interuallis sparsas, appellãt. Quà in musculos dige-
runtur, ordinatum habent tum ortum, tum situm: nec tamen ipsæ magnitudinis
æqualitatem in omnibus conseruant, ut ne in manibus quidem. Dicentur autem
nobis etiam nunc quæ plerunque soboles maioris uenæ apparent: quæ omnium
crus perreptãtium ueluti truncus est. Statim igitur ramus quidam in priorem in-
ternamq; femoris regionem perfertur, multifariã summa sub cute in ipsum distri-
butus. Ab hoc aliæ tenues modicis interuallis sparsæ, in cutem treis quatuorue
disseminantur. deinde alia notandæ magnitudinis, priori similis, medio in femore
propter musculum arctum considerat, in quem ipsum quoque uena indidem
maxima inseritur. deinde alię exiles duæ forsan & tres modicis spatijs digeruntur.
posthas alia insignis tibiam interius subit. deinde sequitur alia duas in partes di-
uaricata. huic succedunt aliæ plures. Hæ quidem subter cutem summam omnes
consistunt. in imo aliæ quædam hunc in modum se habẽt. Post inguina primam
anterioribus duobus musculis dispensari diximus. mox aliam penitius grandem
satis intra maximum omnium musculum & ex anterioribus internum porrigi un-
de plures uenarum propagines in omnes propemodum femoris musculos disper-
guntur. post hanc, quam prædixi, subter cutem distribui: ac post eandem etiam ae-
D lia quæpiam deinceps in grandem ex anterioribus musculum ingreditur, elatius
ad extremam femoris regionem emergens. Insuper post illam alia notatu digna
profundius in maximum musculum eiq; uicinos inseritur. atq; post has in superi-
cialium enumeratione prædicta, quæ ab intima genu parte aduscp tibiæ extremi-
multiplici ramorum serie cutem subit. Cæterùm propter iam dictam propaginem
alias quoq; spectabis, quæ à maiore uena in imas maximè musculi partes, & toti
penitius articulum diffunduntur. at præter prædictas nõnunquam statim magna
uena in ramos finditur. aliquando ante fissuram uena prope suræ initiũ ex ea præ-
cedit, per infernas articuli partes in exteriora erumpens. Iam uerò ipsi secundo ti-
biæ ossi uenę bipartita soboles apponitur: quarum altera in superficie extenis par-
tibus tibiæ ossis postremo, quod peroneen appellaui, ad malleolos usq; ramorum
seriem spargit. altera per ima exteriorum musculorum ducta, ramos singulis com-
municans, intra tibiam eiusq; os secundum, iuxta penitiorem huius finem perrua-
dit. nam utroq;, hoc & prædicto uenæ superficialis extremo protuberans posteno
ris tibiæ excessus comprehenditur. Verùm apparet nonnunquam, ubi maior ues
na duplicem ramum in poplitem immiserit, utraq; ex parte uena, de qua mentio-
nem feci, ramos ędere. At quomodo scissa fuerit, ac in ea habeat, etiã reliqua uena
maior bifariam in poplite diuiditur. deinde cum altero musculo surã perreptans,
ad malleolorum in tibia finem procurrit: hinc ad imam pedis regionem uecta per
medium tibiæ, ac alterius ossis peronæ dicti, in eam distribuitur. altera parte ad os
tibiæ oppositum permeans in plures uenas scinditur, quæ omnes anteriore parte
intra tibiam eiusq; os secundum deserunt. atq; extrema ipsarum ad plantam usq;
& pedẽ digitosq; permeant, tum inter se, tum ijs quæ adiacent, permixta. Hæc ena-
nim uena, quæ os tibiæ anterius oppositũ intercurrit, scinditurq;, ut dictum est, in
tota posterioris anterioriscp tibię ossis regione intermedia, uenæ duę insignes pro-
pter extuberantes postremæ ac prioris tibiæ terminos subeũt, alias omnes medio
suo complexæ: ac prædictis in utroq; extremo hæ uenæ miscentur; interior fere ei
quæ prio-

A quæ propaginem in genu transmisit: intrinsecus autem supra suram tibiamq; to-
tam ad malleolos porrecta est. Exterior societatem init cum uenis ibidem relatis
ab ea porrigi quæ intrinsecus ad posteriorẽ tibiam prona fertur. uerùm ab ijs quæ
ad tibiæ anterioris posteriorisq; extrema inuicem coëunt, exilis quædam ad plan-
tam pedis excurrit, maiores autem ipsarum ad imas partes euadunt, præsertim
regione interna, qua tibiæ finis extuberans habetur: ex quibus uenis tota pedis
regio superior alimentum accipit. Porrò calx posterior à proximis intus forisq; ra-
mos inuicem coëuntes susc ipit. siquidem hoc cõmuniter inaudiendum est, sicut
iam prius dixi, extrema uenarum etiam alijs partibus commisceri, potissimum in
summo corpore. Verùm eiusmodi omnibus sunt manifesta, ut quæ unà cum di-
ctis, uel me tacente, intelligantur. Nam uenas ac neruos in plantam excurrentes
usque ad pedis extremum porrigi necesse est. Iam uerò quis ignorat earum pari-
ter, quæ ab interiore tibia ad ipsum perueniunt, extrema in paruos digitos perten
dere? Rursus ab exteriore tibia prodeuntium terminos magnos subire, quemad-
modum & à media regione interioris exterioriscp tibiæ procedentium fines in me
dios expandi? Vena igitur per inguina excurrens, hunc in modum propagatur.
quæ uerò pubis os perreptat, solis indidem partibus distribuitur: sed ossi huic pre-
ponitur musculus unus exilis foramen totum complexus. Huic primæ insternun
tur partes grandioris musculi, adhæresc it tertius ex pubis ossium commissura or-
tus, utrinque unus. Itaque uena hæc paruum totum, sed maximi partem haud am
plam nutrit: eius autem qui ex commissura cõflatur, plurimam. siquidem in imas
huius musculi partes tum uena, tum neruus alius inseritur. Verùm extrema uenæ
de qua disseruimus, in idem cum extremis coëunt, à maiore quidam uena profe-
ctis, sed primoribus maximi musculi partibus insertis, quæ hìc dissipantur. Porrò
B arteria maxima cruri per inguina inseritur, eo nimirũ modo quo uena magna, ac
macilentis, magnoq; pulsu prædítis manum inijciens, sensibilem inibi motũ per-
cipies. Vtruncq; autẽ uasculum per interiora femoris protendit, arctiori ipsius mu
sculo incumbens, in quem ueluti in omnes alios femur perreptantes arteriæ rami
pro magnitudinis portione perueniunt. Sed quemadmodum in manu, sic etiam
in crure se habet. Venæ quidem arterijs in musculos insertis cohærẽt, non tamen
arteriæ superficiarias uenas unà conscendunt, uerùm altius semper per musculos
ingrediuntur. Quot igitur uenas dixi profundius in femoris musculos propter ti-
biam propagari, his omnibus adiacet arteria, in superficie extantium nulli. Id au-
tem inde liquidò constat, quòd carnosis nusquam in crure pulsus appareat, nisi in
planta directè ad secundum digitum post maximum. Tangimus itaque subinde
arteriam inibi sitam, quũ eam quę brachiali subest, attingere nõ potuerimus. Sunt
porrò & aliæ in planta ac parte infima arteriæ, quæ crebro in macilentis pulsum
indicent, in magnitudinẽ eleuatæ. At in brachiali exteriore nullam asseruimus re-
periri arteriam, quòd uidelicet nec musculus quidem ullus indidem habeat. nam
ob exiles musculos plantæ incumbentes arteria quam nuper retuli, in ipsis distri-
buitur: quemadmodum & imi pedis musculi gratia, haud grandis arteria si-
mul cum uena, cuius prius mentio facta est, procurrens huc tendere uidetur. cæte
rùm ad id loci per mediam tibiæ interioris calcisq; regionem descendunt. De ar-
teria autem quæ per ossis pubis foramen (θυρεοειδὲς Græci ab ostij similitudine ap
pellant) in femur peruenit, eadem quæ paulò prius de uena commemoraui, inau
diisse me putato: Nam ijsdem tribus musculis perinde ac illa distribuitur.

TERTII LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER QVARTVS.

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

IN OPERE de particularum usu hoc mihi fuit institutũ, ut omnũ corporis humani partium structuram, quatenus arti conduceret, exponerem. Cuius rei argumentum ex ueteribus quoque tum medicis, tum philosophis celeberrimi perinde ac ego tractauerunt. Itaq; à manibus haud temere sermonis hîc sumpsi exordiũ: quòd has partes uidelicet in solis hominibus uidere liceat. Non autem absurdum fuerit deinceps etiam de cruribus nonnulla commentari, quandoquidem & hæc ceu propria homo præter omne aliud animantium genus sibi uendicat: quòd nimirum solus adamussim rectus horum beneficio incedat. Simiam uerò ridiculam hominis simulationem cõtinere demonstrauimus, ac obid hominis quidem modo graditur: sed in ipsis principalioribus partibus manca est, ut quæ minus rectam crurum structuram sortita sit. Magnum uerò digitum, qui totum functionis firmamentum ipsi est, mutilum obtinet. At in præsenti commentario duo mihi peragenda propono: primum ut singulas accuratè partes contemperis, quarum usus illic percensui: alterũ ad medicinæ artis finem pertinet. Quoniam enim huius ætatis medicos uideo, qui quidem consectionibus operam dedisse putantur, utiliore illarũ parte neglecta, eam quæ cauillatoria magis est, exercere, conatus sum hoc ipsum primùm iuuenibus ostendere, deinde ad meliora ipsos adhortari. Atq; id initio secundi tertiiq; libri à me factitatũ est, ubi sermonis caput curationes propè uniuersas cõtinebat, quas manibus quotidie administramus, tũ in cruribus, tum per totius corporis summa, quæ musculos & in his uasa neruosq; cõprehendũt. Etenim tela aculeosq; ex his, non ex iocinore, uel corde, uel pulmone excindimus. Item fistulas, sinus, humorũ illisiones, suppurataq; & putrifica uitia in his manu medicamur. Quam ob causam optarẽ utrũq; cõmentarium, eundem ut in primis duobus libris ordinẽ obtinuisse. At quia, ut uideo, iuuenes quotidie maiorem industriã in peiore consectionis parte collocant, utiliorem propè omnes respuunt, statui non solùm ratione, sed etiam disciplinæq; ordine adiici ipsius dignitatẽ eos exhortari. Quæ enim prius eis discenda cẽseo, ea quoq; priora in hac enarratione prosequar: ac ideo post artuũ dissectionẽ superioribus libris cõprehensam, deinceps reliquis duobus externam totius corporis incisionem, hoc est, musculorum (nam in his continetur) exarabo, orsus à faciei & capitis partibus. Atq; in his ipsis nimirum quæ cuti circundatæ cohærescunt: inter quas Anatomici ignorarunt principaliores, nempe duos musculos latos, ac tenues, qui in buccam, & labra cessant, à spina uerò colli incipiunt: unde membraneum procedens ligamentum, quod talibus constat fibris, quales uniuersi musculi obtinẽt, subiectam ipsorũ constituit. Complures etiam fibræ ex scapularũ propter spinam regionibus emergunt: quemadmodũ ex humerorũ clauicula in artus omnibus terminantur. Atq; oportet hosce musculos, quum usus aliquis postulauerit, pro fibrarũ natura incidere. Quam ignorantes, ubi nonnunquam ampliore sectione trasuersas ipsas diuiserint buccas, alteram partem distrahi compellunt. Hi sanè omnes tuerũt, ut paulò ulterius iterũ de ipsis sum dicturus: uerum musculosam cõpaginẽ cuti in facie subiectam, ipsiusq; actionẽ, professores nouerunt. Totam itaq; superciliorũ molem ab ea dicunt attolli, & cutis faciei motũ eidem ferunt acceptũ. Non tamen uulgus chirurgorũ nouit. Nam propterea transuersas potius q̃ rectas sectiones in fronte moliũtur. Accidit igitur quũ maiorẽ quandoq; sectionem inibi, & maximè

maximè propius supercilia peregeris ad palpebrarum radices, tum supercilia, tum contiguam ipsis cutem deorsum conuelli: tum oculos quibus incumbunt, aggraduare, ut neq; aperiri probè queant, neq; functionem suam libere obire. Hîc itaque fibrarum rectitudo deorsum uersus tendit: in ijs autem quæ buccas mouent, ut nuper dixi, nunquid turpe est ignaros quosdam multa insuper huiusmodi quærere, puta num cartilaginosum quippiã in ea parte cerebri, quæ à turbinis similitudine Græcis λωνάειον appellat, uel osseũ inhæreat? Pari modo etiã, in quolibet ne corde cartilagineã uel osseam quandam particulam sit inuenire, an in magnis duntaxat? Cuiusmodi friuolis potius quàm utilibus operã accommodare huius tempestatis medicos uidemus. Quæ res me adducit, ut artuũ dissectioni alios duos libros subiungã: hunc sanè quartum totius operis futurum, alterũ deinde quintũ. In quibus tota musculorum cõsectione absoluta, ad eundem rursum ordinem me conuertã, quem in cõmentario de usu partiũ seruaui. Ac primùm de cibi instrumentis dictu rus sum; mox de spiritalibus, deín de cerebri, & spinalis medullæ partibus uniuersis: postea generandi instrumenta exequar: quibus proximũ est, de fœtibus administrandis dicere, sed decimus sextus illius operis liber agit de arterijs, uenis, & neruis: ubi quæ quidẽ cõmuniter & generatim de ipsis cognoscere profuerit, explicaui: membratim uerò, qualẽ singula naturã habeant, in opere de cõsectionibus administrandis doceri diximus. Quamobrẽ accuratissimè de his in præsentiarũ agere necessarium est. Nam in prioribus administrationibus anatomicis multa nobis omissa desiderantẽ. Cur autẽ ad operis totius calcẽ satius mihi uideaĩ, arteriarum, uenarũ, & neruorum dissectionẽ perscribere, in eo libro indicabimus, ubi etiã administrandi rationes exponemus, quibus probè utens, in illis queat se exercere. Nunc ad musculos incidendos me conferam, inter quos primùm cõmemorabo, qui buccas unà cum labris mouẽt inferiore maxilla quiescente. Licet autẽ, cui uisum fuerit, dentes utriusq; maxillę inuicem firmiter cõmittenti, in aduersum, nempe colli latera distorquere, siquidem in hoc contingit cutẽ quoq; ipsam ad summũ humerum maximè & extremũ inibi clauiculæ distendi. Iam etiã ori ad omnia ceruicis latera aperiũdo hi musculi sunt accõmodati, quẽadmodum alij quos à mandendo græcè μασητῆρας nominant, latis maxillæ inferioris musculis iniecti, uarijs totam ipsam modis circũagunt. Nam temporum musculi, qui Græcis dicunt κρόταφῖται, non circumagere maxillam nati sunt, uerùm adducere, dum mordemus aliquid, uel edimus, uel os claudimus. Qua de causa uocat & hos Hippocrates μασητῆρας. Ego autẽ cuitans homonymiã, temporales toto sermonis processu appellaui: massiteras autẽ, qui toti buccæ superpositi sunt, maxillam utriuscq;, ut dictũ est, mouẽtes. Nam omnia quorũ nobis obtigit cognitio animantia, præter crocodilum, inferiorẽ maxillã mouere, superiore immobili, natura uoluit. Vniuersi porrò motus ipsius tres sunt: unus in mandendo, alter in ore claudendo, tertius in aperiundo peragitur. Atq; ab his motibus secernit ille, quẽ in buccis maxilla omnino immota fieri prædiximus. Non solùm autẽ ab his separat, uerùm etiam à labrorũ motu, qui & ipse alijs musculis perficitur: ut quinq; sint in ore functiones, quina uerò musculorũ genera, quæ deinceps uniuersa referã, ab ijs quæ ipse comperi, auspicatus. In omnibus itaq; animaliũ generibus, quæ medici ceu hominũ figuræ proxima solent incidere, lati graciles q; musculi habentur, totas buccas in latera deducere idonei. Sunt porrò, ut summatim dicam, sex numero genera animantiũ, quę haud multùm ab hominum natura discrepant, de quibus antea mentionem fecimus. In præsentiarũ à similibus exordiar, quòd omnium proximè hominũ figuram accedant. His igitur in aqua fune iniecto suffocatis, ne uidelicet ullum colli instrumentũ offendat, rectã à mento usq; ad pectus lineã iuxta ceruicis longitudinẽ incidere scalpello acutiore oportet, tã leuiter ac moderatè cuti admoto, ut solã ipsam diuidas. Quod sine negocio facere cõsuescens, non modò hîc, sed etiã in toto animali pilos

C ab ea parte auferens, quam inciſurus es. Itaq; aliꝝ propemodum uniuerſæ corpo-
ris totius cuti membrana ſubiacet, quę inter excoriandum ſimul auellitur. Ibidem
uerò latus tenuiſq; muſculus unà cum numeroſa ſerie neruorũ continetur, talem
in unaquaq; parte ſitum habẽtium, qualem fibræ quibus ille adnaſcitur. Quippe
omnes ad labra deſinunt, ex uarijs procedentes initijs. Etenim ab uniuerſis colli
uertebris incipiunt: mox à ſcapulis: deinde ab utriuſq; humeri clauícula. Quæ igi
tur à ſcapulis ducunt originem, obliquæ omnes per buccas in oris latera porrigun
tur: quæ à uertebris, tranſuerſæ magis: quæ uerò à clauículis emergũt, propter re-
ctas conſiſtunt. Harum ſanè complures ubi ad ſummum mentum exceſſerint, la
bris inſerunt̃, in ſe mutuò ac uariatis uicibus, & quaſi crumenę inuicem contractæ
coaleſcẽtes, dum partim labrum à ſiniſtra ad dextrã, partim à dextra ad læuam ex-
tendũt. Membrana ipſa cui fibræ cohæreſcũt, non alijs membranis craſſitie uel ro
bore reſpondet, ſed etiã craſſior omnibus & ualentior eſt, tantoq; ualentior, quan
to craſſior. nam ex ligamentorũ & ſubſtantia & natura conſtat: quæ quũ dura ſint,
& ſenſus expertia, de oſſibus dixi procedere. Vocet itaq; tum hoc, tũ alia id genus
omnia, ligamenta ſanè, quoniã id reuera ſunt: membranea uerò, claræ interpreta-
tionis gratia: quandoquidem tenuia membranarũ modo apparent. Verùm hoc ſi
gamentum ex ſumma in collo uertebrarum ſpina exortũ eſt: ad has totum quem
nominaui muſculum ſuſpenſum conſtringit, illigatq;. Conſentaneum igitur eſt,
dum animal excoriamus, muſculum euaneſcere, qui cum ligamento ſimul ceu
membrana detrahitur. Ac bifariam in uno animante conſectionem licet adminiſ-
ſtrare: in altera quidem parte, aut dextra, aut ſiniſtra cutem à muſculo deradere: in
reliqua cutem ac muſculum cum ligamento aduſq; uertebras detrahere, & cute
tuis ipſius manibus diſtenta, ſpeculari per tenuc ligamentum numeroſam nerue-
D rum ſobolem ordine continuo inter ſe fibrarum modo ſitam. Euidentius autem in
ſenio confectis & nuper natis animalibus conſpiciuntur, utraq; enim pinguitudi-
nem non habent, quæ membranis, ligamentis, tendinibus, neruis, &, ut ſemel exe
pediã, omnibus ſanguine uacuis frigidiſq; corporibus obduci ſolet. At in nuper
natis nerui exiles ſunt, ligamentum inualidum, carnoſa ſubſtantia mollis. Quam
ob rem meritò huiuſmodi animantia in propoſito opere uitaueris: quæ uerò pre
ſenio extenuata ſunt, omnia aptiſſima. Etenim carnes his modicæ & aridæ ſunt:
longè uerò aridior tota neruorum ſubſtantia, tum magnitudine inſignior. Quod
ſi è duobus parum idoneis delectum facere oportet alterius inopia, præſtat recens
natum capere, quàm magnum & pingue. nihil enim tam neruorum conſectionẽ
obumbrat, quàm pinguitudo. Iam mentem adhibeto muſculi huius fibrarum ſo
ſituræ, ſurſum à quibus dixi locis ad buccas mentumq; tendentiũ. Hæ ſiquidem
ad neruorum principia, uarijs è regionibus prodeuntia, uiam indicant. Quorum
alij in priore capitis parte, & latere utroq;, ex ſubiectis procedunt muſculis; alij ex
poſteriore uenientes, de ſpina prodijſſe tibi uidebuntur, & cum ligamento ſubti
ac lato ſimul incipere, & progigni. Satius igitẽ eſt acu quæ tenuc linum ducat ſub-
miſſa, laqueum ſingulis neruis proxime maxillam circundare, deinde neruo per
linum tenſo fibras ipſius utrinq; adimere, atq; hoc in unoquoq; neruo erit faciun-
dum, ut muſculo toto exciſo, nerui uniuerſi relinquantur inuiolati, quò ipſorum
proceſſus, muſculis craſſioribus qui ſubiacent ablatis, appareant. Verùm ſatis eſt
id in altero muſculo, uel dextro, uel ſiniſtro obſeruaſſe: in altero autem, fibrarum
extremis, quæ tum ad ſcapulas, tum clauiculam, tum ſpinam pertinent, abſectis li
beratisq; à ſubiacentibus, conator quanq; muſculi particulam ad relata principia
trahere, ut animantis buccas ijs qui ſimul trahuntur, conſentire uideas. Sed ani-
mal recens mortuũ, uel calidum adhuc eſſe conuenit, uel aërem æſtiuum, uel cali
dam certè ipſi ſuperfundere. Nam ſi maxillarum particulæ refrixerint, immobiles
fiunt, corij modo cõcreſcentes, Poſterius itaq; muſculi huius initiũ ex ſpina omnis

no pro-

A no procedit: inde ad occipitij oſſis baſim defertur: mox ſub aurem, ut exortũ ipſi-
us perreptando cõtingat: deinde muſculum à mandendo maſſitera dictum totum
aſcendit, oſſiq; ante ſuperiorem maxillam per ligamentum inibi cõmittitur, tam
exquiſitè, ut duo hæc (liceat ita loqui) latera muſculi definiantur: reliqua uerò tria
haud æquè ſunt diſtincta. Nam magna ex parte ſcapularũ ſpina muſculi inibi ex-
tremum circumſcribit: interim ex fibris pauxillum quippiam ſupergreditur, idq;
deorſum uerſus. Eadem uerò de clauícula quoq; dixiſſe me arbitrator: quanquã
fibras citius quàm fines cõmemoratos ceſſare, haud inueneris. Simili modo par-
tes muſculorum priores in ſimijs plerunq; inuicem coëunt, ut duo muſculi unus
eſſe tibi uideanť. In alijs animantibus recta muſculorũ quos recenſui latera inter
ſe diſſident: quæ tamen in nonnullis mutuò pauculis fibris tranſuerſis cõnectun-
tur, præſertim iuxta faucium partes. At tanto magis prædicti muſculi in alijs ani-
mantibus inuicẽ diſtant, quanto hæ longiore collo prædita ſunt. His igitur omni-
um primis muſculis ademptis, licebit uel occipitio, uel faciei adhærẽtes oſtendas.
Quoniam uerò quinq; motus inter ſe diuerſos oris partes habere dixi, melius eſſe
mihi uidetur omnes ipſos explicare. Incipiendum porrò eſt à labris, quibus utro-
runq; muſculorum, & gracilium, & latorum fibras quaſdam mutuò coëuntes in-
ſeri diximus. At prius quàm exordiamur, diſtinguere præſtiterit, in ſimijs quidem
dictum fibrarum complexum euidenter apparere, in alijs autem animalibus, quę
paulò prolixiora colla obtinent, tanto minus quàm in ſimijs innoteſcere, quanto
collum maius extiterit. Quibus id multò longius eſt, ea prædictam fibrarum ua-
riationem modicam repræſentant: quòd nimirum tum prior, tum rectus ipſarum
ſitus in id genus animantibus aboletur, lateralibus fibris unà cum tranſuerſis ob
colli prolixitatem munus totum ſine priorũ ſubſidio probè ſatis obeuntibus. Iam
B uerò maxilla cuilibet animaliũ prolixior eſt, quàm ſimiæ. Nam ex omni anima-
tium genere homo breuiſſimã, pro totius corporis uidelicet portione, ſortitus eſt,
mox ſimia: deinde lynces & Satyri: poſtremo cynocephali. Hæc autem omnia
& collum ita prolixum, & humerorum clauículas, hominis modo poſſident. Ac
quædam ipſorum magis inſiſtunt, quædam minus. Inſiſtunt igitur recta, gradiun
turq;, alia peſus, alia melius. At certè gradiuntur, omnia binis innixa pedibus. Ali-
ud autem nullum pedeſtre bipes incedit. Verùm his proximum eſt urſorum ge-
nus: his ſuccedunt ſues: deinde quæ à ſerratis dentibus, κυνοκεφάλια uocant:
poſt hæc alia duo animantium genera, aliud cornutum, ungula biſida, & rumi-
nans. Aliud cornua non habet, nec biſidam ungulam: uerùm ſolidæ innititur.
Quæ iam alia ſunt genera pedeſtrium, ac quadrupedum, quæ ſex enumeratis ge-
neribus excidiſſe uidẽt, haud negocioſum eſt inuenire, cui potius ipſa aſſimiles.
Labra itaq; naturam ſingularem eximiamq; obtinent. Etenim præter uarios ipſo-
rum motus, quorũ gratia condita ſunt, potiorem corporis ſubſtantiã ne uel excogi
tare poteris. Nam deflectere ipſam poſſis, ac à ſitu ſuo auertere: contrahere, & di-
ſtendere: ſtringere, & laxare, quocunq; edentium, bibentiũ, uel differentium, uel
aliam quandam functionem obeuntiũ uſus uocauerit. Cõmiſſis autem ipſis cuti,
latisq; muſculis prædictis, initium primũ ſtatuito, ubi excorianti cutis non amplí-
us obedierit. Adhuc maxillæ oſſi labra, tertiæ cuiuſdam ſubſtantiæ fungoſæ in-
teruentu, exactè iunguntur, ut tota ipſorum natura ex tali ſubſtantia, cute, & tri-
bus lati muſculi terminis inuicem concretis, ſit conflata. Proinde latiorum muſcu
lorum beneficio in latera ſecundum tranſuerſas ipſorum fibras mouentur: deor-
ſum uerò, ſurſumq; uerſus motum tota ipſorum ſubſtantia ſuppeditat. Atq; hos
ob motus natura neruos ipſis per maxillam tenuiſſimis foraminibus tranſmiſit:
quæ per ſumma tum inferioris, tum ſuperioris maxillæ patent. Per eadem elabun
tur reliqui nerui, qui dentium ſedibus adhæreſcũt: à quibus gingiuæ, dentes ipſi,
& membranæ ambientes ſenſum accipiunt. Diligentem itaque curam adhibeto,

e

C dum labris maxillæ cutē adimis, ne ſcalpello neruos diſſeces, qui etiam pro labro-
rum natura ex imo ſurſum uerſus deferūtur. Hi ſanè ipſi labra deorſum retrahere
ſolent: extrema uerò utrorunq; muſculorū, & latorum, & exiliū ipſis inſerta con-
trahunt, pro fibrarum ſitu, quæ à clauiculis ſurſum porriguntur. Ab his enim cru-
menæ conuulſæ, ad utranq; lateralium neruorū ſedem attracta, tantum craſſi-
tudine augentur, quantū ipſis longitudinis adimitur. Quemadmodum igitur ſi di-
gitis duobus ipſis circumpoſitis, utroq; latere ſingulis, deprimens leuiter ipſa con-
trahas, tantā in altitudinem craſſitiemq; attollens, quantā latitudinē conſtringen-
do utrinq; ademeris: hac ratione tenſio muſculorū dum in diuerſum uno tempore
diſtrahuntur, ad mediū extrema deducit, fungoſa ſubſtantia non parum ipſis appa-
tulante. Quippe talis omnino & inanitur ex facili, & replet: inanita quidem ſubi-
mittitur: repleta uerò in tumorem attollitur. At de ipſa uberius dicetur in opere de
motibus dubijs. Sicut autem his nerui ab inferiore maxilla, ita ſuperioribus labris
à ſuperiore ſubminiſtrantur, ipſi quoq; in uniuerſis animantibus tenuia foramina
percurrentes. At ſi nonnunquā foramina minus apparuerint, in ampliore quodā
ſpecie ſimili diſſecto ipſa comperies. Voco autē nunc ſpecie ſimilia, equū equo,
ſimiam ſimiæ, & canem cani. Nihil porrò intereſt, etiamſi aliquando genere ſimi-
lia ipſa nomines. Cæterùm & hæc mouentur eodem, quo inferiora, modo: nam-
pe ſurſum retrahuntur à neruis quidem commemoratis, muſculis uerò tenuibus
ſibi proprijs, at in latera aguntur fibris muſculorum latiorum eò pertinentibus: in-
ſe contrahuntur fibris è diuerſo complicatis. In magnis uerò animantibus oſten-
dere eſt aliquas ipſarum in labrorum principia porrigi, ibiq; ceſſare: nonnullas
contrario inter ſe modo implicari. Cæterùm ubi labra cute detegis, neruos etiam
qui maſſiteras, id eſt mandibulæ muſculos perreptant (porriguntur autem uſque
D ad labri utriuſque latera) excipito laqueis, ut horum quoque originem denuò in-
ſpicias. Summa uerò cura conſiderato, rectè ne, an minus quidam Anatomici di-
xerint, utrunq; labrum à duobus muſculis moueri, oblique ambobus ea ingredi-
entibus, ex ſuperiore parte labrū ſuperius, ex infima inferius: an potius ſit dicere,
utrunque muſculum ex toto cuticularem eſſe, à fibroſis autem muſculis adiuua-
ri. At uerò muſculos qui narium alas mouēt, tales natura eſſe pronunciare pałàm
oportet, qualem & latū muſculum, quem nos inuenimus. Nam & hic fibræ ſub-
ter cutem cohæreſcunt, unde mouetur. Atque magis adhuc in faciei cute talis na-
tura conſpicitur: uerùm alæ quà cum ſuperiore labro coēunt, contrahuntur, pau-
lum peculiarem ad hoc muſculum ſortitæ. Hinc igitur ad malas uſque paulatim
deſcendes, cutem à uicinis illarum partibus auferens. Hoc enim confecto, mu-
ſculi mandibulæ, nempe maſſiteres dicti, clarè uidebuntur, neruis ipſos inſeren-
tibus, qui ad buccas deſinunt. Priuſquā igitur hos ipſos neruos incideris, maſ-
ſiteras hamulis eleuans, à ſubiectis liberato, uſque ad ipſius initium, quod poſt
aures oritur. Atq; hic ipſis demiſſis, accuratè inſpicias capitis foramen unde pro-
ceſſerint. Sed prius maſſiteras muſculos adi, tum eos qui intra maxillam in ore &
temporibus habentur. Hæc enim tria muſculorum paria maxillam mouent, tem-
porales quidem cum interioribus ſurſum conuellentes: maſſiteres autem in late-
ra circumagentes. Singuli hunc in modum incidendi ſunt: Maſſiteron muſculo-
rum fibras ex ſuperiore maxilla in inferiorem æditas diſſeca, non omnes, ut con-
ſcas quomodo inuicem cuarient. Itaq; ſuperficiarijs ipſorū primis abiectis, dein-
de hamo iniecto ſurſum attrahes, excoriabis, & incides, aduſque ſuperiorem ma-
xillam unde proceſſerunt, dum ad ſubiectas quæ ſitum habent diuerſum, peruc-
neris. Etenim hoc atque illo modo, ut dictum eſt, procedunt, nec rectà deorſum
ferūtur: quoniam non modò attolli adducique inferiorem maxillam ſuperiori
dum mandunt animalia oportebat, ſed etiam obliquam paulatim, nunc in ante-
riora, nunc in poſteriora protendi. Quippe tali functione ad cibum mandendum
indigemus.

A indigemus. Duo igitur muſculi ſunt, puta maſſiteres utrique, ex proprio ſinguli
capite in commune extremum profecti, quod in maxilla inferiore habetur, quan-
doquidem hanc moueri conueniebat. Ex capitibus uerò alterum in malis, uti uo-
cant, ualens neruumq; apparebit carniformi ſubſtantiæ robuſtiori coniunctum.
Alterum in toto oſſe iugali conſiſtit, quod Græci ζυγῶμα appellant, minimè ner-
uoſum. Primum quidem maxillam ſenſim obliquā prorſum retrahit, ſecundum
contrarij motus gratia creatū eſt. Nam tantum maxillam retrorſum abducit, quan
tum primum in priora agit. Quin & tendenti tibi utrunque uiciſſim caput, mani-
feſto inferioris maxillæ motus conſpicietur. Quomodo autem faciundum ſit, dili
genter attende, ſiquidem futurus ſermo de qualibet diſſectione adminiſtranda tra
ctabit, qua mortui animantis particulæ motum conſideramus. Itaque uniuerſas
auferre carnes ab illis partibus oportet, quarum frequenter examen inſtituimus:
ſolos autem muſculos qui ipſa mouent, intactos relinquimus. At ubi hos quoq;
ad recta ipſorum capita uſque incidimus, illa ſanè ab oſſibus quibus inſeruntur,
amputare conuenit: manu uerò eadem attrahere, tendendo quò prius erant col-
locata: quoniam ſi hoc probè peregeris, oſſium motus palàm conſpicabere, qui-
bus pares muſculi inhæreſcunt. Hoc pacto etiam inferioris maxillæ uniuerſas am
bientes particulas adimere conuenit, & hac renudata examuſſim motus utriuſq;
maſſiteris muſculi, unde ipſa mouetur, examinare. At euidentius eos ſpectabis,
ſi non tantum alias omnes maxillæ partes ademeris, præſertim quæ ab imo pro-
ceſſerunt, ſed temporales quoque ipſos, quos certè poſt maſſiteras, ut etiam ante
hos diſſeces licet. Verùm os iugale, zygoma Græci uocant, utroque modo excin
dere neceſſum eſt. Hoc enim ſublato, temporalis totus cuidenter apparet, maxillę
extremo per tendinem inſertus. Adhæc trium muſculorum ſocietatem iugali a-
B dempto conſpicies. Dico autem trium muſculorū, maſſiteris, temporalis, & præte
rea eius qui intus in ore delitescit, temporali admodum contiguus. Iam mandibu
larius, ſeu maſſiter muſculus, temporali paucis partibus cohęreſcit: qui uerò intus
in ore reconditus eſt, multis adeò, ut ſi partem temporalis ipſum eſſe dixeris, haud
aberraſſe uidearis. ſiquidem temporalis muſculus toti maxillæ extremo orbicula
tim circundatus, cum tertio hoc muſculo adunitur: qui initium quidem iuxta ca-
pitis oſſis proceſſus alarum modo formatos obtinet: inferius autem extremum la
tis humilioris maxillæ muſculis imponit: ubi iam regio quædam habetur paula-
tim caua, ut muſculus inſinuetur, effecta. In capite uerò ipſius maxima cōcauitas
eſt, circa capitis oſſiū proceſſus alis ſimilatos. Atqui hunc muſculum prius uidere
non eſt, quàm maxillam diſſolueris, uel capite in articulo, uel inferiore ſini ſciſſo,
ubi utræq; ipſius partes coēunt. Temporū muſculus abundè cōſpicitur, idq; ſi os
iugale duntaxat excideris. Proinde Hippocrates quoq; innuit inferiorē maxillam
è duobus oſſibus inuicem iuxta imam partem iunctis conſtare. Dixerunt porrò &
alij omnes, qui quidem accuratè oſſium naturā explicuerūt. Non tamen in ſimijs
omnibus manifeſtò poteris oſtendere maxillæ commiſſurā. complures ſiquidem
ipſarum unū inferioris maxillæ os habere tibi uidebuntur. uerùm in canibus eui-
denter ſatis cōmiſſura apparet, facileq; eſt maxillam inibi ſeparare. Cæterùm illa
quoq; animalia ſingulos tres muſculos obtinent, quorū paulò antè mentionē feci
mus. Omnibus enim præpoſitis animantiū generibus tres hi adſunt muſculi, fun
ctionis ipſius gratia facti: quorum duo ſimplices, unus, nempe in mandibula, du-
plex exiſtit, ut prædiximus. In quibus igitur inferior maxilla prompte ſoluitur, pri
us exerceri conuenit: deinde ſic ad ſimias digredi. At ſi in his etiam ab initio exerci
tium ſubire uolueris, cultro exciſorio, ἐκτομὴ uocant, maxillam diuides, ubi parte
ſui acutiſſima prominet. Nam cura huic inferiori maxillæ extremo adhibita, tum
ſuperiori cōmiſſuræ primorum dentiū, quos, quia ſecant, τομεῖς Græci nomināt,
aggredieris ſic ipſam findere, à media primorū dentium regione auſpicatus. Poſt-

C quam uerò ipſius utrancꝫ partem ſciſſam à mutuo complexu diduxeris, ſtatim ter
tium muſculum inſpicito, qui ex internis maxillæ inferioris partibus ad latitudinẽ
ipſius inſeritur. Videbis ipſum liquidò, tunicula quæ omnibus oris regionibus ob-
ducitur, auulſa. Hinc iam fibras ipſius ſequens, caput muſculi exactè conſpicies,
è capitis concauitatibus, ut docui, exortum, quas proceſſus alarum modo figurati
generant. Itaqꝫ maſſiteres muſculi prius ſicut dictũ eſt adminiſtrati, quũ & tempo-
rales ex toto nudatos abſcideris, ut nulla parte maxilla adhæreat, necꝫ retrahatur,
quomodo ipſam moueant, clarè ſpeculeris licet. At ſi initio ſtatim, antequam his
quocꝫ manũ fueris admolitus, temporales incidere cogites, os iugale quidem pri-
us excidendum eſt: fibræ autem muſculo ſic tum cute, tum membranis detectio,
inſpiciundæ, quomodo ex multis ortæ principijs in unũ omnes ceu uerticẽ ipſo-
rum tendinem cõmemoratum procurrant: deinde omnia præcidere capita oportet, inde prehenſa ualidè extendere. deprehendes enim & inferiorẽ maxillam ſe-
qui, & os occludi: quo tuis manibus aperto, mox temporalem muſculum ſurſum
denuo attrahe, ut tum maxilla ipſum conſequi, tum os recludi appareat. Hæc con-
templatus, totum ipſum excidito, quoad muſculum ori intus pleriſcꝫ in partibus
cohæreſcentem conſpicias. Nondum autem exciſo, manſorius etiam muſculus,
quem maſſitera Græci nominant, apparet, in pauculis ipſi contiguus. Quẽ ſimul
ipſum totum incidere iam præſtiterit, ut interiorem ſpectes accuratius: quod fiet
etiam citra maxillæ diſſolutionem. Solues igitur ipſam uel in articuli nodo, uel in
commiſſura, ut facto ipſius diuortio, interior muſculus unus uideatur. at ſi utrinq;
ſeparaueris, examen reddetur manifeſtius. Conſtat autẽ, huius etiã muſculi prin-
cipium in capitis oſſe, extremum uerò in maxilla inferiori conſiſtere. Huic eremi-
inhæreſcit quã latiſſima intus habet: ubi ſanè & leuiter caua eſt, ſed capitii immix-
D titur iuxta concaua oſſium, quæ ab alarum ſimilitudine πτερυγοειδῆ Græcis appel-
lantur. Exciſo igitur iam toto hoc quocꝫ muſculo unà cum maxilla inferiore dimi-
dia, uniuerſas oris particulas manifeſtò poteris contueri, primùm ſedes gingiuas
dentium ambientes: deinde dentes ipſos, eorumꝫ ſedes. Verùm quia muſculos
priores ſpectare propoſuimus, ad illos digrediamur, rurſus ab ijs qui oculos cir-
gunt, orſi. Itaqꝫ palpebrarum muſculos etiam in opere de uſu particularũ ad com-
mentarium de motibus non compertis reiecimus. Interiores in oculorum regioni-
bus incidendos cenſuimus, uel ijs quæ ipſos ambiunt, prius paulatim excitis, uel
totis oculis exemptis. Nec uerò ſimiæ oculum opus habet incidere, cui talis conie-
ctionis in animantibus grandioribus facultas ampla ſuppetit. Quare etiã de hoc
differere in eum huius cõmentarij locũ differemus, ubi huiuſmodi animantiũ par-
ticulas incidere ſumus docturi: quas et ſine aliſs per ſe toto corpore exempras, cõ-
tueri licet: puta cerebrũ, oculum, linguam, laryngem, pulmonem, iecur, lienem,
renes, uuluam, ueſicam, teſtes, inteſtina, uentriculum. In præſentia uerò quod ab
initio inſtitutum eſt exequemur. Qui ex muſculis grandes ſunt, particulas conne-
ctunt particulis: non in una quadam particula ipſi comprehenduntur. quippe ea-
lium muſculorũ naturam ſine toto animante ne cognoſcere quidem poſſis. Itaqꝫ
oculis relictis cutem iam muſculoſam fronti obductam deinceps auferre docebi-
mus. Dictum mihi eſt & antea, latum muſculum illic cuti contiguũ ſubijci, paula-
tim uerò extenuari, ut uidebis ſi ad caput uſqꝫ amputaueris. Porrò uniuerſa capi-
tis cute ablata, delineamenta quædam muſculorũ circa aures conſpicabere, quæ
in reliquis animantibus non delineamenta ſolùm, ſed perfectos etiam muſculos
ſpectabis. Tota igit hoc pacto capitis cute ſublata, necnon ceruicis uniuerſa, quã
graciles latoſcꝫ muſculos nudares, tempeſtiuũ fuerit priores incidere, qui capiti
cohærent, deinde ceruicis. At quũ de muſculorũ horum initio autores ambigant,
idcirco ipſorũ cum ſingulis oſſibus cõmiſſuram ut in mentẽ uenerit nuncupabo.
aliàs ipſos huic connaſci inquiens, aliàs ex illo procedere, aliàs in hoc inſeri, aliàs

huic

A huic inhæreſcere. Omniũ itaqꝫ primus per ſumma apparet muſculus latus, pro-
pemodum triangulus, quales geometræ uocãt figuras trapezia. Intelliges autem
rem manifeſtius, ſi triangulum rectangulũ linea recta interſeces, æquali baſis in-
teruallo. at ex ijs quæ ipſos connectunt, alteram ſanè rectam, ſi cum utriſcꝫ compa
res: alteram uerò obliquam. Recta iuxta utriuſcꝫ ſitum linea è ceruicis ſpina pro-
ceſſit: baſis totius figuræ, ſpina ſcapularũ tota eſt, iuxta quam pari ſpatio linea exi-
gua ex occipitij capitis oſſe prodit, quod priori uertebræ proximum eſt. quæ uerò
hanc cum baſis extremo copulat, quartum muſculi latus, obliqua ad ſummũ hu-
merum nominatũ pertingit, leuiter etiam clauiculæ extremo inibi adhæreſcens.
Quum itaqꝫ muſculum hunc conaris incidere, ab altiore ordire linea, quæ in me-
dio occipitij oſſe orta, tranſuerſa ceu ad radicẽ auris in ea porrigitur. Clarũ autem
cuiuis eſt, unum in utraqꝫ ſpina muſculum hunc haberi: neuter tamen ad aurem
procurrit, ſed tantum uterqꝫ abeſt, quantum ab occipitio recedit. Quare tranſuer-
ſa linea quæ ipſum à capite liberet, ubi primũ oritur incidito, deinde hamulo exce
ptum à ſubiectis amputato, deorſum procedens ad terminos iam cõmemoratos:
qui & ceruicis uertebrarũ ſpinam, & obliquum trapezij figuræ latus, aduſcꝫ clau
culam, haud procul à ſummo humero exporrectũ comprehendunt. Atqꝫ hæc ita
tibi peraguntur. Cæterùm muſculus hic ſcapularum ſpinæ inſeritur. Quod itaqꝫ
paulò ſuperius inquirere, & de muſculis partes mobiles connectentibus determi
nare diſtuli, nunc explicandum uenit. Etenim & ſcapulæ magno aguntur motu,
nec minus ipſis caput. Inſuper ſi carne ipſarum circumprehenſa adhuc recenti, ut
facilius obediat, tendere uiciſſim coneris, muſculi beneficio utraqꝫ ſimili modo ſe-
quetur: quam ob cauſam melius eſt muſculum hunc ſcapularum gratia non capi
tis à natura formatum exiſtimare. Primum igitur eſt, ipſo per ceruicẽ tranſuerſim
B diſſecto, quòd ſcapulæ deorſum uerſus conuellantur, ſurſum uerò non amplius
moueri queant. hoc autẽ, dum uiuit adhuc animal, agere cõuenit. Secundum eſt,
quoniam aliꝫ quocꝫ muſculi caput agunt in latera, quòd hic ſolus habeat totas ſca
pulas ad caput retrahere. Quapropter ſi hunc quocꝫ ipſis adimamus, tali omnino
motu deſtituentur. Atqui habet eum omnibus euidentẽ. eſt igitur qui ipſum effi
ciat muſculus. Sin autem alius quiſpiam eſt, alius autem nullus eſt, hic neceſſariò
eſt. Tertium prædictis accedit, quòd grandiori collo præditis animãtibus ne qui-
dem ad caput hic muſculus aſcendat, ſed triangulus adamuſſim eſt, linea quæ re-
cti anguli tramitem directum coniungit, incipiente quidem ab inferioribus colli
partibus: deſinẽte uerò prius quàm ad occipitij os perueniat. fruſtra alioquin hoc
natura feciſſet, quæ nihil ſuperuacuum ac temere cõmittit, ut uidelicet muſculus
ſcapulas ad caput reduceret, quum ſi hic inferius ceſſaret, illæ ſatis poſſint attolli:
quòd nimirum in his animantibus propter ſpinam ipſæ moueantur, tum ceruici
longitudo ſit notabilis. Quartũ, quòd ſcapulas ab eodem moueri teſtetur neruus
qui ad ipſum ex cerebro pertinet, ac ſi quis illum præciderit, prędictũ ſcapularum
motum, non capitis, reſolui. Quanquam Lyci liber caput ab eo ad ſcapulas con-
uelli dicat, ut qui nec ipſum neruum, nec aliud eorum quæ dixi quidquam cogno
uerit. Verùm non hîc inſtitui uel Lycum, uel alium ex maioribus quenquam niſi
obiter perſtringere. haud enim ſum neſcius, cuilibet ſtudioſo, ueritatisꝫ indaga-
tori permultis erroribus aliorum libros ſcatere deprehenſum iri. Quippe muſcu-
lorum maxillam quocꝫ mouentiũ par unum intra os ſitum Lycus omiſit, quem-
admodum & latiores colli muſculos unà cum his quos retulimus ignorauit. Sed
multò plura ex ijs quæ deinceps enarrabimus, ipſum latuerunt. quædam ſolum,
quædam ſimul & alios. de quibus operis huius lectores ſuismet oculis corpora
examinantes decernere adhortor. Ego enim hoc nomine præſentem cõmentari-
um conſcripſi, ut ſi ſtudioſi magiſtros qui indicẽt deſiderauerint, ipſi docere que-
ant. Nam familiares qui cõmentationis gratia ipſum ſcribere me rogarũt, uel ſine

c hoc,ea quæ à me docti ſunt,ipſi ſibi in memoriã reuocare poterũt,niſi certè ſocor-
des extiterint. Quare maiores reprehendere non eſt conſiliũ,quò ſermo uera dun
taxat percenſenti ad calcem citius perducat. Secundum muſculorũ par eſt quod
prædictis longitudine reſpondet. ſiquidem ex eadem occipitij oſſis regione pro-
cedens,ſublimi ſcapularum baſis angulo inijcitur. Verùm latitudo æqualis ipſis
non eſt,ſed multò minor. Anguſti enim hi muſculi,& prorſus inualidi,ſi cum illis
conferas,quos etiam citra diſſectionẽ tam magnos eſt uidere,ut totũ collum præ-
ſertim gymnaſticis,in tumorem extollant. Porrò muſculos tenues modò propoſi-
tos incidere auſpicaberis, quemadmodũ primos, à media occipitij oſſis regione.
ſubiacent enim prius nominatis, qui,ut illi, tranſuerſim orientes, ipſi quoq; dorſi
ſpinæ per totum collum porrecti facilè à ſubditis ut priores detrahuntur. Verùm
hoc illis tota ceruice aduſq; ſcapulas accidit: ac quũ propius ipſa acceſſerint utri-
nis utrinq; muſculis cõnalcuntur. Dein ubi ſcapulas contigerint,obliquũ produ-
cunt tendinem,qui ad mediam baſim uſque internis ipſius partibus porrigitur,hi
etiam ſcapularũ baſim ceu ad occiput retrahunt: priores uerò muſculi non modò
baſim,ſed totas ipſas reuellunt. His iam ſublatis,ſi negligenter, quemadmodum
Lycus,intuearis,dorſales muſculos, ῥαχίτας Græci appellant,opinaberis totũ cer-
uici retro exporrectas uidere. Sin autem exquiſitè animaduertas, alia pleraq; mu-
ſculorum coniugia nõ ſolùm in ſimijs,ſed alijs quoq; uniuerſis animantibus inibi
comperies, à dorſalibus nota maximè euidenti diuerſa. Illi nanq; ex ſingulis quæ
incumbunt uertebris orti,per ualida ligamenta proximis inſeruntur,haud in lon-
gum fibras extendentes. At prædicta paria carnoſis anſulis caput retrorſum refle
ctunt, toti collo iniecta, quod in multis animantibus haud mediocrem longitudi
nem obtinet: quin & nerui ab ima parte ſurſum ſuper ea feruntur, qui illinc non
D exorti,quaſi in caput ceſſant. Primùm itaq; par latorum muſculorum eſt, quod li
nea tranſuerſa primis dictis ſimiliter ex occipitij oſſe procedit. Quis autem igno-
rat,in huiuſmodi narrationibus nihil eſſe diſcriminis, ſi procedere, uel exoriri di-
cas? Porrò trianguli figura ſunt,unũ quidem latus habentes,quam diximus lineã
alterum uerò totam uertebrarum ceruicis ſpinam: ac tertium aliud,quod comme
morata coniungit, ut obliquæ ipſorum fibræ ab occipitij oſſe ad ſpinam ſint inclu-
natæ. Contra has fibræ muſculorũ ipſis ſubiacentium in priora feruntur obliquæ,
ad tranſuerſos uertebrarum proceſſus. Quatenus autem huc omnes concurrant,
muſculum utrinq; unum conſtituunt,alterum ex hiſce ſpinę partibus,alterum ex
ſiniſtris. At quatenus circumſcriptiones quaſdam plurimùm treis,nonnunquam
rurſus duas ibidem habeant,non unus utrinq; muſculus, ſed tres uel duo ubi ap-
parebunt. Verùm quum tria muſculorum paria euidenter apparent, unum quis-
dem ex eis uertebrarum ſpinæ expanſum uidebis: alterum tranſuerſis ipſorum
proceſſibus: tertium uerò horum duorum intermedium. Porrò functionis mu-
ſculorum quos commemorauimus,licet nimirum ex fibrarum natura ſola conie-
cturam ſumere. Iam uerò capitis os omnibus circundatis, ut dictum eſt, detecto,
per muſculos in poſteriora potes retrahere. Ab ipſis ſiquidem omnibus attollitur
detur, retrorſumq; frequenter reflecti, uerùm à ſingulis modò commemoratis ſe-
mul in obliquum declinari: ab utriſq; autem ipſis incumbentibus de obliqua hac
inclinatione ad rectitudinem æqualem,quæ naturalis eſt figura, reduci. Porrò no-
ta coniugatione ſimul tenſa uel ſuperiorum,uel inferiorum, in neutram uergi par
tem caput ſpectabis. Inſuper in moderatis tenſionibus ad rectam agi ſtationem ui
debis: in uehementioribus retrorſum ad animalis ſpinam quodammodo reflecti.
Perſpicuum uerò eſt cuilibet, tota carne ſimul cum capitis totiúsque faciei cute a-
dempta,huiuſmodi motus examinari oportere. Exordiens igitur tria horũ muſcu
lorũ paria ab occipitij oſſe cui inhæreſcũt diſſecare (nam hinc promptius incidun
tur) perges uſq; ad extremum inferius, quod ſi caput ſiue principiũ muſculorum
appellaueris,

A appellaueris,minimè peccabis. Iam uerò ipſis circa capitis articulum ſublatis,alia
quoq; exilia muſculorum paria conſpiciuntur. At non tria ſunt,ſi ueritatem fatea-
mur,ſed quatuor, quæ retro abſq; paruis lateribus in prioris uertebræ articulo re-
conditis habentur: quæ cauſa etiam occultionis ipſorum exiſtit; uerùm de illis age
tur quum muſculos ſtomacho ſubiectos diſſecabimus. Quarta poſteriorum mu-
ſculorum exiguorum coniugatio ob haſce occaſiones Anatomicis non eſt anim-
aduerſa. Prior uertebra poſteriorem proceſſum,qui ſpinam generat,neutiquã exi
git, ac omnium uertebrarum eſt tenuiſſima: cui alteram ideo circundedit natura,
ut propius connecteretur. Horum igitur gratia, tum quòd muſculo portione mi-
nimo,qui ſummam uertebram capiti committit,alter extrinſecus incumbit,ſecun
dam capiti cõnectens, accidit ut exilis muſculus uiſum effugiat. Nam ſuperiacẽs
ipſi poſteriore parte muſculus, incipit quidem ex inferiore uertebræ ſpina, ceſſat
autem in occipitij os,præſertim medium: proptereáque duo muſculi primæ con-
iugationis ex quatuor prædictis, recti mutuò ſe contingunt, toti articulo ſuper-
ſtrati. Quos niſi prius ademeris,haud uidere queas exiguos,ſimiliter rectos,ſimi-
liter ex capite procedentes, ſimiliterq; mutuò ſe tangentes, eorum modo qui arti
culi cõmiſſuræ incumbunt: quinetiam poſteriori primæ uertebræ regioni inijci-
untur: ſicut & qui ante ipſos habentur, ſecundæ. Ac quòd prior uertebra poſte-
rius proceſſum non habet,haud alia quæpiam cauſa exiſtimanda eſt,quàm quòd
caput ſecundæ uertebræ, reſpectus gratia adnexum eſſe oportebat. Non igitur
talem ſpinam muſculis inibi ſubditam eſſe cõueniebat, qualis reliquis ſubeſt uer
tebris. Quippe conuulnerarentur ab ipſis, ceu aculeo, uel certè contunderen-
tur. ideo prædicta muſculorum paria incidere operæprecium eſt: interim quidem
ſecundæ uertebræ muſculos amputatos in altum attollere: deinde ipſum ſequen-
B tem ſcalpello, uſque ad caput procedere: quod etiam facilius eſt: interim à capite
incipientem, ad uertebram pergere: & ſi nullum exilium muſculorum qui ſubia-
cent contigeris, propriam tibi circumſcriptionem habere uidebuntur. Sin autem
ſcalpello alicubi tetigeris, præciderisq; ipſas, ſuperiectis cohæreſcere putabis. At
in priorem uertebram inſertionẽ, quomodocunq; ipſarum conſectionem admini
ſtraueris,manifeſtò conſpicabere. Hæc itaq; duo muſculorũ paria caput ſolùm in
poſteriora deflectunt: reliquũ uerò tertium cum lateribus prioris uertebræ conne
ctitur. Ac muſculi hi obliqui prædictis adiacent, qui ſanè contiguũ ipſis ex capite
proceſſum obtinent,in latera autem recedunt. Et ob hoc ipſum potius minor con
iugatio cum tota priore uertebra Anatomicis prætermiſſa eſt, eò quòd unius uer-
tebræ imaginẽ primæ duæ repræſentent, ſecundæ uidelicet ſpina recto tramite ad
laterales prioris proceſſus ſita. Quemadmodum enim mediæ prioris partes delite
ſcunt,quòd uidelicet ſpinam ipſa nõ habeat,ſitq; inibi tenuis,ac quatuor muſculi
ipſi incumbant: ſic omnia ſecundæ uertebrę latera penitus abolentur,quòd prior
hac parte ipſam magnis proceſſibus ambiat. Tertium igitur muſculorum par,ob-
liquam capitis motionem pro fibrarum rectitudine ſubminiſtrat: quũ omnes mu
ſculi natura in ſeipſos colligi poſſint,& particulas ſimul extremis ipſorum conne-
xas trahere. Sed de huiuſmodi uniuerſis plenius in opere de muſculorũ motu tra
ctatum eſt: quod non tranſcurſim & obiter legendum ei conſulo,quicunq; utili-
tatis aliquid hinc ſe conſecuturum ſperauerit. Succedit aliud quartum par muſcu
lorum obliquum, tertio obuerſim reſpondens. Hi muſculi primam uertebram
ſecundæ connectunt: eorũ extrema ad laterales primæ proceſſus & ſecundæ ſpi-
nam euadunt. Porrò tria hæc paria, nempe primum ex omnibus quæ recenſui, ter
tium & quartũ triangulum æquis lateribus tibi conſtituere uidebunt. De ſecundo
etenim,quod nequaquã niſi priore ablato apparet,prius diximus: uerùm reliquæ
tria coniugia manifeſtò ſe inuicẽ qua rectili figura tangere conſpiciuntur. Itaq; de-
mirabar Lycũ hunc, cuius modò libri poſt obitum in lucem prodierunt,in muſcu-

C lorum dissectione unum duntaxat ex ipsis par, quod caput priori uertebræ conne
ctat, nouisse. Quòd etenim uniuersi priorem uertebram minus aduerterunt, tum
ea quæ nunc dicta sunt, manifestò indicant, tum etiam adhuc quum neruos incl
demus, demonstrabitur. Cæterùm mirabile, quòd prius musculorum par exactè
cõtemplati, non etiam tertium quartumq; uiderint. Quippe tria musculorum pa
ria collo & capiti communium dissecanti omnia ex æquo clarè conspiciuntur. Ve
rùm ego putauerim, sicut etiã scribunt, spinalium musculorum particulas eos esse
rati qui totí collo obducuntur, nequaquam dissectionem ipsorum attigisse. Quòd
etiam capitis articuli peculiares quosdam musculos omnino existere opinentur,
ratione persuasi uidentur commentarijs mandare, tanquam uiderint, non enim fi
eri potest, ut secundæ uertebræ, & capitis musculos cõmunes cõtuitus, alios igno
res. Atqui non solùm in horum inspectione negligenter uersati sunt, sed etiam in
capitis motibus, qui cum primis duabus uertebris peraguntur. Quales igitur hi
sint, & quem in modum inter se, & cum capite articulis committantur, in ofsium
commentario prius mihi dictum est: & qui ad hoc opus prius quàm in illo fuerit
exercitatus, accedit, is nimirũ fundamentis parum firmis magnã ponderum mõ
lem imponit: in præsentia uerò tanq; illa scientibus, de primæ & secũdæ uertebræ
motibus sermonem facturus sum. Primum ac secundum quatuor musculorum,
quos retulimus, par, caput duntaxat citra collũ in posteriora reflectit: ex qua sun
ctione capitis extrema in prioris uertebræ sinibus consiringuntur: occipitij autem
os cum ipsis primæ uertebræ innititur, atq; secundam præterea contingit. Ad hanc
tertij reflexus idem hos ipsos terminos obtinet. Annuentes rursus in priora capi
tis reccdimus: super anteriorẽ primæ uertebrę processum innitimur. Verùm extre
ma sinibus laxa insident, à proximis ipsius partibus disiuncta: etsi caput priorem
D uertebram prorsum transcenderit, nullo à natura auxilio ad hoc præparato, non e
nim musculi solùm qui ipsum flectendo deorsum retrahunt, tale inferre periculi
possunt, sed etiam grauitas ipsa, quæ à prima mutatione prompte deorsum uergit
tendit. proinde auxilium aliquod ex anteriori parte, qua priori uertebræ inseritur
caput, obtinet, ne in priora facilè ultra prolabatur. nam ibidem ipsum firmat & su
stinet, quà primùm transgreditur. Verum hinc exiguam securitatem, maximã ue
rò inde, quà cum secunda uertebra committitur, natura ipsa condidit. Nam qui
particulam quandam turbini similem rectam ex ipsa produxisset, inferiora anteri
oribus constabiliuit, primam uertebram leuiter excauans, ubi maximè in anteri
ra processum ædit. nam posteriorem ipsius partem secundæ uertebræ proces
decliuis extremum ingreditur: ligamentumq; ualidum à uertice ipsius ortum, ca
piti inseritur: item aliud quoddam transuersum ex ipsa prima uertebra proiecti
secundæ extremum turbinatum adamussim constringit. Hæc igitur si liberiùs in
spicere, facillimum erit exiguis musculis, de quibus mentio prius facta est, adem
ptis. nam tota posteriore parte prioris uertebræ excisa, clarè commemorata duo li
gamenta spectabis, quæ capiti ad quod dixi subministrant. alterum siquidem lig
amen, quod ex uertice secundæ uertebræ dentis, siue cuspidis, siue quocunq; ea
lio modo uocare libet, ortum, ipsum continet: quem (inquam) dentem reliquum
ligamen continet, firmatq;, adeò ut in neutram partem inclinet. Porrò obliqui mu
sculi caput in latera conuertunt: ad alterum uerò tuberculum quò musculus ten
dens duxerit, ipsum inclinant. ibidem igitur sinui uiolenter inhæret, tuberculo in
hunc coniecto, firmatoq; iam alteri tuberculo sublimi, opposito sinui insider. Ac
sin hoc motu caput alteram uertebram ad suam ipsius inclinationem per ligamen
tum connectit. Quare natura in his quoq; ratione freta conuersiones ipsius cum
alio musculorum obliquorũ cõiugio primo cõmisit, in rectum agere, pristinumq;
statum redigere idoneo. Et quidem de occipitij ceruicisq; musculis abundè satis
dictum est. Deinceps uerò de ijs qui caput pectori & clauiculis cõmittunt, sermo-
nem institu-

A nem instituemus. Siquidem omnibus quorũ meminimus ademptis, promptum
est iam tum hos, tum illos aggredi qui scapulas spinæ connectunt. Verùm quia
complures musculos ex capite procedentes sermonis processu cõsecui, satius uti
que fuerit & eos, qui ipsum in priora torquent, adiungere. Hi nanq; ad pectus &
primas clauicularum partes protendunt, ex duplici orti principio, altero post au
rem, altero in ipsis sito. Quòd sanè uel pectus, uel clauiculas cum ipso thorace cir
cunducunt, simul & sursum uersus ad capitis latera, aut caput ipsum in priora cir
cumagunt, cuiuis notum esse existimo. Cæterùm nihilo minus etiã omnibus con
stat, ipsos thoracẽ hoc pacto mouere nõ posse, quare caput ab ipsis prorsum flecti
necessarium est. nam hoc quoq; de omnibus musculis cõmuniter intelligendum
est, qui quidem rectam posituram obtinent, simplici eos præesse motui: qui uerò
non rectam habent, composito. Itaque omnibus antea commemoratis musculis
qui ex capite ortum ducũt, tum rectus situs, tum motus simplex adest. Qui enim
ad scapulas attinent, illas sursum uersus attrahunt. Eorum uerò qui ad ceruicem
porriguntur, alij nulla ex parte inclinatum sursum reflectunt, alij leuiter obliquũ
reddunt. At qui ex posteriore auris parte ortus, ad clauiculæ extremum quod pe
ctori committitur, pertingit, situm non recto tramite obtinet, & motum situi re
spondentem: pari modo & quod ipsi proximum est, quatenus pectori inseritur.
Comperies autem processus ipsorum in quibus dixi locis: alterius quidem con
tinui primo inter communes ceruici capitiq; musculos iuxta lineam transuersam
quæ ad aurem porrigitur: alterius autem iuxta auris ipsius radicem. Hic itaq; an
gustus durusq; est, & modicè rotundus. Alter carnosus, similiter alijs omnibus
quos ex occipitij osse ortos in sermone percensui. Quapropter duplices dictorum
musculorum processus sunt: item duplici extremo in prius nominatas particulas
B inseruntur. Nam qui sub auris radice obiter bifariam spargitur: altero quidem
extremo in pectus, altero in clauiculæ articulum ipsi commissum ingreditur: atq;
hoc musculi extremum carnulentum est: quod autem in pectus inijcitur, exan
gue magis, duriusq; apparet, ceu ligamenti naturę particeps. Alter musculus car
nosus, qui ex capite procedit, quemadmodum ille, clauiculæ etiam inseritur, sed
ita, ut priori carnoso iunctus contiguusq; existat. Non tamen in totam sic clauicu
lam conijcitur, ut quibusdam usum est, sed circiter medium pertingens desinit.
id uerò nunquam non uidimus: non tamen perpetuò tres processus suam quen
que habere circumscriptionem: uerùm semel aliquando terminus ipsorum bipar
titus usus est. Præstiterit autem forsan, non fines, sed principia capitaq;, ipsorum
extrema ad clauiculam porrecta, nominare: in caput autem edita, fines: siquidem
illud reuera mouent. Verùm ob administrationis ordinem, exortus quidem ipso
rum appellaui superiores iuxta caput, Anatomicorũ more qui nos præcesserunt:
insertiones autem, inferiores ad clauiculam. Porrò his musculis amputatis, ad eos
qui in scapulis habentur, digredi licet. Duo sanè iuxta spinam hærent, quos solos
scapulas retrorsum agere dicimus. nam Lycus alios ipsius motus paruipendit.
Alius uerò tertius à prima uertebra oritur: in extremas uerò scapulas iuxta sum
mum humerum desinit. Ad hæc quartus gracilis longusq; incipientium faucium
ossi, quod à suis similitudine hyoides Græci appellant, ipsas cõnectit. Verùm ubi
singulos cõmemoratos inibi paras incidere, post animantis caput exactè dorsi spi
nam cõtemplatus, secundam uertebram prætergredere: ad tertiæ uerò spinã pro
fectus, musculi cuiusdam ex equis lateribus processum intuere. Hunc em si depre
hendas, sine ullo negocio omniũ insequentiũ uertebrarũ spinam sequeris. At ubi
quinq; uertebras ceruicis expedieris, eo quo dixi modò considerãs, musculũ sub
cute delitescentẽ thoracis principio palàm uidebis: qui reliquã uertebris qnq; cer
uicis porrecti partem, ex alijs septem thoracis profectã abscondit. Quare muscu
lus superficiarius, qui & humiliorẽ situm obtinet, antea tollendus est, si eũ qui ex

C ceruice defertur, cogitas intueri. Amputabis igitur prius humilioris musculi ex
duodecim thoracis uertebris processus, atq; hinc usq; ad scapulas quibus inseri-
tur, ipsum deteges: post hunc deinde alteri quoque similiter manum admouebis.
Quum superficiarium quidem & humilem in scapularum spinæ radicem aditum
uideris, alterum uerò in totam basim, utrunq; ad suum principium pro fibrarū na-
tura trahito, quò ipsorum functionem cognoscas. nam ab utrisq; scapulæ spinam
uersus tendi uidebuntur: ab elatiore quidem leuiter ad cruicē inclinari: ab altero
ad inferiores dorsi partes deduci: ab utrisq; uerò simul tensis totas scapulas retro-
sum nullam in partem inclinantes deferri ad primas septē thoracis uertebras qui-
bus protensæ sunt, conspicies. Post hos musculos ad eum transire conuenit, qui à
priore uertebra processum exigit. Quum uerò huius uertebræ lateralis duo pro-
cessus habeantur, multi ex utroque musculi prodierunt: quorum duos iam exis-
guos dissecuimus: unum ad capitis os conscendentem: alterum ad secundam uer-
tebram subeuntē: obliquè ambos inter se oppositos. His succedunt alij duo gran-
des musculi iuxta processus extremum. Alter ipsorum ad scapulas per ceruicem
sublimis emergit, non adeò adhærescens, nec alteri insidens, sed potius ipsi primo
omnium quos retuli magno latoq; musculo, quem in totam scapularum spinam
inseri dicebam. De altero autem, qui obliquum ex prima uertebra processum exi-
git, libro sequenti peragemus. Nunc autem musculum in oratione propositum,
ubi à prima uertebra amputaueris, incidito. Deinde cum spinæ ipsius termino
inhærentem reperis eum qui ad summum humerum est, uersus principium pro-
brarum positura tendito, ut scapulæ eminentiam ad ceruicis latera ab ipso adduci,
sursumq; moueri uideas. Cæterùm totus hic musculus carnulentus est, magisq;
rotundus quodammodo, & in tertiæ scapularū spinæ particulam, quà iuxta sum-
D mum humerum eminet, inseritur. Verùm in hoc, ut pleriscq; alijs, consectionum
musculorum scriptores errarunt: quemadmodum & ipse Lycus: cuius libri qui-
dem Anatomici nunc allati sunt: uirum sanè uiuentem adhuc non uidi, quamuis
cum omnibus Quinti discipulis consuetudinem habuerim, neque itineris longi-
tudinem, neque nauigationem detrectans. Verùm Lyci nomen quum adhuc
uiuis esset, apud Græcos non erat cognitum: nunc autem ipso uita defuncto, libri
quidam magno studio circumferuntur. De alijs quorū copia mihi nō contigit, ni-
hil quod dicam habeo: sed consectiones, quas in hunc usq; diem legi, multis lo-
cis erroribus deprehendi. Atqui non institutum mihi est, sicut dixi, maiores per-
stringere, nisi id obiter accidat: sed potius ipsas consectionum administrationes in
commentarios redigere, quas & Marinus libro uno prægrandi, obscuro sanè in-
terpretatione, imperfecto autem doctrina, comprehendit. Itaque relictis ueterum
erroribus, ad id quod institutum est reuertamur. Musculus gracilis longusq; à la-
ryngis partibus ad scapulas porrigitur, quas in priorem ceruicis regionē attrahit:
atq; eam scapularum regionē ingreditur, quæ in altiore earundem latere propter
radicem processus ab ancoræ similitudine ancyroidis Græcè appellati, accedunt.
At superiorem ipsius processum larynge paulò altiorem, tunc persequar, quum il-
lius consectionē sermone tractabo. Proinde hunc ubi musculum amputas, unū
adhuc reliquum esse ex scapularum motoribus intelligito, qui necdum in conspe-
ctum uenire queat: quo in præsentiarum relicto, id tantum dicamus, ex musculis
qui scapulis mouendis sunt, circulatim ipsas ambientes alios peculiares, alios reli-
quis etiam partibus cōmunes existere. Peculiares scapularū sunt prædicti sex mu-
sculi: quorū duo per dorsum, reliqui duo ad caput exporrecti: quintus deinde est
ex priore uertebra ortus: secundū quos, sextus ossi hyoidi connectit. alius autē hu-
merorū articulo cōmunis est, scapulas deorsum uersus detrahens: quo de, suo to-
pore & loco disserā. Nunc uerò quoniā proposui quemadmodum particulas ani-
malis detegere cōueniat, explicare, ad ea quę supradictis finitima sunt, pergamus.

Consequentia

A Consequentia nanq; partium detegendarum in administrationibus Anatomicis
disciplinæ ordinem præscribit. Itaque musculis quos retuli ademptis, apparebit
nimirum is qui maxillam inferiorem aperit, incipiens ab osse, quod quia petrę du-
ritia respondet, lithoides appellatur: sursum autem ad summas maxillas proten-
dit, ut utercq; musculus eòdem coëant: nempe tum qui à dextra parte, tum qui à si-
nistra procedit: atq; his musculis id præter alios peculiariter accedit, ut medio iti-
nere quod ab exordio usq; ad extremum subeunt, pars ipsorū carnosa aboleatur:
exanguis uerò ac neruosa quodammodo rotunda forma utriusque fiat, ceu tendi-
nis uel ligamenti cuiusdam minimæ fibrę carniformes superiectæ. at si priore ipso
processu recisо, totoq; corpore ad mentum usque dissecto, salua ea musculi parte
quæ inferiori maxillę inseritur, ad proprium retrahas principium, maxilla quidem
ipsa sequetur, os autē aperietur. Verùm huiusmodi omnia faciunda sunt cute to-
ta adempta, ac recentibus adhuc secundum mortem, mollibusq; ob id nō solùm
ligamentis articulorum, uerùm etiam musculis. Cæterùm exactissimè uniuscuius-
que musculi functiones examinantur, reliquis quidem omnibus sublatis, ijs autē
quæ inter se obuersim posita sunt, diuersis: quorū frequenter motus disquisieris.
nam carnes animalium maxima portio ex musculorū substantia constant. Quip-
pe ligamentis neruisq; in ipsas distributis musculus gignitur: quorum in muscu-
lorum motibus mentio facta est: atque omnia ijs legenda sunt, qui cōmentarium
hunc assequentur. Quum igitur prædicta musculorum tum actio, tum usus appa-
ruerit, tempestiuum iam nobis est dicere, nō aliud præterea musculorū par, quod
os aperiat, inquirendum esse, solo hoc iam relato natura contenta, quod etiam so-
lùm tribus ori claudendo creatis oppositi. Cæterùm causam & horū, & aliorum
omnium in libris de usu particularum explicuimus.

B QVARTI LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER QVINTVS.

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

PROXIMVM est, ut scapulas à thoracе separem, quò musculi uti
uersi respirationis opifices in conspectum ueniant: in altera uerò
ipsarum duntaxat examen sermonis constituā. omnia siquidem
in utraq; sibi respondent. Cute igitur quæ pectus contegit, à sub-
ditis detracta, musculum inibi spectabis, in aliorum superficie
extantē: qui sanè ex mammarū regione incipit, sursum uerò ad
humeri articulum obliquus porrigitur. Hic musculus inter excoriandum à subie-
ctis liberatur. Dicunt autem sic, quū ueluti araneorum quædam telæ prætenues,
ac numerosæ admodum corpora detegenda inuicē connectunt. Quare etiā si in
uiuo animali ipsa dissoluas, superficiē utriq; propriā conseruant, æqualē leuemq;,
nulla ex parte diuulsam, aut distractā. Etenim in cōnatis, & præsertim musculis di
uortiū, utriq; separato ulcus parit. At uerò hæc scalpro planè ad separationem indi
gent. quæ autē filamentis araneorū telæ modo subtilibus continentur, etiam digi
tis probè satis dirimuntur. satius tamen fuerit, dum cōsectionem administras, etiā
in his uti scalpello, ut quod agitur, intuearis. Nam dum excorias digitis apertus
partium segregandarū conspectus obliteratᵉ. Quamobrē præstat, corpus quod à
subiectis liberare cogitas, eleuatū scalpello detrahere. Ad id peragēdum myrsinæ
φύλλας Græci appellant, sursum tendit, subditis liberas partibus: hamo quidē prius

C extremũ ipsius à fibris eleuas: deinde initium leuiter detrahis. Hoc siquidem exactius subiectis corporibus deligatũ, constrictũ cõnexumq; est, quàm reliqua hæc omnia. ubi illud solueris, audacter iam musculũ ipsum attollito, scalpelloq; à partibus subiectis secernito: idq; donec ad humeri articulũ deueneris: ubi cõtemplatus cõsectum musculũ, siue suspensum, siue partibus inibi incumbentẽ, ad alium hoc maiorem multò accedis: qui ad eundem nimirũ articulum peruenit, ex toto pectore oriens, mammæ subiectus. Cæterùm idem hic musculus bipartitus quodammodo est, fibris ipsius in similitudinem χ literæ mutuò sibi incumbentibus: aliis ab humiliori pectoris sede ad articuli eminentiorem porrectis: aliis ab elatiore ad demissiora inclinantibus, ubi potissimum musculi fibræ, modo linearũ χ literæ se inuicem secant. At quod in axilla habetur, carnosum est. Etenim huius loci concauitas à duobus generatur musculis: uno certè quo de hic agimus, altero costis porrecto, cuius statim mentionẽ sumus facturi. Itaq; musculum ex toto pectore enascentem, duos esse connexos, non unum licet dicere, tum propter fibras alias aliis, ut dixi, superstratas, tum propter actionis differentiã. Quæ enim ab elatiore pectoris sede incipiunt, brachium thoraci adigunt, nõ deorsum reuellentes: quippe quum aliæ fibræ obliquiorem ipsius motũ deorsum uersus obeant. Consideres nanq; uolo quatuor motus se mutuò consequentes, quos subinde meminisse conspexisti. Sed ponamus inter ipsos principem, quo brachium thoraci adducitur: musculo de quo sermonem hîc instituimus, secundum hancce figuram contracto, & (ut ita dicam) deducto. Hunc motũ alter excipit, qui brachij os unà cum obductis ei carnibus ad thoracem admouet, deorsum uerò leuiter declinãs. Ex quibus motibus prior ab elatioribus musculi fibris, alter à demissis administratur. Iam uerò alius ipsis tertius succedit, secundum primi musculi functionẽ, quã

D à mammarũ locis diximus incipere. Ad hæc alius quartus brachij motus existit, quo ad costas thoracis longius expanditur. Duplex autẽ hic quoq; est: unus prioris musculi motum excipiens, ad utranq; adhuc partem quodammodo uergens, & quasi mixtus quidam ex accessu ad pectus, & situ propter costas. Alter exactè brachium costis porrigit directa linea nusquã inclinante deorsum uersus protensa. Vtriq; uerò ex prædictis peculiaris præest musculus: uni quidem ipsorũ quem utranq; in partem uergere dixi, exiguus, summa sub cute latescens, quem nos inuenimus: sed de ipso paulò pòst agetur. alteri uerò maximus indidem musculorum, quem nuper retuli unà cum ipso pectoris musculo axillæ concauũ efficere. Sunt autem hi duo musculi in gymnasticis potissimum carnosi insigniter, ac clarè conspicui. Verùm de eo qui ab imo sursum porrigitur, sequẽti oratione tractabo. nunc ad illos redeo, qui à mammis ad brachij caput accedunt. Principem ipsum commemoraui simul cum pectoris musculo axillæ concauum efficere: & à costis spurijs, propter præcordia, non procul à mamilla incipientem, humilis brachij deductionis esse opificem. Deinde alius magnitudine notabilis, cuius fibræ aliæ transuersæ in alias transeunt, bipartitam de se mittit propaginem, cuius gratia haec ritò non unus, sed duo connexi putandi sunt. Cæterùm hic musculus in processu sermonis inter eos qui à pectore descendunt, maximus appellatur. Restat alius tertius, post consectionem prædicti apparens, qui ex pectore ducit originem, quà secunda, tertia, quarta, quinta & sexta costa cum ipso coarctatur, eiusq; beneficio brachium elatius thoraci admouetur. Secundum hunc sequitur, qui iuxta eminentiorem scapularum costam euidenter iam brachium attollit. Quum itaq; scapulas à thorace animus est separare, quod initio propositum est, primus sanè uellit incidendus, qui à spurijs costis sursum usq; ad articuli cõmissuram porrigitur. deinde magnus, ex toto pectore procedens, cuius partem axillæ carnosam effecimus. postea tertius, de quo nunc uerba feci, à secundo occulitur. ipse enim secundus ex uniuerso pectore prodijt, tertius autem non de sexta prioris costæ arti-

culi iunctura,

A culi iunctura, neq; de septima, sed, ut prius est dictum, ex media posterioris regione, quà secunda, tertia, quarta, quinta & sexta costa ei coarctatur. Quapropter secundus, qui & maximus est, toti clauiculæ in longum figura triangulari expanditur. hæc nanque elatior linea est inter eas quæ ipsum definiunt, situ transuersa. At pectoris excessus linea recta est, figura triangula: reliqua uerò tertia has coniungit. Quarum causa musculus sublimior etiam ipse triangulus est, sed neque triangulo rectangulo similis, ut secundus, uerùm retusiori potius: & longè ualẽtior est secundo. Cæterùm omnes dicti tres musculi, in tendines latos brachio se inserentes desinunt. Sed magni musculi tendo humilius subter brachij caput, directè secundum ipsius longitudinẽ inseritur, idq; bipartito musculi totius modo. Hic enim ab humiliore ipsius parte intus in brachium insertionem obtinet, altero horum ab altioribus partibus profecto. Neruosioris fanè primi dicti musculi tendo in membranosam exilitatẽ cessans, ad ipsum conscendit articulum, ubi concauitatis tubercula seu eminentiæ habentur: quas medium in brachio musculi anterioris caput occupat. Tertij uerò tendo ad elatiora ipsa ex brachij capite emergit, ligamento præsertim membraneo, quod cõmissuram continet. Postquam igitur tres hosce musculos adusq; articuli iuncturam dissecueris, scapulæ à pectoris partibus separantur. uerùm duo adhuc musculi ab imo ad thoracis latera procurrentes, ipsas continẽt. Quorum alter in superficie tenuis, ex membranis quibusdam generatur, iliũ cuti connexis, quæ primam ex lumborum uertebris originem deducũt. inde paulatim fibris in carnem degenerantibus gignitur. Alter uerò magnus inter musculos, qui ab imo sursum feruntur, initium ex eodem sumit, & ipse spinæ uertebras occupans, præcipuè quibus per spurias costas cum scapularum basi haud mediocre est cõsortium. nam dum cutẽ detrahis, unà dissoluitur. priusquam uerò ipsam

B auferre aggrederis, exactè cum musculis inibi continetur, adeò ut connexam esse putes. Ac inuenire Anatomicos est qui scribãt, ut nos dicimus, annexũ esse hunc musculum illi, etsi queat detrahi. Etenim talis communio etiam connexus genere est. Quoniam autem fibræ tenues sunt, tum circumscriptio eorum quæ per exonerationem liberantur, inuiolata manet: tum exulceratio nulla relinquitur. Secundum hanc igitur consuetudinem grandis hic musculus, de quo sermonem instituimus, scapulæ adducitur, utrisq; dicitur cohærescere, siue cõnecti, puta thoraci, & scapularũ basi: licet ab ipsis possit auelli. Ex spina ipse prodit alteri musculo inter scapularum primores demissiori contiguus. Quà enim ille cessat, hic uerticem exortus capit super spinalis musculi in eo portionem iniectus. Itaq; propositos in oratione duos musculos, qui ab imis partibus ad brachij os perferuntur, incidis ut dictum est, deorsum incipiens: uerùm insecutus adusq; consertionem, quam alter ipsorũ grandis per latum tendinem in brachium molitur, ad originem detrahis, quò rectius functionem ipsorum internoscas. Nam qui paulò infra brachij caput inseritur, deorsum uersus ipsum ad costas attrahit. Hic itaq; musculus ex grandiorum numero tendinem quoq; habet ualidum simul & magnum, qui grandi pectoris musculo ab interiore ipsius parte se inserit: alter uerò exiguus etiam tendinem obtinet ualidum pariter & grandem. Porrò propter magnum exiguus prædictis tendinibus, ubi axillæ regio habetur, insidet, ac breuissima ansa in brachium conseritur. Cæterùm in prima ipsius origine ex illis profecta caue ne membranæ inibi diuulsæ tibi ut maioribus imponant, tanquã gracilem musculum tomm prætereuntis. his uerò musculis usq; ad brachium consectis, quemadmodum est dictum, uel uno sanè grandi musculo costis qua sunt connexæ subnato, scapulæ adhuc contineri potuerint: ossis autem clauicularum interuentu pectori connecti: præterea huius ossis annexu, tum alterius musculi exigui ex clauiculis ad primã costã pertinentis, quem, nisi hoc pacto consectionem administres, ignorabis, & sub clauiculis cõditum diuelles. Primum à clauicularum osse cerùicis musculum amputato,

C qui maiori pectoris musculo, quà humeralis uena porrigitur, continuus connexusq; est, adeò ut utrosque unum esse diceres. Verùm prior fibrarum situs discrimen ipsorum indicat: post ipsas, tendines: deinde cervicis musculi ex scapulis origo. quippe elatiorem ipsius partem lineæ duæ rectæ finiunt, angulum inter se efficientes, trianguli uertici persimilem. licet etiam compositionem ipsorum literæ Δ assimilare: quinetiam ei quæ in certaminibus scribitur r, duas & ipsi lineas rectas obtinēti. Quarum altera tota clauicularum longitudo est: reliqua scapularum ipsa. nam alterum cervicis musculi caput parte humiliore ipsi porrectum est. At quod veluti uertex est duorum laterum, ubi coëunt inuicem, sub humero summo habetur. Quum igitur alteram musculi partem incidens, à clauiculis ad humeri summitatem perueneris, tunc inde scalpello conuerso musculum hamulis elcuatum præcidito, ac particularum ipsius quas dissecueris, continuitatem sequere. Nam si his neglectis usque ad scapularum penitiora consecueris, errorem committes. Siquidem alius hic musculus propriam circumscriptionē continens subiacet, qui in cutis detractione à cervicis musculo liberatur. Itaque hamo attollens ualidè quod ex cervicis musculo subinde inciditur, euidenter interim subiacentem musculum peculiariter circumscriptum contueberis: quem si consecutus semel fueris, ex facili iam dissolues ac separabis musculum incumbentem ab eo qui scapularum ossi adhæresci. Item alius quidam ipsi iuxta scapularum costam connexus est: à quo haud ægre ipsum, sed à prædicto exactè prius liberatum secernes. huic succedit alius insuper musculus, et in brachio adhæresces, usq; dum inferiores partes inferius quàm est articulus, inseratur. est autem recta insertio deorsum uersus directo brachij tramite porrecta. Porrò nihil ad præsentem disputationem interest, decliuem dicas an rectam ipsam. Iam verò magni à pectore orti musculi
D insertio similiter recta existit, in brachij longitudinem ab internis ipsius partibus protensa: uerùm ille introrsus membrum adigit: cervicis autem musculus attollit nusquam brachium inclinans, neque ceu ad clauiculam introrsum, neque ceu ad demissam scapularum regionem extrorsum, sed rectam æqualemq; adamussim ipsius extensionem molitur. Atq; hic musculus tali actionis specie fungitur, quod duplicia habeat capita, summum humerū ambientia. Nam si à quibusdam ipsorum alterum duntaxat uel ad clauiculam interiorem, uel ad scapularum exteriora brachium deferatur, non omnino directè adhuc attollitur, sed ad latera inclinat. Hoc autem ipsum per scapularum musculos etiam accidit, quorum hic elatior, ille demissior, ad ipsarum longitudinem expansus est, ac conspicuus uterque, cervicis musculo consecto, quemadmodum docuimus, cuadit. Cæterùm hos ipsos denuo incidere aggressus, à partibus ipsarum iuxta basim sitis exordire, ubi usq; ipsorum postrema habentur. Inde adusque humeri articulum procedito, abscindens eos qui planè ex scapularum osse prodierunt, donec singulos utrorunq; tendines latos cessare uideas explicatius: quorum beneficio brachiū mouent obliquum attollentes: hic interius ceu ad clauiculam, ille exterius quà scapulæ deprimunt humilius. Verùm si utrique simul tendantur, mediam obliquorum elevationem rectam efficiunt, quam sanè à cervicis quoque musculo brachium habere dictum est. Porrò elatior musculus in alterum brachij capitis uerticem inserit, quem maius anteriorisin brachium musculi caput extrinsecus determinat. cæterùm humilior musculus continuam sibi neruosam exilitatem in caput brachij paulò iam exterius conijcit. Si nanque ad totam manus consectionem diuersas, hos quoque musculos incidere sicut dictum est conaberis, atq; ipsis proximos, prout naturæ ordo postulet. Sin ad thoracē properes, his ut habent relictis, clauiculam à pectore tollito, membranosa circa articulū ligamina intersecans, deinde ad summum humerum attollens, ut alias membranas ac ligamenta sensim reflectas, amputato autē quà uicinis clauicula partibus connexa est, idq; tantisper facito, dum musculum

A musculum ab interna infernaq; ipsius parte in priorem costam insertum euidenter cōspicias: paruum quidem magnitudine, situ uerò obliquum. caput ipsius radio sursum elato iuxta scapulas habetur: finis autem quo priorem costam ingreditur, pars ipsius est quæ ad pectus spectat. Hoc iam à clauicula quoque abscisto, is qui primæ costæ adiacet, intactus habendus est. Etenim thorace paulò pòst detecto, si ipsum ceu ad caput suum attollas, simul interea & primam costam sursum retrahes. Porrò clauiculam non tantū, ut dixi, à pectore, sed etiam ab humeri summitate licet separare, intersecādo scapularū uincula, quæ ipsam spinæ cōnectunt. Aliud uerò tertium os in simia præter commemorata duo extrema nō disquirito. Necq; em Hippocrates in alio quàm homine ipsum esse prodidit: additq; sermoni
B hanc seriem. Hominis nanq; natura hac parte ab alijs animantibus diuersa existit. Si igitur quandoq; clauiculam iuxta huius situ abscideris, rursus ipsam ad pectus reflectito, membranas eximens, quibus cum uicinis partibus continetur. quippe & tunc apparebit primæ costæ musculus: quem abscindens, ut monstratum est, à clauicula, uel auferas penitus, uel ad pectus reflexum dimittas. His rite peractis, uasa axillam perreptantia, & neruos cum membranis præcidito, ut etiam hac parte manus à thorace seiungatur. reliquum enim præterea nullum ipsam thoraci committit, nisi grandis musculus, quem gibbis scapularum partibus subhęrescere paulò ante commemorauī. Idem musculus ex prima uertebra incipit: mox deorsum per totam cervicem defertur, ea scapularum parte, ubi elatior costa, & scapularum basis inuicem coëunt: ut & hìc in scapularum osse quippiam angulo persimile habeat. Sed antea quoq; mihi dictum est, gracilem ad hunc locum musculum tendere, ex occipitij quidem osse natum, sed propter scapularum dictum angulum musculis ipsius utrinque cohæresentem. Itaq; posterior ipsius musculus est, qui inter
B posteriores scapularum partes eminet: anterior is ipse de quo nunc sermo est. nam ad initium basis scapularū ossis perueniens, huic inijcit: & perpetuò usq; ad inferius extremum adhæresci, uniuersæ ipsarum parti cōnexæ subiectus: uerum hanc alius musculus comprehendit, à quo dum cutem detrahis, prædictus in oratione musculus dissoluitur. hic autem musculus de quo uerba facio, soli scapularum basi connexus. functio ipsius medijs costarum, quà maximè curuātur iniecti, est thoracem uniuersum præter inferiora extrema reuellere, quæ septū transuersum mouere docebimus. iam illa quoq; interdum cum supernis in uehementibus musculi functionibus mouentur, quemadmodum & nonnulla ex ijs quæ septo transuerso superstrata sunt, obscurè solent commoueri. Summa uerò ipsius functionis in illis potissimum costis est conspicua, in quas conseritur. hic etenim dum se inserit, ueluti in quosdam digitos discretus est, quos ipsis non contiguos, neq; solidum inibi extremum obtinens, quemadmodum complures musculi, usque ad spurias costas pertendit, omnes ipsis superpositas sursum uersus attrahens. Alij autē musculi utraq; ipsius parte singuli continentur: hic in priore thoracis regione, ille in posteriore costas sursum reuellit: ut tres huius thoracis musculi sint elatiores. Pari siquidem ratione ipsos nominant, alium posteriorem, alium priorem, alium mediū. est porrò medius, de quo nuper differui, ex ambobus simul cōpositus. Ac thorax solo hoc mediorum musculorum coniugio motus, abundè satis animanti subseruit. discès autem administrationem in uiuentium consectionibus. Altera priorum musculorum coniugatio ex secunda uertebra incipit, sed ab omnibus aliis consequentibus exorta, in quinq; priores thoracis costas per ualida ligamenta se inserit, quemadmodum etiam reliqua tertia coniugatio musculorum membranæ modo subtilium. etenim hanc quoque appellationem possunt accipere. Incipit quidem à spina extremarum trium colli uertebrarum, & primæ simul dorsi, ligamentum membraneo capite uterque ipsorum spinalibus musculis instratum continens. Vbi uerò ipsum segregaueris, primùm fibræ tenues ligamento insertæ

C musculum generant: in simijs nimisquam inualidum tenuemq́, in alijs animantibus, præsertim suibus, & canibus, ualentiorem. iam ursis pariter, & serratis dentibus prædictis, non paulò ualidior inest hic musculus eo qui in simijs uisitur. sufficeret igitur tertiæ costæ. in quartam, quintam, sextam, & septimam inserit. Et si caput ipsius prehensum ad costas ipsas attraxeris, thoracem sursum cõuelli attolliq́ spectabis: idem & in medio priorecq́ musculo molitus, paria ipsorum magnitudine interualla thoracis fieri conspicies. Hæ igitur tres sublimiũ thoracis musculorum coniugationes sunt respirationis opifices. quarta deinde, quæ in primis costis existit. nam ad pristinam ipsos sedem attollens, priorum sanè costarum ossa retrahi sursum uersus spectabis: partem uerò ipsius à thorace disiungi. Cæterùm alia duo musculorum paria thorace detecto, ut indicatum est, iuxta longitudinem apparebunt: hoc spinæ, illud pectori expansum. quod super spinam est, carnosis in totum musculis constat, omnibus thoracis costis propter spinales musculos iuxtaq́ perpositum. quod autem iuxta pectus habetur, membranosis: nisi quòd superiorum finis carnosus sit, quanquã & hic paucam adeò carnem obtineat. Quod itaq́ membraneum ipsorum est, non pro aliarum membranarum robore, sed ueluti ligamentum quoddam uel tendo latus egregiè ualidus, albæ lineæ deductu habet. quà autẽ ascendunt diuisi à recto abdominis musculo, diductus hîc transuersus est, qui iuxta os, ab ensis figura dictum Græcè ξιφοειδὲς, spuriæ costæ cartilagini est intectus, partim dextra regione, partim sinistra, in utroq́ musculo singuli: cuius etiam antea quodam in loco memini, præcipiens in pectoris musculorum consectione ab eo abstinendum. his siquidem subhæresci t, & cum his auferetur, unde etiam Anatomicis ignoratur. Cæterùm tendo hîc recto abdominis musculo cõtinuus, ut dixi, est, omnibus costarum terminis, qui ad pectus pertinent, incumD bens. Porrò musculus hîc in omni animantiũ genere ad primam costam usq́ pertendit, ubi & carnosus uisitur, & tenuis carnis tendini alendo obductæ latitudinem quampiam accipit, idq́ in lateribus potissimum, per quæ prima dorsi costa defertur, ab articulo ad pectus recedens. Iam uerò alius musculus huic similem habet functionem, spinali porrectus, neque sic alteri musculo commixtus, ut alterius cuiusdam pars esse putari queat, sicut in pectore situs, eius qui in abdomine habetur: uerùm simul cũ thorace & incipit & cessat, peculiari circumscriptione orbicu lata magis quàm latiore. cæterùm finis ipsius inferior spinæ musculo obhærescit, obliquus in posteriora uergens, ut tensus costas intrò contrahat, stringatq́. Atqui indigere ipsis natura uidetur, quoties thoracem uehementer cõprimere desideret, quando etiam abdominis musculi functionem obire uidentur. Sed de his posthac agemus. Supereſt aliud unum musculorum par extra thoracem bifidum, quod in extremis costis thoracis inibi finem deorsum uersus detrahit: caput quoq́ huius uni inter abdominis musculos admiscetur, de quo clarius quũ illos incidam trãctabo: in præsentia tantum dixisse sufficit, quòd hic musculus extremam thoracis costam deorsum simul cum alia detrahat, quæ in plurimis animantibus, & maxime serratis, post ipsam habet. interdum uerò ad tertiam quoq́ excedit. Nomine autem extremam nunc costam, nõ paruam illam re uera spuriam, quæ ab alijs abscedit, & carnosæ parti septi transuersi obducta est, sed ipsi proxima, cui manifesta iam membrana tenuis intus subtenditur, ei cõtinua, quæ omnes costas succingit. De hoc sanè musculo paulò pòst dilucidius agetur: in præsenti uerò opportunum est de musculis intercostalium (ut uocant) sermonem exequi, quorum neq́ ipsorũ naturam uel actionẽ Anatomici professores cognouerũt, sicut nec omnium præceptorum, à quibus moueri thoracem retulimus. Tantillum enim in musculis intercostalium scientiæ habent, ut fibras ipsarum non ad musculorum longitudinẽ à spina ad pectus protensas, sed ex alia ad aliam pertinere norint. Neq́ uerò q́ obliquum habeant situm, neq́ quòd bipartitę sint, externis fibris obliquitatẽ intimis

A cõtrariam habentibus, quisquam ipsorum conscripsit. quoniam autem hoc ignorarunt, euidens argumentum est, nec de functione quicquam intellexisse. Nunc igitur satis erit naturam ipsorum duntaxat cognoscere. At quum de consectione thoracis in animante adhuc uiuo celebrata, sermo mihi fuerit, functionem ipsorum peragam: quamuis etiam in opere de respirandi causis omnium iam musculorum thoracem mouentium explicuerim. Verùm in hac disputatione tantũ de ipsis dicere sufficerit, quòd musculis omnibus quos percensui, ablatis, situs fibrarum manifestò apparet obliquus, si omnes intercostaliũ musculos respicias. Examen profectò ipsarum à spinalibus musculis incipies, & ex duobus cuiusq́ fibræ extremis contuebere, altius propter spinales magis situm, demissius inde longius remotum, tanquã singulis fibris obliquè in priora non recto tramite deorsum uersus procurrentibus. Præterea spinalibus exemptis fibras quoq́ similiter obliquas ibidem ipsis subiectas spectabis. Verùm macilentũ uetusq́ animans esto, in quo hæc insp icere oporteat. quippe in his præsertim musculorum fibræ clarius solent conspici. nam iuuenilium pinguiumq́ animalium fibræ tum humiditate, tum carnis copia conteguntur. At si non modò macilentum uetusq́ animal fuerit, sed etiam grande, euidentissimè uidebis ligamenta tenuiter sibrosa ex ramentis ossium orta, quibus caro obducta est. Hoc nõ aliter fieri cernitur, quàm in calathis alijsq́ fiscellis, in quibus lac harum rerum periti coagulant. finge igitur fibras ex ossibus oriuntes, quæ ligamenta nominaui, eò quòd inde proueniant, iuncis respondere, lacti uerò ipsi sanguinem, & caseo carnem proportionari. Nam ut ille ex lacte, ita hæc ex sanguine nascitur. Auspicatus igitur à spinæ partibus, ut dixi, fibras sequeris, obliquum uniuscuiusq́ situm cõsiderans. ex qua re fiet, ut dum ipsas inspicis, ac ad pectus magis semper abscedis, etiam fibrarum situm nonnunquam cum coB starum conuersione uariare cernes. Non enim ut unumquodq́ à spina prodijt, ad pectus obliquum porrigitur, ab elatioribus animantis partibus ad humiliores inclinans: sed ubi propter pectus iam cartilago ossis uice creata appareat, alium obtinet situm priori cõtrarium, obliquè rursum ad pectus cui coarctant, portendens. in hac igitur ipsa parte cartilago primùm gignitur, circulatim quodammodo magis, non in angulum costæ flectuntur: fibræ autem ex imo sursum obliquius perlatæ, subcontrariam obtinent posituram. etenim in omnibus ipsis cernitur, si illos duntaxat exceperis, quorum extrema pectori non committunt. uniformis harum costarum ab initio aduscq́ finem latio existit, nequaquam flexilis, ut quæ cum pectore coarctantur. atq́ hac ratione costas illas appellant spurias, in amplam desinentes cartilaginẽ, quæ septi transuersi ex ipsis orti ueluti propugnaculum quoddam existit. quippe & hic, sicut in alijs plerisq́, prouidens natura fuit, quæ septum transuersum neq́ ab interna singularum costarum parte, neq́ ab extremo, sed intrinsecus simul & ante finem produxerit. Hæ igitur costę fibrarum situm deorsum uersus obliquè declinantem tenent. quæ uerò pectori committunt, fibras pro lationis uarietate committunt. ab externis sanè partibus intercostalium fibræ hanc naturam sortiuntur. ab internis autem contrario modo iuxta χ literæ figuram exteriores secant. Porrò has quoque costis à pectore diremptis cõspicari aggredieris. Nam hoc pacto & spatiosa thoracis laxitas ex toto intus, & cum ea fibrarum figura apparebit. Vt autem prompte dignoscas omnes ad spinam reflecti, spuriæ protectò etiam ab internis partibus innotescẽt, toto suo corpore fibrarũ speciem continentes, aliter quàm externæ ab humiliore costa ad elatiorem obliquè procurrentes. reliquæ uerò omnes duplicem usq́ ad cartilagines, quomodo spuriæ per totã ipsarum structuram: in his autem ad pectus usq́ contrariam. Vnus itaq́ thoracis adhuc musculus supereſt haud uilissimus, phrenes appellatæ. Septum autẽ transuersum ipsas tantum esse Plato existimauit, duarum animæ partium, appetitricis, & animosæ. uerùm hęc non hoc modo sunt, sed ut in commentarijs de respiratio-

C nis cauſis demonſtratum eſt, inter omnes quos dixi muſculos ad reſpirandi functionem animali ſunt utiliſſima. generatio huic muſculo talis eſt, qualem paulò ante de ijs qui coſtas cingunt, enarraui. ligamenta complura tenuiaq; ex oſſibus prodeunt: caro ſimplex ipſis circunducitur: media uerò pars totius ſepti manifeſti ceu grandis circuli: exiguus circa punctum ipſius alius circulus exactus tendo exiſtit, nullam adhuc carnem retinens quam prius habebat. ſed hæc conſpici poſſunt, in ſepto coſtis ſuperiore parte à pectore diremptis: uerùm totam ipſius naturam manifeſtò prius contemplari non licet, quàm octo abdominis muſculos diſſecueris. Ad quorum conſectionem nunc diuertendum eſt. Atqui commonere uos cogito, etſi memores, eorum quæ ſubinde à me fiunt. Verumenimuero (ut & prius dixi) opus hoc nō apud amicos duntaxat ſeruatum iri ratio eſt, ſed ad multorum manus peruenturum, ex quibus nonnulli omnia inuidere, alij uerò optima quæq; eligere ac diſcere parati ſunt. Conuenit igitur etiam illorum gratia, quæ amici norunt, in memoriam reducere, ac ſæpius, quod etiam nunc commemorabo, dicere. Memini omnes abdominis muſculos quam primum ſimia fuerat ſtrangulata, incidere, mox inteſtina, uentrem, ſecur, lienem, renes, & ueſicam. ſi autem fœmina animal eſſet, etiam uuluam. Atq; hæc primo die ſola amicis frequenter conſecare memini, ne uidelicet diutius aſſeruata computreſcerent. deinde in ſequuto die ad alia tranſgreſſus, incidere ſimul illa, ordine uidelicet eorum quæ hoc in opere initio conſcripta ſunt. Quomodo igitur abdominis muſculos aggredi oporteat, quum ab ipſis quis inceperit, paulò poſterius exequar: nunc autem diſciplinam prædictis ſuccedentem ſum inſtituturus. nam coſtas à pectore liberatas, quas, ut manifeſtò conſpicerentur, intrò conſului reflectere: rurſum ad pectus, ubi prior ipſorum ſitus fuit, reducas oportet, tanquam ſi nihil omnino fuiſſet conſectum: deinde quod ex abdominis cute adhuc reliquum eſt, detrahere. Forrò conſectionem muſculorum ſub eo latentium è maximo auſpicaberis, & omnium extimo, qui à thorace incipiens, omnibus in abdomine muſculis ſuperſtratus eſt: cuius initia, ijs quos prædixi diſſectis, euidenter conſpicies, maximo interelatos thoracis muſculos confinia, ceu digitis quibuſdam ſuis ipſius terminis in coſtas, ſicut dictum eſt, inſertari. Vbi igitur in illis ſingulæ inſertiones deſinunt, adiacere principia muſculi, de quo præpoſita habetur oratio, contueberis, partim à dextra uidelicet, partim à ſiniſtra. At prior exortus in ſeptima potiſſimum coſta fini muſculi anterioris inter eos qui thoracem mouent, ſubiacet: deinde ex alijs iam omnibus coſtis procedit, quæ illis partibus uicinæ habentur, ubi primùm ſingularum os in cartilaginem degenerat, ſicut prius declaratum eſt. At in huiuſmodi exus, priorumq; coſtarum, ex ſpurijs uicem aliquid ſubit, octaua quidem ſuperiorem ſum numeres, ad mucronatam cartilaginem perueniente: reliquis autem ab hac deſcendentibus, prout maioris minoris ue ratione differunt. Semper enim humilior elatiore breuior eſt. attamen ex his quoque omnibus prima abdominis musculorum coniugatio enaſcitur, obliquis fibris ad uentris anteriora portendens, ceterùm toti abdominis regioni per inania, Græci uocāt λευκώνας, expanditur, tum ad ilium oſſa, tum ad inguina uterq; procedit, ac pubis oſſi per membranam ſed ualidum tendinem ante inguina ortum inſeritur. Quinetiam robur huius iuxta inguina tendinis nonnunquam laxeſcit, & cum eo totus hic locus laxior redditus, partes quaſdam corporum ſubiacentium in ſe recipit, ueluti inteſtinorum, uel omenti: atque hoc iam Græcis cele, Latinis hernia uocatur. iam hic tendo membranoſus paulò ſupra inguina ſitum obtinet, ut tenuem membranam, περιτόναιον Græcè dictam, permeet, ac ea ſimul quæ ab ipſa includuntur: de quibus poſtea diſſeremus. Pars autem horum muſculorum quæ ad uentris anteriora porrigitur, in tenuem exactè tendinem deſinit, rectis extrinſecus muſculis ſuperpoſitū. Pars modo ex altera cōiugatione muſculorum abdominis, qui obliquum fibrarum ſitum primis

A tum primis contrarium poſſident, tendo in membranā degenerans, prioribus musculis inſidet: uterq; uerò iſtorum ex ilium oſſe ducit originem, membrana carnoſiore inſertus: hinc deinde obliqui ſurſum protenſi muſculis tranſuerſis inſidēt. Poſtea quatuor coſtarum, quas Latini ſpurias, Græci nothas appellant, extremis carnoſioresinijciunt. Tendo autem ipſorum tenuis, in quē ceſſare dicti ſunt, mediusinter rectos muſculos & prędictorum tendinē procedit. etenim duo amborum muſculorū tendines in unum coire uidebuntur: ob quod ſeparare ipſos haud mediocris eſt negocij: præſertim quū ab hiſce particulis totius animantis confectionem auſpicamur. In præpoſita adminiſtratione muſculos iſtos incidere aggreſſis procliue eſt tendines utrunq; muſculū cōſequentes ſecernere. Vbi enim primùm carnoſa portio deſinit, inde nimirum tendo proceſſit carni continuus. Hanc igitur proprijs finibus circumſcriptam inſpiciens, tendinem membranoſum ex utraque ipſarum prodeuntem facilè comperis. Inſuper ex ea regione tendo hic ducit originem, ubi rectorum muſculorū coſta in latere utriuſq; habetur. ſiquidem priore parte duo hi muſculi per anteriores coſtas mutuò ſe cōtingunt: ex lateribus autē, ut dictum eſt, membranoſi ipſis tendines accedunt: ſubſtantia ipſorum per totam longitudinem carne conſtat: ab elatiore parte etiā tendo nuſquam eſt cōſpicuus. Quapropter & in pubis os carnis interuentu conijciuntur. Iam uerò in hiſce paratibus exactè inuicem coeunt: atque hoc ipſis primùm accidit inferius quàm anumbilicus eſt. quippe elatior ipſorum portio, ſicut paulò antè oſtendimus, adiacet quidem, non autem adunitur. hanc coniugationem octo abdominis musculorum tertiam ponito: reliqua uerò quarta tum ex recta ilium oſſis linea, tum ex lateralibus uertebrarum qui in lumbis uiſuntur proceſſibus oritur: uerùm non ſtatim hoc effici uideas, ſimulatq; uterq; muſculus enaſcitur, ſed membranoſum
B ligamen ualens ex commemoratis oſſibus productum, deinde in proceſſu fibris adauctum tranſuerſis, in muſculi figuram degenerat. adhæc partibus internis cuiuſq; ſpuriæ coſtæ finium ſub hæreſcit. Quemadmodum uerò muſculi fibrarum acceſſione facti ſunt, ita rurſus in priori parte ipſis deſtituti, in latum tendinem terminantur. Ac tendo hic, ceu etiam cōplures prædicti, haud paucos medicos latuit, ut qui membranoſus tenuisq; peritonæo obhæreſcat: & ex ambobus unà ſitis compoſitus, non ut eſt, ſic etiam apparet, ſed ſimplex una membrana eſſe uidetur. itaq; conandum eſt, quà tendines primùm ex carne prodeuntes peritonæum conſcendunt, eà maximè unitatem ſeruare. nam ſi tendo à carne fuerit auulſus, non poteris amplius ipſum ſeparare, niſi exercitatus peritusq; utrorunq; naturæ: deniq; in abdominis futura, γαστροραφίαν Græci uocant, tanquam peritonæum attollunt, & ex ambobus dictis compoſitum, conſuūt. dico autem ex peritonæo reuera, & muſculi membranoſi fine. Porrò ipſum peritonęum latis araneorum fibris ſimillimum eſt, ſimplex, & tenue inſigniter: non ut quidam tendines membranæ modo extenuati: qui tamen æqualitatem exactè repræſentant, ſi clara luce fibras ipſos intercurrentes inſpiciamus. Sed peritonæum aliter habet. eſt enim ſimplex, uti diximus, totum ſibi continuū, unum quoddam ex primis corporibus, adamuſſim ſimilare. Quinetiam manifeſtò apparet, quale natura in imis partibus exiſtat, ubi muſculis tranſuerſis ab eo ſeparatis ſolum habetur. nam hi commiſcentur coēuntq; rectis inibi muſculis, à peritonæo digreſſi. De octo igitur in abdomine musculis abundè ſatis diſputatum eſt, idq; ſanè iuxta primā anatomicæ ipſorum adminiſtrationis ſpeciem, quam nunc expoſui. Quomodo autē inde quis incipiens manum probè admoliatur, deinceps uenit explicandum. Cutem ex abdomine detrahis, quæ ex medio ipſius originem ducit, ubi nullum eſt periculum, quippiā ex ijs quæ ſubſunt ipſi, uel pertūdere, uel diuellere. Nam membrana cuti cōtinua indidem à muſculis ſubiectis diducta eſt: ac quicunq; ab ipſa corporum natura ueluti manu ducitur, is indubiè cutem inibi obductam auellere idoneus eſt, ut etiam

C nihil eorum quæ ipſi ſubdita ſunt, uitiet. Procedens autem ad latera propter coſtas ſpurias, niſi curam adhibes, ueluti caput exigui muſculi diuulſeris, quem ad axillam perferri aſſeruimus, Anatomicis incognitum. nempe membrana cutí continua fibras carnoſiores per interualla obtinet, primùm maiora, deinde minora: rurſus ſuper ipſum nutriendas accipit uſque ad muſculum ibi gracillimum ſimul & latum. dum uerò ad axillam porrigitur, fibris ex lata regione in arcticrem coactis, carnoſum anguſtumq; euadentem, ſi inferius ipſius principium latum unà cum cute ademeris, auulſam protinus carnem deprehendes, quæ axillæ partibus inſidet. Hanc, ſi induſtrius laborisq; patiens fis, undenam auulſa fuerit, diiquires: mox quum nihil ex ijs quæ illic habentur, auulſum deprehendis, totus hæſitabis, quemadmodum & ego primùm. at ſi negligentior ac ſegnis extiteris, quales priores nobis Anatomicos in multis conſectionibus eſt inuenire, tanquã nihil negocij ſit carnẽ hanc uel abſectam à ſubditis corporibus quibus inſidet, uel auulſam humi proijcere. Itaque de cute huius loci exactius detrahenda quomodo dictum eſt, etiã hæc ſufficiẽt. Porrò tota abdominis regione detecta, muſculos octo ſic incidere conuenit. Corpus bifariã à dextra parte & ſiniſtra recta línea ſectum eſt, quæ deorſum uerſus per totam thoracem porrigitur, huius ſcopos euidentes nactus, quos ego nunc recenſebo, undique utilem habiturus es ſpeculationem. Primus erit mucronatæ cartilaginis extremum: inde deorſum per medium pectus procedenti, poſtremus finis pectoris uertex eſt: qui locus inanis & à clauiculis utrinq; & à muſculis de capite productis circumſcribitur: ut ablata cute, in conſpectum palàm prodeat. at deorſum uerſus lineam hanc protendenti, poſtremus finis eſt pubis oſſium commiſſura. quod uerò intercedit, medium umbilici regionis habetur. hac ipſa ratione etiã interualli medium eſt, quo mucronatæ cartilaginis cacumen diſtat. hinc progredere circa medium umbilicum, ſummam cutem incidens, quò poſt primam ſectionem linea candidior corporibus utrinq; ſubdita appareat: ex qua maximum ſumes indicium, probè conſectionem eſſe adminiſtratam. Muſculi ſiquidem carnoſi, quos rectos paulò ſuperius nominaui, à linea cõmemorata diſtinguuntur, quæ merito ambientibus eſt candidior, quũ nulla ei ſit ro ſubſit. nam tendines membranoſi rectos cõprehendentes muſculos, quos ab obliquis dixi procreari, iuxta huius lineæ candorem in idem coëunt. rurſus igitur ipſam leuiter ſecabis, ut nihil eorum quæ ſubſunt, conſeces, ſed tendines duntaxat à mutuo contextu ſecernas. id enim ſi rite peregeris, habebis iam iuxta paroemiam, dimidium totius: quanquam paroemia, omne principium totius operis dimidium intelligat: quum multa principia prompte queãt peragi. Quod uerò musculorum conſectionis principium ego dixerim, reuera totius operis dimidium exiſtit: quemadmodum niſi etiam recte ea perfeceris, tota cõſequens diſſectio confunditur, turbaturq;. Sed, ut dictum eſt, duplicem factæ anatomes adminiſtrationem hinc ſucceſſuram noueris. Profuerit autem, priorem, quæ facilior eſt, exercere: ita nanq; ſpes eſt, ut poſtea aliquando difficiliorem aggreſſus, ab animi propoſito non aberres. Promptior facilioríq; adminiſtratio eſt, qua muſculum rectum humulo eleuatũ, uel ſiniſtra manu ad latus actum, diſſecas, paulatim à ſubiectis corporibus ſeparans. Quale uerò in preſenti ſectione ſiniſtra manu miniſterium ſubieris, eiuſmodi dextra ſecante melius cum altero etiam in prima omnium adminiſtratione peregeris. Commodius enim hoc pacto rectam molieris ſectionẽ, à mucronata cartilagine auſpicatus. Porrò manus miniſterium eſto, digitis quatuor ad muſculi longitudinem iniectis, deinde quum in eo fixi ſint, ad latus modicè agentibus. Si enim hoc in utroq; muſculo probè cõfeceris, medium ipſorũ manifeſtius euadit, quà primam ſectionẽ fieri præcepimus. At quum rectè diremeris, uel una manus ſufficiet, quæ muſculum incidendũ leuiter in latus abducat. idẽ licet, ut dixi, hamó quoq; peragere; eaq; adminiſtratio ad umbilici loca fiet, quoad notabilis

muſculi

A muſculi pars detecta cognoſcatur. nam peritonæum ipſi una cum neruis tranſuerſorum muſculorum exilitatibus ſubiacet: à quibus muſculi oblongi detrahi ſolent. quapropter ego digitis quoq; à ſubiectis ipſos ſeparo. uerùm id ab initio quũ primùm diſſecas, agendum eſt: procedente uerò adminiſtratione & manifeſtò ipſis iam diremptis, quò totũ negocium maturius abſoluatur, digitis ſubiectis reliquum muſculorum à ſubiectis auellas oportet. Poſteaquam hoc abſolueris, uel ſuperius ipſorum initium ubi diductum dixi exiſtere, abſcindens muſculos paulum deflectere conaberis, quò circumſcriptiones clarius conſpiciantur. ſiquidem extrinſecus tendo obliquorum muſculorum communis ſuperpoſitus, connexum impedit. ſi uerò capita ipſorum nolis præcidere, ſed integra ſeruare cupias, tendinem membranoſum ipſis iniectum auellito, qui peculiare muſculorum operculum parum ſtudioſè incidentibus eſſe putaẽ: cuius uice plurimi membranas connexas propriaſq; obtinent. Detrahes autem primùm ut ſimplicem, quò rectorum muſculorum circumſcriptio in conſpectum ueniat. rurſus bifariam inci des, diſtribuens aliam ipſarum partem primo maximoq; muſculorum, aliam quæ ſub ea eſt, ſecundo. Atq; ideo etiã uocentur, ut modò narratum eſt, hi quidem obliqui muſculi: illi uerò primi & ſecundi: ſub his tertius ad longitudinem expanſus: ſub quo quartus muſculus tranſuerſus peritonæo cohæreſcens. Ita uerò coniugationes ipſorum uoces licet: primam ſanè maximorum obliquorumq; muſculorum, qui à ſexta thoracis coſta incipiunt; alteram his ſubcontrariorum obliquorum: tertiam rectorũ: & quartam tranſuerſorũ. Verùm quum abundè in quibus dixi fueris exercitatus, aggredere ſtatim ab initio poſt rectam conſectionem à rectis muſculis ſeparare, primùm ſanè ſuperficiarium maximi muſculi tendinem, deinde ſecundum ab ipſo, qui à ſecundo naſcitur: ac ubi utrunq; utricq; connexum

B oſtenderis, rectorum muſculorum cõſectionem aggredere. ſic enim totum opus clarum tibi euadet, ut nihil cõfundatur, muſculis ſimul cum neruoſis ipſorum tenuitatibus diſtinctis. quod igitur prius feceris, deſuper à thorace in primo muſculorum cõiugio incipiens, id nunc rurſus facito, nempe tendinem membranoſum aggreſſus: quo leuiter eleuato, primum maximumq; muſculum aduſq; ipſius originem deteges. Non tamen in hac adminiſtratione uſq; ad totum pertinere queas, ut cui pectoris muſculi obhæreſcãt. Hunc igitur eatenus incidito, quatenus detectus muſculi proceſſum euidenter poteſt oſtendere, reliquos uerò tres muſculos amputare licet, etiam ſi non ex ſuprapoſitis quippiam nudes. Quemadmodum enim primum à tendine prodeuntem uſq; ad ſuperiorẽ proceſſum diſſecuiſti, fibrarum cõtinuitatem ſecutus, ita quoq; ſecundum incidas, à tendine quidem primùm ad fibras ipſius tranſgreſſus: deinde continuitatem illarum uſq; ad exortum, quem paulò antè commemoraui, reſeruãs. quin etiam tertij muſculi carnoſi conſectionem uſque ad umbilici regionem emolieris: illinc uerò alterum muſculum alteri imis in partibus coëuntem conſpicies: nec non tranſuerſorum coniugationis ſubiectæ infimam partem, ipſis inibi contextam. nam ea paulatim à peritonæo diſcedit, & ſolum ipſum nudum relinquit. Hæc igitur in præſens de præcordiorum muſculis ſufficiunt. Repetentes autem de ſepto tranſuerſo dicamus, quæ de ipſius natura indiſcuſſa dimiſimus, quoniam prius apparere non poteſt, quàm abdomen aperiatur. Conſtat autem omnibus, licere nobis ſi non multa in uno animante uelimus oſtendere, præpoſitas partes obiter incidẽtibus, ad id quod inſtituimus, frequenter digredi. Quid enim ſi aliquis de phrenum duntaxat natura uolucrit oſtendi, uel ſi etiam de ſtructura ipſarũ quæſtio quedam fieret, adminiſtrationis anatomicæ indiga, an non in huiuſmodi occaſionibus ratio eſt totũ quidem abdomen unà cum peritonæo prout euenerit perſecare: cæterùm inteſtinis exemptis primùm ſepti ex ſpurijs coſtis proceſſum indicare, de quo paulò ſuprà egimus, deinde quomodo ſpinæ inſeratur, patefacere, poſtea particulas ipſius

c distinguere,& non solùm substantijs,sed etiam situ,actione & usu differentes.Etenim medium ipsarum est musculus, qui in tendinem latũ omni ex parte à carnosis comprehensum desinit. Ex utraque autem ipsius parte, superiore puta & inferiore,tenuis membrana obhęrescit,quam accuratè,si animum huic accommodes sermoni, deteges. Harum itaque elatior duplici structura totam thoracis regionem sublinit,à dextra parte altera,à sinistra quoque altera.non enim una quędam est intra thoracem spatiosa laxitas,sibi continua,sed à prædictis membranis intercipitur: quæ recta linea ad pectoris longitudinem mutuò sibi cohærent,nisi quantum ea in parte abscedunt distantęq;,qua cor situm est. Hoc enim inter se medium capientes propria inclusum membrana ipsis crassiore, ita ad mucronatam cartilaginem usque porriguntur; utrinque comprehendentes, ut dictum est, cordis involucrum, περικάρδιον Græci appellant, siue membranam,siue tunicam tu uelis nominare. totam itaque utranque thoracis regionem internam membranæ subcingunt, natura simplices, telæ araneorum modo. uocantur in costis cingentes, Græcè παρεγκύπτες. ubi uerò rectę ad iugulum usque perferuntur,intercipientes, Græcè διαφράττοντες. ubi pulmoni circumhærescunt, huius operimentum existunt. Basis ipsarum supernis septi partibus obiecta est, quemadmodum inferioribus alia quædam membrana huic persimilis substrata, quæ peritonæi uerex optimo iure nuncupatur.cæterùm hæc membrana sibi continua totam inferiorem septi transuersi regionem sublinit: ac ubi illud usus necessarij gratia perforatum est, ibi ijs ipsis quæ permeant, circumhæret, simulq; expanditur. simili modo membranæ quæ desuper thoracem cingunt, etiam cum uasis ipsas perreptantibus tum extenduntur, tum procedunt in orbem circundatæ. duo sunt foramina septi: alterum grande, quà uertebris uia exhibetur, stomacho & magnæ arteriæ præparatum. Reliquum uerò minus, communem uenam supernis animalis partibus sanguinem deriuantem excipit, & magna cum securitate transmittit. etenim hæc cō
D missura admodum pertinaciter cohæret,& membranam simul,quæ in dextra thoracis habetur,emittit.Porrò nullum ex his instrumentis quenquam potuerit latere, neque uena caua, neq; stomachus, neque arteria: præsertim quum, ut expositum est, ima septi transuersi pars fuerit detecta. Prius autem succurrit dissecantibus uena caua, ceu in sublimi suspensa, & nihil ante se continens, musculis sublatis. At si alterum septi foramen exactius uoles contueri, bifariam administrationem aggrederis: nonnunquam thoracem in longum aperis: deinde stomachum ex supernis partibus ad septum transuersum descendentem sequeris,nonnunquã uentriculum attollis,simul & comprimis. siquidem orificiũ ipsius propter septum positum,non tamen ualidè connexum,ueluti caua uena spectatur, sed laxis membranis interceptum. est autem hoc septi foramen nō exactè orbiculatum inibi, uerùm triangulo potius simile, cui uertex sit sublimior,basis autē dorso innixa. quid enim aliud quàm quod Hippocrates ait? siquidem phrenes seu septũ hoc in loco comprehendit arteriam, & stomachũ: arteria in ipsa media regione spinæ innixa, stomacho in sinistra ipsius parte porrecto. Quinetiã uena quædam simul cũ ipsis exigua, & nerui duo permeant: de quibus disserere accuratius præsens tempus nō postulat. Neq; enim de arteria sermo uel stomacho horum ipsorũ gratia explicatus est, sed ueluti appendicis loco præter septi foraminis inibi expositionem instituta,mentio ipsorũ facta est. Iterum tamen suo tempore explicabũtur absolutius: uerùm septum transuersum ob hasce particulas elabentes,imò etiam ob lumborum carnes non spinæ uertebris inibi cōnexum est,eisi requirebat. quippe musculus circularis, ut comprehensum est, habetur, qui supra omnes alios thoracis musculos longissimo uitæ tempore functionē suã obit: cuius gratia esse quodam ex his quæ ualido ligamento securè affirmata sunt, suspendi desiderabat. quia uerò relatis instrumentis deorsum uersus portendere necessarium erat,lumborumq; carnibus

A carnibus ad phrenum eminentiora attolli, ideo septi transuersi musculus ad spinã connexu priuatus est. Præstat autem non simpliciter dicere,omni ipsorum connexu priuatus est,sed huius partis.Natura enim ingeniosa,& quæ nihil alicubi in animalibus conformandis curæ ac diligentiæ omittat, inferiori parte septum transuersum per duo ligamina ualentissima cōnexuit. Etenim arteriam ac stomachum complexa, à septo super uertebras consequentes expanduntur: in alijs sanè quibusdam animantibus longius,quibus totus thorax & ualens & robustus est:in simijs uerò nō tantum insunt, uerùm etiã per ligamina minus ualida, quàm in alijs animalibus habent.uerùm de illorũ discrimine iterum differemus. Nunc quoniã de simia in primis sermo nobis est institutus, hanc tu quoq; incidens, septũ transuersum spectabis: nec non musculos stomacho subiectos,quũ ordo confectionis eò peruenerit, usq; ad quartam thoracis uertebram. descendentes itaq; per totam spinam, quæ intrinsecus musculos obtinet, solius thoracis mediæ uertebræ nudæ prorsus erunt, numero senæ. Quæ igitur à capite incipiunt, superiorem totam spinæ portionem inflectunt, lumborum uerò carnes solam inferiorem. quæ in medio consistunt, simul cum ijs quæ utrinq; sunt, mouentur. At detectis magna ex parte quę infra septum habentur,nihil mali fuerit membranam lumborum carnibus subditam detrahere. Est autem hæc, sicut iterum docebitur, peritonæum lumbis obhęrescens:quo auulso carnes ipsorum clarè conspicies:singulos utrinq; musculos exactos per spinæ longitudinem sibi mutuò connexos, à quo dixi initio totius lumborum longitudini expansos. Quum iam propter os latum uenerint(uocatur autem hoc,ut nouisti, à quibusdam sacrum) dirimuntur inuicem, internis ilijũ adhærescentes, item aliæ carnes numerosæ inibi simul prodeunt, ex ilium osse natæ. sequens igitur carnes deorsum tendentes,quas ψόας Græci nominant,tendi-
B nes duos has ex ilium osse adeuntes in utraq; lumborum carne reperis: quos Anatomici neruosas musculorum exilitates nominare solent. Alter ipsorum interior, quem etiam ligamentum rectius quàm tendinẽ appelles, ei maximè parti inserit, qua pubis os cum coxa cōnectitur: reliquus in paruum femoris tuberculum siue caput pertinet. Prior ex parte lumborum carnibus elatiore processum exigit per internam regionem procurrentem. Secundus ex humiliore,quæ extrinsecus ipsi porrigit: imò etiam ex ea parte quæ ab ilium osse tendit. Itaq; prius ligamentũ longius est:tendo autem qui ad exiguum femoris caput pertingit, breuior: quanquã nec ipse quidem sit inualidus. sed hunc ad consectionem musculorum coxæ articulum mouentiũ reserues. Alterũ uerò exquisitè intuitus duriorẽ candidioremq; quàm pro tendinum natura, ceu ex ligamentorum substantia conflatum.quapropter etiam internæ lumborum carnis caput magis quàm finem ipsum existimare oportet. Ita utrũq; exteriorum partiũ caput ex ilium osse processum exigit, multò quidem interno minorem, sed eundem usum subministrantem. Nam prædictæ duæ lumborum carnis partes tensæ deorsum flectunt tum eam partem spinę,quę per lumbos totos habet: tum eã quæ dorsi continua est, parí modo musculi stomacho subiecti, de quibus posterius peragetur,superiorem spinæ partem inflectunt: nec nō ex dorsi uertebris aliquid comprehendunt. uerùm lumbi carnes in se ipsis caput obtinent tendinis, qui ad femoris tuberculum pertinet. quantum autem ex utraq; harum parte habetur,finis potius est quàm caput duorum musculorum spinam flectentium, ut uidelicet tres utriusq; lumborum carnis partes existant, una interior,elatiore orta principio: altera media,humiliore: tertia deinde externa demissiorẽ etiam media processum carnosum exigit. Verùm ligamen infrà hanc ab ilium altioribus incipit: quare etiã longitudine sicut & crassitie alias duas superat. Iam uerò post prædictos omnes musculos spinalium totorũ processus diligenter cōsidera. Incipiunt etenim ex secunda uertebra duo,singuli capita inuicẽ diiũcta obtinentes. Explent autem medium ipsorum interuallum musculi ab Anatomi-

cis prætermissi: de quibus antea abundè disputatum est. semper autem magis ac magis corpulenti euadunt, quamuis à tenuibus oriantur capitibus. Nam ex una quaq; uertebra processus aliquis ipsis commiscetur, ac inibi collum permeantes, tum magnitudine, tum robore insignes fiunt. Et primùm in colli extremo in idem coëunt musculi, inibi utraq; spinæ parte nati, hic dextra, ille sinistra, ut omnia amborum musculorũ capita quatuor numerentur. fibræ ipsorum obliquę sunt: quædam à spina ad priora inferioraq; decurrentes, nonnullæ contrà ex lateralibus oriuntes processibus, quæ retro deorsumq; uergant. curam ipsis diligentem adhibe, quũ utroq; musculo dissecto ad lumbos deueneris. Ibi siquidem musculi ex ligamento quodam membraneo, quod à spinæ locis prodijt, gignuntur, ex ima parte ad postremas thoracis costas sursum paulatim oblique tendentes, qui quidem in aliis animantibus notandæ magnitudinis habent: in simijs uerò similes omnibus in thorace exiguis. Hi musculi extremas costas detrahũt: inserunt cæteris quidem animantibus usq; ad tertiam & quartam, si ab ima parte numeres. simijs usq; ad secundam tertiam ue spuriam perueniunt: interdum etiam hanc contingunt, quos Anatomici prætermiserunt, partẽ ipsorum aliquã, ut conijcio, cum octo in abdomine musculis simul amputantes: aliquam uerò spinalibus affixam relinquentes.

LIBRI QVINTI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER SEXTVS.

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

QVONIAM satius usum est, eodem hoc opus prosequi ordine, quo commentarium de particularum usu absolui, in quo postatuum enarrationem, de cibi instrumentis agitur, consentaneum fuerit, nũc quoq; de his disserere. Itaq; manibus pedibusq; simia homini simillima est: cui neq; facies oblonga, neq; canini dentes magni. Etenim hæc pariter aut augescũt, aut minuuntur, quemadmodum rectus incessus, cursus uelocitas, magnus in manu digitus, temporum musculus, & pilorum iuxta duritiam mollitiemq;, longitudinem & breuitatem differentia. uerùm ex his enumeratis quodlibet contemplatus, alia quoq; poteris cognoscere: quippe uniuersa hęc simul tum increscunt, tum minuuntur inuicem. Si quandoq; simiam conspexeris erectam currentem, statim ex longinquo hanc similem homini existere cognosces: ac poteris omnia in ea esse, quæ ante paulum enumerauí, prædicere: faciem rotundam, dentes caninos exiguos, maiorẽ manus digitum non adeò exiguũ, ut in alijs simijs proportionalem. rursus pedis digitos minores quàm quos reliquæ simiæ obtinent, temporum musculos exiguos, sicut etiam eos qui ex femore ad tibiam pertinent, haud longum procedentes. ad hæc os coccygis appellati, minutum: minimeq; hirsutam esse hanc simiam, & pilis cõstare haud admodũ duris, uel prolixis. ita si quid ex relatis secus habeat, alia quoq; different. Iam nonnullæ ex ipsis proximè cynocephalos specie accedunt, adeò ut etiam lati ossis mucronem (coccyga nuncupaui) longum repræsentent. quædam cauda ipsos imitantur, atq; hæ inter simias hirtiores sunt: pilo uestiuntur duro, rectoq;, & aspectu sunt efferatiore. exactæ uerò simiæ hic ineſt timidus, & musculus temporum perfectis simijs plurimùm attollitur. Ibi autem cessat, ubi futura similitudine coronæ stephanæa appellata habetur, ut in hominibus est cernere. Simili modo dentes magni quidem omnes, sed canini magis conspicui, quemadmodum

A modum & maxilla longa: & digitũ in manu omnes simiæ, quę cynocephalos imitantur, exiguũ admodum habent: tales, musculos quoq; qui ex femore in tibiam descendunt, longissimè expansos obtinent, atq; ideo colligatum, ut ita dixerim, totum poplitem: cuius causa crura perfectè extendere, ac probè ijs cõsistere nequeunt. Cui uerò animali erecto commodius sistere à natura datum non est, quomodo uel incedat erectum, uel currat uelociter? Neq; igitur maiorẽ in pede digitum habent grandem, hominum modo: neq; alios exiguos, sed omnes ex æquo magnos. is minor cæteris est quem homo habet maximũ. Porrò caudæ initiũ quodam ipsis inest: & huiusmodi simiæ toto corpore cynocephalos referunt. Quemadmodum igitur præstat, simiarum homini quàm fieri poterit similimarum artus dissecare, quum te in exemplo exercere instituas, ita satius est in talis simiæ inopia etiam dissimilium aliquam capere, sicut etiam si in totum simia desideretur, cynocephalum, uel satyrum, uel lyncem: summatim ea animantia, quibus artuũ extrema in digitos quinque discreta sunt. His ipsis & clauiculæ insunt, & pectus minimè acutũ, eoq; bipedes incedunt, homínis claudicantis modo. his uerò animantibus succedunt ursus, leo, & uniuersim omnia quæ à ferratis dentibus κατεχόμενα Græcè dicuntur: & nisi pusillum esset, reptilium genus, ut ictides, feles, & mures, conducerent & horum artus ad cõsectionum exercitia. omnia siquidem hæc quatuor constant digitis, magno abolito: nisi quòd quibusdam ipsorũ uelut deliramentum quoddam in radice habetur. Sed neq; hanc ab indice multùm secretam, ut in homine spectabis: attamen in simia præexercitatus etiã hæc poteris dissecare. nam præter alia tendo quoque ab interiore manu procedens, his ineſt animantibus: quemadmodum etiam musculi, digitorum motores, sic qui brachiale,
B radium, magnumq; digitum mouent. Eos uerò tum musculos, tum tendines, qui magnum digitum mouent, hæc animantia non habere cuiuis notum est. uerùm ut uno expediam uerbo, & ex actionibus quas obeunt, & figura particularum, quam singula animantia extrinsecus habere uidentur, nonnulla & de structura ipsorum tibi indicatio desumetur. Nam particulæ quæ simili munere funguntur, & eandem à foris figuram obtinent, necesse planè est eandem quoq; interius structuram sortiri. ita uerò ijs quæ similem actionem obeunt, similemq; figuram exteriorem repræsentant, similis nimirum & interna particularum natura tota existit. Quippe natura cuique animanti corpus animi affectibus idoneum condidit, atq; huius gratia simulatque nata fuerint, omnia particulis utuntur tanquam à magistro edocta. formicas igitur, pulices, aliaq; id genus minuta animalcula nequaquam dissecare unquam sum aggressus: quæ autem repunt, quemadmodum mustelæ, & mures: tum quæ conuolutim serpunt, ueluti serpens: ad hæc multa auium genera & piscium subinde incidi, ut firmiter persuasum haberem, unum esse qui hæc uniat opificem, & moribus animantis, corpus in uniuersis esse peculiare. tali siquidem cognitione fiet, ut intuitus quoddam animal antea non uisum, præsagias qualem nam sub cute structuram habeat: ac frequenter ego hoc indicaui, non aliunde, ut dixi, eius cognitionem peritiamq; indeptus, quàm ex firma persuasione, quòd singula animantia corporis structuram animi moribus facultatibusq; propriam obtinerent. Nullum itaq; miraculum est, cuiusq; animantis internam compositionẽ ex figura exteriorũ clarè conspecta prænoscere. Multò magis si functionem obire ipsum uideas, quemadmodum nuper dixi qui rectè gradiuntur. Quinetiam uoce animantis audita, de illius instrumentis coniecturam aliquam sumere poteris, non ex magnitudine uocis tantũ, sed alia quoq; specie. Verùm de hoc manifestius agetur quum ad uocis instrumentorum consectionẽ peruenero. In præsentia autem hoc quoq; de artubus tractaui uberius, quòd structuram ipsorum in primis huius operis commentarijs exposuerimus. Quum itaq; in eis præexercitatos, sermonem persecuturos sperarẽ, ceu exempli ipsorũ gratia de

C aliorum animantium ſimili & eodem percenſui. quod tum ex functionibus, tum
forma animantis uniuerſa & particulari cõſideres licet. Digitus ſiquidem ubicun
que fuerit, eandem habet ſtructuram, quatenus digitus eſt: ita uerò ſi proprij gene
ris digitus fuerit, ſimilem tali generi ſtructuram ſemper obtinet. Eodem modo cu
bitus, radius, & alia ſingula habent. Quatenus enim radius uel cubitus eſt, ſem
per eadem conſtat ſtructura: quatenus autẽ ſui generis uel radius, uel cubitus eſt,
ſimili quidem in ſimilibus, proportionali in diſſimilibus. Qui igitur ratione, et de
xtra natus indole ſe exercuerit, facilè inuenit quid in ſingulis rebus idem ſit, quid
non idem. At qui nec probæ fuerit indolis, neq; exercitatus, forſan & hic præ ani
maliũ conſectorũ copia adduci quandoq; potuerit, ut uel obſcurè ac leuiter intelli
gat, idem nõ per accidens, neq; prout euenerit, ſed ex propria ſubſtantia cuiq; ſpe
ciei ineſſe. quod autem non idem, à nonnullis quæ particularibus accidunt, indi
uiduas ſubſtantias nominare ſolemus. Quum enim uideas membrum nõ modò
extendi flectiq;, ſed etiã in latera circumagi, neceſſariò duo muſculorũ genera ob
tinet, alios extenſionis & inflexus, alios ad utranq; partem deductionis autores.
Quũ igitur præterea conſideraueris, unò ne oſſe membrũ conſtet, ut brachiũ: an
duobus, quemadmodũ cubitus radiusq;, uno quidem oſſe inuento, muſculos in
eo tum rectos, tũ obliquos quærito. Sin aũt duo fuerint, ut in cubito radioq;, ſcito
protinus alterum ipſorum membri extenſionem & flexũ moliri, alterum in latera
circumagere. Ad hæc non ignorandum eſt etiam ex muſculis ea mouentibus ſitu
obliquiores exiſtere, qui obliquos motus ſubminiſtrant, rectiores autẽ qui rectos.
Verum hoc omnibus cõmune membris ineſt, quæ eoſdem motus ſortiuntur. Ma
gnitudo autem muſculorũ, figura & poſitura ſimilis in membris forma ſimilibus
exiſtit, diſſimilis in diſſimilibus. Eadem ratione & in digitis, quãuis animal quod
D diſſecatur, minutius fuerit, cuiuſmodi ſunt reptiles ipſi mures, neceſſe eſt muſcu
los qui flectunt extenduntq; ſingulos digitos, non aliter quàm in homine conſpi
ci. quòd ſi in latera quoque digitos moueri uides, neceſſitas omnino eſt & motus
ibidem animantis illius hominibus proportionari, ut cuiuſq; latio paruũ digitum
uerſus ab exterioribus in oratione propoſitis & tendinibus, & muſculis fiat: ad
magnum uerò ab interioribus. Magnum autem ipſum ſicut & paruum quamplu
rimum ab alijs omnibus abducere in eius generis animantibus comperies muſcu
los, ſimilem ſitum humano ſortitos. Vnde cõſectio ipſorum facilis tibi futura eſt,
tanquam ſæpius antea manum ei admolito. Proinde ſi quæ priore commentatio
de manu diſputata ſunt memineris, & quæ nuper relata ſunt, prompte dicideris,
& prompte in animalibus comperies. Quæ autem hoc libro de cibi inſtrumentis
dicere inſtitui, quorũ gratia quoq; huc uſq; ſermonem deduxi, fide carere forſan
primùm audita uidebuntur: ſed quũ in multis eiuſdem ſpeciei & diuerſæ anim
tibus inſpiciundis pones induſtriã, non amplius à fide aliena tibi apparebunt: at
tamen miraberis hæc unam artem omnium animantium opificem demonſtrare:
quæ partium ſtructuræ ſcopum eſſe uoluit, ut eis uterentur homines. Quũ enim
unus ſit uſus cunctis animantibus communis, cuius gratia alimento indigeat, re
peries inſtrumenta in ſingulis ipſorũ generibus triplicia. Quædam prima ratione
à natura facta, ad concipiendum alimentum conficiendumq;, et in totum corpus
deferendum. Alia ſecunda ratione, quæ excrementorum ſunt receptacula. Nihil
autem refert, excrementa dicas, an ſuperflua, ut Græcè περιττὰ, ſiue ut Ariſtote
les, περιττώματα. Reliquas alias particulas tertia ratione ſtruxit, quæ horum ex
cretionibus ſubſeruiunt. In quam itaq; particulam cibũ animantia recipiunt, uen
triculus nominatur. in hoc leuem quandam & primam ſubeunt mutationem in
geſta, ac præparantur iocinori: quod maximam cibi in ipſum permeantis alter atio
nem emolitur: hinc uenæ confectũ ipſum in totũ corpus deriuant. Porrò ut ex ioci
nore purum nulliusq; ſuperflui particeps uniuerſo corpori diſpenſet, natura in
ſtrumenta

A ſtrumenta ad id accommodata condidit: idq; ſecunda iam ratione, non primaria
certè, ſicut priora quæ cõmemorauimus. Ex his inſtrumentis alia quod ſubtile &
leue in eo habetur, expurgant: alia quod terreſtre & graue eſt: alia quod inter hæc
duo cõſiſtit, aquoſum ſeroſumq;. Priora, quòd bilem recipiant, meatus bilis rece
ptores, Græcè χοληδόχοι à medicis appellant: & ueſica fellis meatibus ſimilis. quæ
uerò terreſtre & graue excrementum continent, ex uiſceribus lien eſt: † ex uenis, †in græco ἐξ
Græci uocant, renes & ueſica. Vt autẽ in arbitrio animantis ſuperfluorũ ſit excre φλεβῶν τὸ
tio, muſculos natura terminis uaſorum ea continentium affabricata eſt: quæ tertia κάτω. mihi ui
iam ratione inter cibi inſtrumẽta habentur. Itaq; neceſſariò tria hæc inſtrumento detur legendũ,
rum genera in omnibus animantibus ad alimenti diſtributionem natura cõdidit. ἐξ ἐντερῶν,
Atq; hoc eſt cõmune & idem in uniuerſis. Inteſtina quidem & uentriculus, uenæ hoc eſt, ex in-
& iecur, ex eorũ numero ſunt, quæ prima ratione facta dicuntur. diſcretionis au teranciis ima
tem purgationisq; recrementorũ gratia condita ſunt uaſa quæ bilem recipiunt, & pars recti inte
iecoris ueſica: inſuper lien & renes ex ſecundis cõſiſtunt. Muſculi uerò qui recre stini.
mentis egerendis ſubſeruiunt, tertijs annumerantur. Porrò quoniã nonnulla ani
mantia ualidis aluntur cibis, quædam imbecillibus, eò natura reſpiciẽs, particula
res uentris differentias machinata eſt. Si itaq; animans nonnunquam uideas ſiue
ex India, uel etiam Libya, ſiue Scythia profectũ, quod antea non conſpexeris, ali
mentum ligneũ ſpinoſumq; aſſumere, magnũ huic & aſperũ noueris conſtructũ
eſſe uentriculum. ſi autem ſuperiores etiã dentes non habeat, uentriculos huic ne
ceſſariò multiplices exiſtere, ut in primũ ſtatim pabulum ingerat: mox ex hoc ru
minatione conficiat: deinde rurſus in aliũ uentrem deglutiat: ex hoc rurſus in ali
B um transferat. Poſtea ex illa differẽtia cibi inſtrumẽta primaria ratione facta ſunt,
ut uentriculus, iecur, uenæ, inteſtina: ſecunda ratione ueluti renes, lien, ueſica fel
lis, meatus urinarij: tertia ratione muſculi ſedem pubemq; complexi. Quũ dico,
primum locum obtinent ſimiæ: ſecundum his ſimilia: tertiũ urſus: quartũ ſerratis
dentibus prædita, & ſues: quintum ſolipeda: ſextum ruminantia: rurſus ad aliam
differentiam reſpice. ubi enim prius ex ſpectatis tibi naturæ operibus fueris erudi
tus, artificiũ ipſius in alijs quoq; omnibus idem eſſe cenſeto. Sic itaq; de hominũ
artubus etiã pronunciamus, non ſuſtinentes omneis uidere ſtatuas, quas Phidias
& Polycletus finxerint: ſed ex ijs quas iam uideri licuit, aliarũ quoq; iudiciũ ſumi
faciet coniecturam. Itaq; inſtrumenta quæ cibum conficiunt, ipſumq; præparant,
tantam habere magnitudinem, talemq; formã, qualis maximè alimento ingeren
do cõueniet, perſuaſum eſt omnibus quicunq; in operibus ipſis magis ſumus uer
ſati. Id igitur ex me diſcas, quoduis animal ſuperioribus carens dentibus, plures
uentriculos obtinere, & omnino ruminare: ſicut rurſus cui ſuperior dentiũ acies
conceſſa eſt, hoc nec ruminare poſſe, nec etiam multos habere uentres, ſed unum
tantum, & ſic inſtructum ut in carniuoris. Iam cornigeris ſupernos dentes magna
ex parte abeſſe nouimus, ut quibus terreſtre capitis partiũ recrementũ in cornua
abſumatur. Sed non quia cornigera ſunt, ideo plures habent uentriculos, uel ru
minant: quia autem durum ſpinoſumq; cibum aſſumunt, non indigent dentibus
ſuperioribus: quippe & camelus quanquam cornibus careat, tamen & ruminat,
& multos habet uentres, quoniam ſpinoſum ligneumq; alimentum depaſcitur.
Huius autẽ gratia interior quoq; oris membrana ex toto aſpera eſt, & ea quæ uen
tribus obducta eſt, ſimiliter. Vberius tibi percenſerem, quanto in omni animanti
um genere artificio utatur natura, niſi à propoſito opere eſſet alienum. ſed tantum
de eo indicaſſe ſufficiet, quantũ orationis uſus requirebat. nam cibi inſtrumenta
in quocunque uoles animante contemplari, ad eum modum deprehendes, ut in
quarto & quinto operis de partium uſu libro comprehenſum eſt. Exempli gratia

C omnes uenas quę per intestina, uentriculum, lienem, & præterea omentũ dictum
intercurrunt, ad hepatis portas porrigi uidebis. nam omentũ hoc quoq; inter cibi
instrumenta, quę primaria ratione facta esse, & ipsum conficere diximus, refertur:
ueluti congenitum operculum, caloris gratia conditum. Itaque relicto in præsenti
libro intestinorum & uentriculi differentiarũ examine, omnia quæ dicturus sum,
in quolibet animante reperies. In quorũ etiam consectionibus exercitandum te
censui, simias quidem primas collocaui, & maximè ex his ipsis quæ hominũ figu
ram propius accedunt, sicut paulò ante relatum est: deinde quibuscunq; animalis
nomen competit. Hæc autem omnia genere uno comprehenduntur, nominan-
turq; animalia simiæ confinia, Græcè πιθηκοειδῆ: his succedunt ursi, deinde ferra-
tis dentibus prædita, mures, & solipeda dicta. ad hæc omnia, sextũ quoddam ge-
nus ruminantia comprehendit. Ea siquidem animantiũ genera ueteres mihi ma-
nuere uidentur, dum crebro præcipiunt libros anatomicos quos ipsi scripserunt,
in illis examinari animantibus, quæ nõ multùm ab hominũ natura recedunt. Ve-
rùm cibi instrumentis non modò ipsa animantia, quæ in opere de usu particularũ
enarrauimus, uniuersa fruuntur, sed etiam multa alia quæ amplius ab hominũ na-
tura discrepant. Interim bifariam alimenti organa à posterioribus licet incidere:
nempe abdominis musculis: uel à prioribus, utpote peritonæo: quemadmodũ in
ijs quæ conuolutim serpunt, repũt, & natant. Quid: quòd ante hæc in elephantis,
camelis, equis niliacis, atq; id genus alijs: siquidẽ omnia quæ cõmemorauí in ope
re de uasis alimenti, uniuersis ipsis insunt. Quodcunq; igitur ex eis dissecandum
habes, duplici modo aggredere: interdum à musculis in abdomine sitis incipiens,
qui etiam tertij generis instrumentorum quæ nutritoria dicuntur, existũt: aliàs ab
ipsis primis. Ab his sanè, quòd dignitate primi sint: ab externis aũt musculis, quòd
D ordine primas obtineãt. At ego nunc prius exequar, quæ structuræ ratione priora
sunt. Itaq; musculos inferioris uentris uniuersos à mucronata cartilagine usque ad
pubis ossa diuidens, in corpus quoddam tenue incides, araneorum telæ modo la-
tum, cui nomen inditum est peritonæo. Verùm non tantũ absolutè sic peritonæũ
appellabitur, sed à nonnullis hæc tota appellatio inditur, peritonæos membranas:
à nonnullis hæc integra, peritonæos tunica. sunt qui etiam peritonæum tegumen
tum ipsum appellent. Cæterùm hæc particula admodum tenuis substantiæ mem-
brana est, ex simplicium & primorũ corporum numero: quæ sanè etiam similaria
nuncupare legtimè solemus. Profectò peritonæũ inde nomen sumpsit, quòd præ-
tendatur omnibus tum uisceribus, tum intestinis, tum uasis quæ inter septũ trans-
uersum & crura habentur. Ita uerò & alijs quæ his interiacent omnibus obduci-
tur: ex quorũ grege est & uulua, & uesica. Iam uerò animal resupinũ, in quo con
sectionẽ molimur, intuitus, demissas ipsius partes audies, intus sanè, quæ propter
spinam consistunt: in longum uerò, quæ iuxta os latum dictũ usq; ad coxas & pe
ctinis ossa habentur. E contrario altas partes, intus certè, quæ circa umbilicũ & cu
tem ei continuam uisuntur: ad longum autẽ, quæ propter præcordia consistunt.
His itaq; uniuersis, & præterea ipsorum lateribus, quæ dictorum intermedia sunt,
membrana quædam tenuissima obtendit, quam citra diuulsionẽ, præsertim sepiũ,
& musculorũ duorum abdominis eam attingentium, singulorũ quidem in utraq;
parte, sinistra & dextra, haud procliue est detrahere. ubi enim hi latum tenuemq;
tendinem, puta nerueã ex ipsis subtilitatẽ ędiderint, peritonęos membrana solutu
contumax eis cohæresci. Quapropter abdominis sutura, Græcè dicitur γαστροραφία, fieri solet: quam etiã in solo peritonæo cũ neruea exilitate dicta administrari
posse nouimus. Attamen ubi seorsim peritonæum absq; omnibus ijs quæ id con-
tingunt, poteris inspicere, circulum quendam referre uidebit, qui in quibusdam
eius partibus laxos processus, in quibusdam foramina tantum obtineat. Porrò se-
parare ipsum incipis, inuento ubi priuatim cõsistit nulli musculorũ incumbentiũ

A adhęrescens. unus autẽ hic locus est nõ multò post umbilici regionẽ, ubi primùm
à transuersis secernit musculis, & solum relinquit. Quemadmodum igit in hisce
ipsum regionibus promptè conseruabis, solum ab uniuersis ambientibus detectũ,
ita & labor est seruare, quũ primùm conscendens in transuersos musculos incide-
ris: quinetiã essentiam ipsorũ manifestò cognosces, in quibus partibus solum de-
texeris exactè contẽplatus. insuper deprehendes malè rem intellexisse, qui ipsum
cum neruea exilitate in abdominis uulnere sarciendo ceu peritonæũ solum cõsue
bant. nam in ascensu palàm conspicit, quum propius umbilici regionẽ accesserit,
tenui transuersorum musculorũ tendini connexũ: à quibus ipsum haud mediocri
negocio citra alicuius auulsionẽ liberari diximus. At quũ grande satis animal fue
rit, rem propositam licet assequi, & peritonæũ sibi continuũ ad costas spurias usq;
conseruare: ubi transuersis musculis desinẽtibus, alius excipit musculus ipsius se-
pti peculiaris. Etenim huius quoq; substantia musculus exactus figura circularis
existit. quod in medio ipsius habet, totũ neruosum est: quod autẽ in orbẽ hoc am
bit, ex tota carne usq; ad primos processus constat, de quibus propriũ sermonẽ ali
bi uberius instituimus. præsens autẽ quantũ ad peritonæi cõmunionẽ opus erat,
iam explicatus est. Nam ex musculorũ transuersim agentiũ extremis, peritonæos
membrana carnosæ septi particulę oboritur: à qua eodem modo detrahere ipsum
conuenit, quo & à reliquis musculis auulsa fuerit. uerùm in illis quidem iuxta ani
malis longitudinẽ ceu ad thoracẽ ascendebas, nũc ad profundiora descẽdere usq;
ad spinã oportebit, quoniã septum huic connectit, non tamen peritonæi ad carno
sam ipsius partẽ consortiũ admodum ægre soluit: quemadmodum id quod cum
neruosa init. Attamen studiosè operi incumbentibus liberat, quousq; ad cauã ue-
nam peruentũ sit: propter quam gibba iecinoris septo transuerso adiacent & cõne
ctunt. Quod autẽ phrenas uel septum transuersum dicere nihil intereſt, quis igno
B rat: Insuper ab hoc connexu ad sinistrã, peritonæũ aliter humilius cum uentriculi
initio coit: quod iam etiã os ipsius appellãt, stomacho iuxta has phrenas cessante.
Ibidem igit peritonæũ expanditur, primùm orificio uẽtriculi, deinde toti intus spa
tio crassiore substantia obducit, ut labor sit ipsum à uentre detrahere. Quanto au-
tem inibi crassius est, tanto tenuius iecori obtendit, omnesq; ipsius particulas ceu
tunica quædam peculiaris cõtegit. Cuius nimirũ gratia nõnulli peritonæũ ipsum
tunicã appellant, quoniã uentriculi, iecoris, lienis, renũ, intestinorũ, uesicæ, & uul
uæ inuolucrum est. Porrò nihil adfert discriminis, inuolucrũ dicas, an tunicã. Itaq;
iecore interea relicto, peritoneum uentriculo obtensum sequere, donec ad extube
rantiorẽ ipsius partẽ scalpello perueneris, quà magnã uenam toti uentriculo subli
mius insidentem conspicis: item numerosam quandam tenuiũ uenarum seriem à
sublimi illa uena in uentriculum propagari, aliam post aliam, uno ordine, unaq; li
nea: quæ, ut diximus, pars uentris extuberantior existit. Quum igit peritonęũ ipsi
obtensum uenis insertis occurrarit, rectum ipsis statim cohęrescens, sursum ad ma
gnam usq; uenã, à qua ipsæ nascunt, portendit: & inuolucrum, uallum, firmamen
tumq; eisdem efficit. siquidem & duplex inibi habetur, quòd uidelicet uentriculũ
in orbem ambiens totũ ipsum contegat. Quum uerò in tali circuitu priorẽ ipsius
partẽ accesserit, inde rursus ad eminentiorem pergens, in uasa ipsa ibidem incidit,
quibus etiam ex alto descendens occurrebat. Itaq; similiter ipsa comprehendit, &
maiori uenæ immittitur, sursum procurrens: & in hac duarum peritonæi partium
intercapedine uentris uasa consistunt: nihilominus tamen ipsis interiacet elatius
uas magnum, cui arteria quędam sit apposita, unaq; in ramos similes diffundatur.
At quemadmodum exiguæ grandium uasorum propagines in uentriculum de-
merguntur, ita in pronum ceu ad umbilicum aliæ paruę magnorum soboles ex al
to deferuntur, duabus peritonæi partibus comprehensæ: & hoc corpus ex duplici
peritonæi ceu plexu compositum procedit: mediũ uerò inter uasa quæ in ipso cõti

C nentur, quibuſdam animātibus haud multò infra quàm umbilicus eſt, conſiſtit: in quibuſdam ad pubis oſſa deſcendit. Latini omentū uocant, ueteres Græci bifariā, ἐπίπλοον, & ἐπίπλουν. Maximum id habent inter animantia homines, & ſimię: & inde plerique homines ſępe dicunt ὠμοπλοκομίστας, quaſi dicas omenti geſtores. Vocant enim ſic herniam, quum omentū meatui ad ſcrotū deſcendenti incidit: quod mox dicturus ſum. Ex reliquis animantibus nullum præter ſimiā huiuſmodi affectu tentat. Sed omentū hoc nuper epiploi nomen ſortitum eſt: quoniā nulli ueterum in inteſtinis conſentimus: niſi in copulis quibuſdam pauculis dextra parte laxiori inteſtino, quod colon appellant, cōnexis. Elatior itaq; omenti pars qualēnā generationē habeat, expoſuimus. De cæteris eius partibus deinceps aget, quum adamuſſim uenas inſpexeris, quæ ſub duplici peritonæo comprehenſæ, ex gibbo uentris deorſum uerſus procurrunt. Atqui non ceſſandum eſt ab inſpectione, uerùm utrobiq; uenā gibbum ipſius intercurrentem perſequi oportet. Siquidem per dextram animantis partem deducet ad proceſſum, quo tenue inteſtinū ex uentriculo oritur: altera parte ad lienis concaua: cuius uiſceris in ſiniſtra poſiti, gibba ipſius pars ad extrema coſtarū, quas ſpurias appellaui, conuerſa eſt, & quicquid his ad ſiniſtra illi contiguū eſt. Concaua autem ad dextram partem inclinat, contra iecur & partes inibi ſita. Proinde uena quæ uentriculi gibbo ad lienis concauum porrigitur, eodem modo lieni inſeritur, quo etiam uētriculo ſublimis, duplici fulta peritonæo. Porrò mittit de ſe ramos quoſdam, ut in uentriculo, numero ſanè cōplures, magnitudine uerò exiguos, partim in lienē, partim in omentū: non tamen uas in lienem abſumit: ſed quod ex eo reſtat, unà cum arteriæ ſibi iunctæ reliquo decurſum uerſus per ſiniſtra ilia pertendit: ex qua parte omentū generationis ſumit initiū, & ſimul cum uaſis procedit, eatenus creſcens, quoad illa fuerint abſumpta, ramorū inſtar in ſurculos germinaq; diffuſorū. Eodem modo in dextris iliȝ omenti
D portio deſcendit, cum illius loci uaſis, quæ in uentris gibbo ſe cōtingunt. quapropter & hìc illud tanq; indicē ſecutus adamuſſim ipſius originē conſpicies. Hæ igitur ilium partes ſitū habent inter regionem ſupinā, quam ex uentris gibbo prodire dixi: & inferiorē, quam nondum ſermone explicui. utraq; uerò ex his ipſis iliū ſedi cōtinua eſt. Atqui non hoc ſolo nomine differūt, q altera ſuperpoſita, altera ſubdita ſit, imò etiā alio nō paruo diſcrimine, puta uaſorū magnitudine euariāt. Nam ſubiecta omēti portio pauciores uenas & numero & magnitudine obtinet. enaſcitur autē uentris concauo, unde & uaſa habet ex iȝ quę in uentrē inibi propagant, reliquias quaſdam ſimul ipſi deorſum uerſus abducētia. omnes hæ particulæ ſibi mutuò cōtinuæ ſunt, ac corpus unū, omentū uidelicet, conſtituūt, figura maximè marſupij & ſacculi & peræ. quod orificiū quidem ex uētriculo exortū ſuperius & inferius obtinet: totū uerò eius ſpatiū aduſq; fundum, quatenus ex dictis conſiſtit principiȝ, deorſum uerſus procedit. Id autē habere ſic euidentius deprehendes, ſi ipſum inibi abſciſſum, & nulla alia parte uel perforatū, uel diuulſum cupias ſimplere, aut liquida aut ſolida ſubſtantia. ab ea ſiquidem totū, ſi integrum ſit, & ſibi continuum, marſupiorū modo replebit. iam nullus labor eſt etiā perfectè animali eximere. nempe breues adhuc cōnexus ſuperſunt ad lienē columq; ipſum, poſtquā à primis proceſſibus totis fuerit ſeparatum. adnaſcitur itaq; nonnunquā, ſed raro, etiā iocinoris ſibræ, aliàs aliȝ, & ſpuriæ cuidam coſtæ: neq; huic uni perpetuò, ſed ut euenerit. Cæterùm ab aliȝ omnibus liberat, ſeiunctumq; eſt. non ſolùm his tribus, uentriculo, liene, & colo, quibus ſemper connexū eſt. Qualenam ſit omentū ipſum, & unde oriat, ſi ad dictum modum conſectionē aggrediaris, haud ægre inuenies. Porrò reliquis omnibus ab eo ſublatis, peritonæum detrahes, à gibbo uentriculi iterū incipiens uſq; ad imam ipſius partē, quam Græci πυλῶρον uocant, & inteſtinorum originem: ab inferiori autem extremo, ubi ſolum ipſum eſſe dixi citra neruoſam tranſuerſorum muſculorum exilitatē, ad pubis oſſa accedens. Hinc enim

A enim ipſum ueſicæ & uuluæ obtendi conſpicies. Et ſi iterum elatius per demiſſas in imo partes conſcendas, ubi medium inteſtinum, Græci uocant μεσεντέριον, & μεσάραιον, etiam lumborum partibus uniuerſis obducitur, in quibus & renes habentur, adibis hæc etiam ſi ſuperne deſcenderis. Sicut enim dixi initio, peritonæū quum unum exiſtat, ſibi continuum, tum priore uentris parte omnibus ſibi inſtrumentis obductum eſt, tum ſpinæ ſuffultum pariter & circundatum: non tamen æqualis ipſi craſſities in omnibus, quibus, ut retuli, obtendit, ineſſe apparet, ſed in quibuſdam craſſiore conſtat ſubſtantia, in nonnullis tenuiore. In iecore quidem, ueluti & prius expoſitum eſt, tenuiſſimum uiſitur: ita quoq; in liene, minus autem in renibus: craſſius in uentriculo eſt, inteſtinis, ueſica, & uuluа. Quare quibuſdam impoſuit, tanquam peculiaris pars eſſet earum quas modò commemorauimus. Tale autē meritò nimirum circa inſtrumenta creatum eſt, quæ aliquando repleta in tumorem attolluntur. potius enim erat, ut ipſum cum his ſimul extenderetur. Quod ſi admodum eſſet tenue, non citra offenſam id ſuſtineret. Hæc autē omnia peritonæo contegi, ſi prædicta ratione ipſum detrahas, addiſces: inſuper meſenterium quomodo ex eo naſcatur, cognoueris, primùm, ſi quæ circa pyloron & inteſtini productionē habentur, denudaueris, deinde continua, ueſicam, & tenue inteſtinum totum, poſtea craſſum. hæc enim omnia peritonæum orbiculatim comprehendit. At quum permulti in eis ſint amfractus, neceſſariò pars ipſorum altera gibba, altera concaua eſt: in quam ſanè uaſa, quæ per meſenterium ad unumquodq; inteſtinum excurrunt, inferuntur. per gibbam uerò neq; uas aliquod inteſtinis immittitur, neque alius quidam connexus eſt uel ad aliud inſtrumentum, uel inuicem. In his igitur partibus nō ſine ratione omnia facilè detrahuntur à peritonæo, detegunturq; : in cōcaua parte auelli magis quàm excoriari uaſis neceſſarium eſt. Ac ideo in quibus animantibus ſanguis natura humidus eſt, & aēr calidus, &
B mors non multò antè præceſſit, ſanguis ſimul ac animal fuerit iugulatum, ex uaſorum quæ abrumpuntur oris profluit. Sin autem multò antè animal ſit mortuum, uel iugulatum, uel craſſi ſucci, quemadmodum canis & leo, uel etiam aēr frigidus, ſanguis ex uaſis non effunditur. Porrò neceſſarium tibi eſt dicto modo adminiſtrationem obeunti, omnia inteſtina eximere, meſenterio in animali relicto, quod etiam meſaræon appellant, utroq; nomine ab accidentibus ipſi indito: meſenterio quidem à ſitu, meſaræo autē à peculiari ſubſtantia. nam & medium inter inteſtina ſitum eſt, & omnes uenas ex iecore in ipſum deſcendentes unà cum uici nis arteriȝ & neruis in orbem complectitur, quemadmodum inteſtina ſingula. Vbi igitur uaſis & inteſtinis obtenditur, ſimplex eſt: ubi uerò propter ligamentū ipſa interiacet, non amplius indumenti uſum, ſed copulæ qua duplex eſt, exhibet. Atq; hoc tibi licet uel citra omnem commemoratam diſſectionis conſequentiam, mox ubi uentrem imum diuiſeris, tuo marte cognoſcas, atq; alteri etiam indices. Nam acutiore ſcalpello partem cuiuſq; amfractus inteſtini magis gibbam mediocriter incidens, ut uidelicet exteriorem, ſiue membranam libeat dicere, ſi ue tunicam, diuidas ita, ut non conuulneres, ab inteſtinis ipſum utroque ſectionis labro detrahere molieris, donec ad partem magis concauam illius orbis peruenieris, ubi maximè diligentia adhibita alterutram partem detegendam ſequēre. Hinc enim accidet, ut cum duobus incideris, ne alterum quidem ipſorum ceſſare uideas, ſecundum ex duobus quibuſdam cōſtat corporibus, tertiū quinq;. Quoniam ueſica uuluaq; uno conſtant corpore, tunica eſt peritonæum, hìc mutuò ſe conſcendentes, duplex efficiunt corpus, medium inter ſingulas uenas poſitū, quę in amfractum deferuntur. his præterea arteriā quandam neruumq; admodū exiguum eſſe adiunctum diximus. Quemadmodum igitur ſingula inteſtina à peritonæo circulatim tota comprehenſa, extrinſecus conteguntur, ſic & compoſita ex tribus inſtrumentis, arteria, uena, & neruo, tanquam unum quoddam corpus

C à peritonæo obducuntur. Quum autem multæ ſint cõiugationes ex arteria, uena,
& neruo in ſingulis orbibus, inſuper multa inter eas ſpatia: in quibus duplex habe
tur peritonæũ, meſaraei ſubſtantia ex eis conficitur, omento perſimilis. Etenim &
illud quà arteriã recipit, & uenam neruumq́, ceu unũ corpus orbiculatim induit.
Quod uerò in horum medio conſiſtit, nihil aliud quàm peritonæum duplex eſt:
non tamen ſubſtantiæ ſimilitudo euidenter apparet. Præſtat autem dicere, eadem
eſſentia omenti, & peritonæi, propter pinguitudinis copiã, quam totũ omentum
inter uaſorum regiones amplectitur. Quòd ſi obeſum animal abundè ſit, eatenus
augeri pinguedinem accidit, ut interdum uaſa conſcendat: quanq́ in huiuſmodi
animantibus etiam alias pleraſq́ peritonæi partes pinguedinem habere conſpicia
mus: præſertim in quibus non grandia uaſa habentur, & uiſcera longius abſunt.
quippe à calore liqueſcit, à frigiditate conſeruatur: atq́ huius rei gratia in neruo-
ſis partibus conſiſtit, & ijs qui ocioſam uitam agunt, abundat. Talis ſanè perito-
næi, & eorum quæ ex eo gignuntur, natura eſt. Porrò meſenterij arteriæ ac uenæ,
quæ ueluti radices in gibbam amfractuum partem inſeruntur, inuicem coëuntes,
ceu in arboribus radices, ad unum omnes principium perueniunt. Itaq́ uenas o-
mnes, quæ ad iecoris portas in unum colliguntur, ex facili comperies: arterias au-
tem non ita facilè: ut quæ magis exangues ſint, & craſſiori tunica obductæ, princi
pium habeant exangui corpori contiguum, in quo totum meſenterium cum inte
ſtinis habetur. quod autem meſenterij appendiculum nominant, ligamenti natu
ra præditum, ſurſum porrigitur: cui arteriæ in ea ſpinę parte adiacent, quæ inter ſe
ptum tranſuerſum & renes habetur. Huc autem pertinet etiam meſenterij arteria-
rum principium, quod aliàs ex una radice ſtatim bipartitur: aliàs ſtatim ab initio
duplex apparet. ſed huiuſmodi in uaſorum conſectione accuratius exequemur.
Iam uerò exemptis omnibus inteſtinis, uentriculi, iecoris, lienis, renum, uelicæ,
D & uuluæ in fœminis natura conſideranda eſt. Licet etiam inteſtinorum ipſorum
ſubſtantiam qualis nam ſit, ſingula adminiſtrando diſcere: ac præſtat huiuſmodi
per ſe ex toto corpore exempta inſpicere. Nam ad lucem ipſa prout libeat poteris
uertere, & multifariam aliàs in aliam figuram transferens, omnium in ipſis par-
ticularum diſcretionem exactam tenere. Satius forſan erit ipſis propoſitis meſen
terij glandulas inſpicere: ad quas uaſa quædam ab inteſtinis porrigi manifeſtò li-
cet intueri. Necnon integrum eſt, poſt exempta quoque inteſtina ipſas in meſen
terio unà cum proprijs uaſis conſpicere: de quorum natura in conſectione glan-
dularum dicemus. Quæ igitur libris de uſu particularum ſunt comprehenſa, o-
mnia uera deprehendes in uentriculo, inteſtinis, & alijs inſtrumentis quæ ad ci
bi diſtributionem natura condidit. duas ſanè uentriculi ſingulorúmque inteſtino-
rum tunicas. ſic enim nominant complexus unde confiunt, idq́ non admodum
proprie. nam operimentum tegumentumq́, tunicæ uocabulo ſignificatur. unam
autem ueſicæ, ſicut & uuluæ. quam enim nonnulli ſecundam in his, tertiam ue
rò in uentriculo & inteſtinis arbitrantur, peritonæum eſt, ipſis obtenſum, ut præ-
monui, & in tunicam planè degenerat. At uentriculus hic ex duobus latis te-
nuibúsque corporibus conſtat, ceu plexibus ſibi inuicem coniunctis. habet au-
tem interior ipſius pars fibras directas, exterior orbiculares, quum peritonæum
nullas obtineat, ſicut nec alia quæuis membrana. Simplex enim omnino corpus
eſt totum, haud tamen arancorum telæ modo necdum contextæ. atqui inteſtinis
pleræque circulares inſunt fibræ, quibus pauculæ rectæ ipſis ſuperpoſitæ ſunt.
Omnia igit hæc cunctis ſanguineis, non modò ſex generibus animantium, ineſſe
confirmamus. item eiſdem omnibus & iecur ineſt. quę uerò iecur habẽt, ijs & lien
omnino ineſt, & meatus bilis receptores: etſi ueſicã, quæ amaram bilem colligit,
haud omnibus ideo cõceſſerit natura. Non tamen uera dicũt qui de omnibus ca
carentibus ſcripſere, quẽadmodum & Mneſitheus de elephanto prodidit. huic
ſiquidem

A ſiquidem & ueſica in iecore ineſt, totí uiſceri magnitudine reſpondens. At idem
maximæ iecoris fibrarũ ſitus in ijs eſt perpetuò, quę ipſam ſortita ſunt: non tamen
iecoris fibræ pares numero in cunctis animantibus uel genere, uel ſpecie habent,
quemadmodum neq́ magnitudo eſt æqualis tum fibrarum, tum totius uiſceris.
guloſis uerò & timidis ineſt magnũ iecur, & multifidum: item aliter affectis. qui-
bus autem magnum eſt, in plures maioresq́ fibras quàm hominibus fiſſum eſt.
Quanquã in ipſis hominibus uniuerſis nec magnitudo, nec fibrarũ numerus ſi-
milis uiſatur. Exactiſſimè igitur de ipſo ſcribens Herophilus, hunc in modum diſ-
» ſeruit. Iecur humanũ ſi ad alia quædam animantia cõferas, perquam magnũ eſt:
» & quà ſeptum tranſuerſum attingit, gibbũ eſt, & leue: quà uerò uentriculum, &
» ipſius gibbum, cauũ eſt, & inæquale. Porrò aſſimilatur cuidam rupiũ interuallo,
» quà & fœtubus ex umbilico uena in ipſum enaſcit. Vcrùm in omnibus nõ reſpon
» det, ſed latitudine, longitudine, craſſitie, altitudine, fibrarũ numero, inæqualitate
» ex anteriori parte, qua craſſiſſimũ eſt, et ſummitate orbiculari, qua extenuat, inuicẽ
» diuerſum eſt. Etenim in quibuſdam ne fibras quidem habet, ſed ex toto rotundũ
» eſt, minusq́ rectũ: quibuſdã duas, alijs plures, multis & quatuor obtinet. Hæc
itaq́ Herophilus rectè. Præterea ſiniſtram ipſum occupare partem paucis in homi
nibus, non autẽ in paucis alijs animantibus, uerè prodidit, in hoc ipſo libro ſecun-
do de cõſectionibus: ſolius quidem leporis ipſe mentionẽ faciens, nobis de alijs
animantibus conſiderandum reliquit: quæ procedenti cõmentario enarrare de-
creui. In præſentia enim quantum ad cõmentarios de uſu partiũ conduxerit, dun
taxat exequar. Vena ſuperficiaria, & caudicis nomine κεφαλικὰ Græcè appella-
ta, unde omnes aliæ uenæ ſanguineis ac pedeſtribus animantibus procedunt, uti
lium cognitionẽ præbet. Obiter uerò nõ paucas differentias cõmemorare cogor,
ſicut profectò & nunc in iocinore, cuius maxima portio in omni animantium ge-
B nere dextram ſedem occupat: quanquam & ſiniſtram, ſed non æquè in omnibus,
comprehendit, uerùm, ut Herophilus ſcripſit, in lepore plurimũ. Ego uerò & cun
ctis reptilibus, & quibus id eſt maximũ (ut timidis & guloſis) aſſero. Iam uerò in-
teſtinorum natura, quatenus inteſtina ſunt, omnium eadem habetur: magnitudi
ne autem, & numero orbium ſeu amfractuũ euariat, ut omnibus iam conſtare ar-
bitror. Elephanto ſiquidem inteſtinũ eſt latiſſimũ, equo ſimilimũ: Sui, in multos
conuolutũ orbes, & longiſſimũ: quod etiã haud mediocres in particulis differen-
tias ſortitur: eaſdem in homine & ſimia obtinet. Primùm itaq́ totus exortus, quẽ
ex pyloro inteſtinũ excipit, talibus admodum eſt anguſtus. Ab hoc quod à duo-
decim digitorũ longitudine δωδεκαδάκτυλον appellant, ut Herophilus uerè prodi
dit, multifariam conuoluitur in orbes, uaſorum complurium ſerie cõtextos, quod
ieiunum nominant, quia ſemper inane eſt. Inde tenuius inteſtinum eſt, ſubſtantia
huic ſimile. differt autẽ, quòd neq́ uacuũ reperiatur, neq́ tot uaſis ſcateat: deinde
cæcum appellatũ: poſtea colon: ab hoc in extremo rectũ inteſtinũ ad ſedem uſq́
porrectũ eſt. Sic & lien in ſiniſtra parte conſiſtit, cõcauo ipſius in dextrã conuerſo.
Atq́ uena quædam ex iecinore ad ipſum pertinet, cuius proceſſus in uentriculũ
deriuat. Poſtquã ergo omnibus lienis partibus propagines ſunt tranſmiſſæ, quæ-
dam pars huius uenæ ad gibbũ uentriculi emergit, quædam in ſiniſtrã omenti re-
gionẽ diuaricatur. Etenim & hæc in omnibus ſanguineis animantibus cõmunia
ſunt: non tamen lienis magnitudo, neq́ color idem omnibus ineſt. Quippe leo, ca
nis, omniaq́ fortia & calida animalia nigrũ affatim obtinẽt. Sus autẽ, humidioraq́
& frigidiora albicantẽ magis. Omnes igitur eiuſmodi animantiũ differentias pro
ximè cõmentario explicare conabor, quò abſolutã naturę operum peritiã conqui
rat quicũq́ in hanc rem incumbit. Nunc, ut initio inſtitui, digrediar ad id quod ex
cibi inſtrumentorũ conſectione reſtat. Vbi em peritonæũ, ut dictũ eſt, detraxeris,
& q́ hoc cum omnibus ſupra ſeptũ inſtrumentis, & illa inuicẽ conſortiũ habeant,

C inſpexeris euidenter, ſingula incidito, inijciens laminam æream, aut ferream, aut argenteam, aut ligneam. Solent autem Anatomici laminas appellare communi uocabulo huiuſmodi inſtrumenta, ſcalpella, ſpathomelas, amphiſmelas, ſpiciila, oricularia, quibus ſimilia ex ligno denſiori licet conficere, ſicut nobis ſunt ex buxo: quæ huc magis conferunt, ne ſcalpellum quandoq; confringatur. Porrò utor eis, ut dixi, uaſorum oris immittens, in iocinore quidem uenæ ad portã ſitæ, quam recentiores Anatomici, quòd aliarum ueluti caudex ſit, σελιχαιάαν nominant: & duplici gibbæ ipſius partis uenæ, quæ ſurſum deorſumq; porrigit. In renibus aũt per grandium uaſorum ſpinam occupantiũ proceſſus ad meatus urinarios: tum in alijs, ut dicturus ſum. Verùm prius de iocinore ſermonẽ abſoluam. Hoc nanq; uiſcus uenas ex meſenterio ad concauam ipſius partem pertinentes excipit. uocant autem hunc locum in quem omnes uenæ colliguntur, portas iocinoris. Hic itaq; reperies maximum uenæ os in omnibus ſanguine præditis animantibus: in quam una ex præparatis laminis demiſſa (ſint autẽ plures, hæ tenuiores, illæ craſſiores, ut ea quæ maximè congruat, utaris) per ſingulas fibras leuiter ipſam propel lens, ſubſtantiam incumbentem ſcalpello præcides, donec ad hanc uenam perue neris, in qua inſtrumentum per portas intra uiſcus dimiſſum continetur. Hoc autem ſub tenui tunica aperiri euidenter apparet. Mos enim eſt Anatomicis & uaſorum corpora tunicas appellare, ſicut paulò anteriùs in uentriculo dictum eſt. Cuius duas eſſe tunicas retuli, ſeu plexus quoſdam mutuò ſibi incumbentes. Cæterùm uniuſcuiuſq; iocinoris uenæ tunica admodum tenuis eſt, qualis nulla in toto animante alia. Hac autem detecta, ſic ut non diſtecueris carnem uiſceri circundatam, uaſis inde procedentibus intermediam adimito. ſiquidem à portis in ſingulas fibras, quotquot fuerint, uenam unam grandem porrigi deprehendes: quæ in
D multas exiles diffuſa, tanquam caudice in ramos, deinde rurſus illis ceu in ſurculos quoſdam diſciſſis, poſtea illis ueluti in germina quædam tenuia deſinentibus, quantum uaſa interiacet, totum uiſceris carne repletum eſt. Eam uocãt Eraſiſtrati ſectatores parenchyma. Hanc igitur ſubſtantiam, ſiue carnem mauis appellare, ſiue parenchyma, ſtipationis modo omnibus inter uaſa ſciſſa regionibus expoſitam, tuismet digitis poteris eximere, ut uaſa unam illam fibram, cui prius inſtrumentum præparatum indideris, amplexa, nuda relinquantur. Quod enim in una tibi fibra conſpectum fuerit, id in omnibus comperies. Itaq; ſi animal amplæ magnitudinis extiterit, unà cum uenis, & meatus qui bilem recipiunt, & arterias ipſius, dum in iecore, ſicut oſtenſum eſt, detegis, conſeruare erit integrum. Sin autem paruum fuerit, non adeò ad fibræ cuiuſq; extremum tria uaſorum genera poteris ſalua relinquere. Præſtat igitur in alijs animantibus eiuſmodi conſectiones adminiſtrare, in quibus & ſi iecur toto corpore ſit exemptum, manifeſtò propter portas & arteria, & uas bilioſum conſpicitur, ut etiam antè quàm ſit exemptũ, uenæ portæ recta. At in minutis animalibus illo exempto, nihil omnino apparet. Nondum exemptò, primam in ipſum arteriæ productionem palàm eſt intueri. Etenim arteriæ uas magis quàm uena candicat. uerùm ſequi ipſam in ramos abolitam aduſq; extremum, non amplius poteris, ſed mox portarum regionem ſpectabis, ſecutus etiam meatum ex bilis ueſica ad inteſtinorum productionis initium peruenientẽ, non multò inferius, quàm pylorus habetur. Talem uerò pylorum in nõnullis animantibus conſpicies, quæ craſſam propria circumſcriptione uentris ſubſtantiam obtineat, ubi tenue inteſtinum ex ipſa primo oritur. Quidam non prius id iocare inteſtinum dignantur, quàm in orbes anfractusq; cõuoluatur. Atq; ideo alij ſimpliciter productiorẽ, alij cũ appendice duodenũm digitorũ, Græci ἐκφυσιν δωδεκαδάκτυλον appellant. Interim meatus biliosus quà huic inſeritur, exiguũ ũc ſe ramum ſupra pylorũ emittit. Quin & particulam admodum paruã ſimul cũ uena quæ ad uiſcus portendit, in membranã extrinſecus ambientem deferri ſpectabis,

præterquam

A præterquam quòd profundius cum ea diuaricetur. Omnia itaq; hæc accuratè intuitus, deinde quà iecur maximè gibbum eſt accedes, illam ipſius fibrã incidens, cuius concaua in parte uenas detexeris. quippe uenas ſimiliter in gibba ſine arteriſs propagari cernes. At multò minus fellis meatus in hac parte uiſceris habentur: quos non ita ſolùm uocant, ſed etiam Græcè χοληδόχους, uel per o literã, uel per u ſecundam ſyllabam proferentes, ſicut & ipſam in maiore iecoris fibra ueſicam nominant. Venas autem contueberis hîc quoq; tenues ſimul & nudas quolibet indumento membraneo, quale meſenterij uniuerſis ineſt: quas etiam huius gratia nonnulli duas habere tunicas arbitrantur. Itaque uenam omnem, fibras uariè ipſam intertexentes, tunicã uerò unã habere nouimus, atq; eam peculiarẽ ſementorum ſimul & firmamentorũ deſiderans. De arteriarum uerò tunicis, in cordis diſſectione, libro ſequenti perſequar. Nunc autem ad renes ire tempeſtiuum eſt: quorum dexter in omnibus animantibus eminet elatior, nonnunquam grandem iecoris fibram attingens. Porrò à ſpinæ uaſis, arteria nempe & uena, inſeruntur in eos haud exiguæ magnitudinis uaſa: ſimijs quidem ſingula utrinq;, alijs autem quibuſdam animantibus, ut rurſus dicetur, bina. Inſuper concaua in ſeſe conuerſa obtinent, gibba uerò ad animantis latera auerſa. At in animalibus non magnis laminam demittere uſq; ad concauam maximè utriuſq; partem poteris, haud tamen in eundem ipſorum uentriculum immittere. In maximis uerò, ſi poſt mortem ſtatim indideris, manifeſtò in renes ſinum permeantem conſpicies, item quà utrunq; uas inſeritur, in plures palàm ramos diffundi. Euidenter tamen renis ſinũ cernes, & ſi animal grande non fuerit, corpore quodam membraneo circundatũ.
B aliqua uerò ipſius parte non procul à uaſorum inſertione alterum quoddam corpus obtinet, concauum & oblongum: quod nonnulli iuxta cõmunem omnium concauorum corporũ appellationem, uas nominant, quidam meatum, alij arteriam: ſunt qui uenam nuncupent. tu autẽ, ſi mihi & Platoni auſcultas, nominibus ſemper neglectis, ad rerum ſcientiã primùm & præcipuè incumbes: deinde quũ rili curam habere uides. Cæterùm os huius meatus ſenſui expoſitum eſt, licet animans nõ adeò grande fuerit. Ac duplici uia ipſi poteris immittere aliquod ex præparatis inſtrumentis tenue, ſiue amphimelon, ſiue ſpicillum libeat appellaſſe, ſin autem tenuiori opus fuerit, etiam melotiden. Interim ex ſinu renis, quũ ipſum patefeceris, ceu ad meatum, rurſus de meatu per os in renem demittis. Nominatur autẽ meatus iſte Græcè ab urina οὐρητήρ, cui peculiaris tunica adeſt, ſimiliter alijs omnibus, quæcunq; peritonæo ſuſpenſa ſunt, obducta. Fruſtra aũt de hoc meatu urinario contendunt quidam ex Anatomicis, melius ne ſit ipſum arteriam appellare, an uenã. conſtat enim una tunica, quemadmodum uenæ, non tamen ita gracili ſicut illę. Porrò ſi exteriore ipſa membrana ablata, libeat iuxta longitudinẽ diſſecare ad ueſicã uſq;, tum ueſicæ ſubſtantiæ ſimilis apparebit, exẽpto uidelicet & illius tegmine: tum meatus in ea naturam inſpicies, qui obliquus ſimul ad ipſam pertinet, & huiuſmodi internæ ipſius regionis operculũ ſortitur, quale in periſtrijs ſyphones appellati. Atqui hoc operculũ non à ueſicę ſubſtantia diuerſum eſt, ſed corporis ipſius una quædam portio ſimul cũ eius forma tam clarè concinnata, ut ab ijs ſolis adaperiatur, quæ per meatũ deferuntur. Mox aũt deprehendes quũ meatus urinarios peritonæo nudaueris, & arterias, & uenas ſimiliter ſuſpenſas ad peritonæi foramina obliquas deduci. Incipiũt itaq; ab ima regione, ubi peritonæum magnis uaſis obtenditur. Porrò quæ ad teſtes ferunt, ab exortu, ſede lumborũ relicta, ad inguinũ principia elatius procedentia, peritonæum ipſis porrectum in orbem comprehendit, tranſmittens eadem aduſq; ſublimes ſui partes, ubi utrinq; foramine peruiũ eſt. etenim quæ cum uaſis ipſius procedit, longa propagatio eſt,

C Cæterùm in quibus dixi partibus perforatum est grande peritonæũ, quod sphærę cuiusdam modo constructum esse diximus. Itaq; meatus ad testem pertinens, exigua magni in abdomine peritonæi soboles est. Qui autem ambit arterias uenasq; ad testiculos procurrentes, non sanè ab altero magno in illis peritonæo procedit: uasa quidem testes alentia, ut dictũ est, complectitur: cæterùm cum ipsis per meatum cõmeat. Proinde duplex ibidem peritonæi propago efficitur: altera ad meatum generationem, ac si uas nullum esset, deductura: altera uerò ob hoc indumentum uasorum quæ testem nutriunt, tanquam si non per meatum aliquem efferretur. Hæc igitur propter peritonæi cõmunionem dicta mihi sunt, etsi ad institutum sermonem non pertineant. Supereſt autem ut tertiam cibi instrumentorum differentiam commemorem, quæ nimirum musculi sunt: alij in abdomine, qui nõ excrementis tantum egerendis, sed ad efflationes quoq; & uoces ædendas haud parum adferunt uirtutis: alij in sede ad stringendum claudendumq; meatus extremum accommodati: rursus quum in deiectionibus eductus fuerit, reuellentes, ueluticq; ut cludant solùm appositi. Proinde in abdomine sitos statim in prima animantium consectione satius est administrare: siquidem omnino ipsos in animante discreturus es. Qui uerò in sede habentur, nisi prius intestina eximas, dirimasq; pubis ossa, clarè conspici non possunt. Quomodo igitur id facias, mihi quidem iam dicendi, tibi uerò audiendi tempus est. Quoniã pubis ossa cartilaginis interuentu in priore parte inuicem coëunt, lineam cõmissuræ inuenire diligenter conaberis. Si enim secundum illam ualens & grande scalpellum adegeris, facilè ipsa inter se dirimes. Quo facto, mox etiam cutem basi ipsorum subditam alacriter separabis, idq; citra sedis dissectionem. deinde utroq; osse prehenso, quod ilium dicitur, in exteriora detorquebis, donec & hæc à commissura lati ossis, quod etiam sacrũ appellatur, fuerint soluta. Quippe sic omnia in illa regione erunt cõspicua, quam & latum, & pubis ossa comprehendunt. Hæc igitur omnium instrumentorum quæ inibi situm habent, cõmunis est administratio. Nam si arterias aut uenas, aut neruos libeat inspicere, aut uesicam, aut uuluam, aut musculos ad grande femoris umberculum porrectos, prius pubis ossa inuicem seiunges, mox in exteriorẽ partem utrunq; ilium os torquebis, à cõmissura, qua cum lato osse coarctatur, separans. Verùm ad id quod institutũ erat, ueniundum est. Vtriq; sanè pubis ossi ab interna parte multam superpositam carnem spectabis, quæ membranoso ex ipsis ossibus profecta ligamine orbiculatim contegitur. Quantum uerò ex ea sacri ossis regioni continuum est, id ligamentum habet ex illo simul procedens, iam dicto contiguum. Hoc igitur modo quodlibet ligamentũ, tum quod ex lato osse, tum quod ex pecline oritur, unum musculi caput efficitur, non magni quidem, sed membranosi latiq; , ad sedis utranq; partem producti: quem si integrũ omnino perserues, actio ex ipso situ innotescet: multò magis, si ut ostensum est, detecto à uicinis toto musculo, et sede, mox capite quod retuli prehenso, ad illam sedem per musculum attrahas, quomodo reuellatur uidebis. Nullus autem alius è regione musculus ipsam detrahit, ut in plurimis particulis habere certum est; sed à musculis in abdomine sitis, qui unà cum septo transuerso intestina premunt, & per illos quodcunque in ipsis continetur, sedem propelli contingit, & frequenter adeò extrudi, ut ne à duobus quidem relatis musculis prompte queat retrahi. Eo igitur tempore, quo animal aluum exonerat, octo abdominis musculi pariter cum septo pro communi omnium musculorum functione tenduntur: orbicularí musculo relaxato, qui circulatim sedem complectitur. Reliquo omni tempore circulatis hic musculus constrictus sedis os cludit, quem & ipsum facilè spectabis, cute tota quæ hisce locis obducitur primùm amputata. Post hoc autem & membraneorum corporum cum lati ossis mucrone commissuram, cuti mixtam, sedis extremum gignit, quantum extra circularẽ musculum eminet. Idem uerò hic musculus, sacri ossis mucronis princi-

A nis principium sibi subiectum, ex posteriore parte continet: priore, alterius musculi interuentu peni cõnexus est, de quo in generantium instrumentorũ consectione speculabimur. Nunc autem quum uesicæ termini musculum, ubi primùm ceruix ipsius dicta oriẽ, detexeris, manifestò iam similẽ esse orbiculari sedis, tũ functione, tum usu, cernes. Quippe & hic, sicut ille, orificiũ cui est prepositus, cõstringit: unde etiã appellant uti illũ, sic hunc nonnulli σφιγκτῆρα, quasi dicas strictorẽ. Reſtant autẽ octo musculi, totam inferiorem septi regionem tenentes, qui cibi potius quàm spiritus instrumentis à natura conditi sunt, de quibus nihil præterea dicere opus est, ut quos prius in externarũ partiũ cõsectione libro superiore retulerimus.

LIBRI SEXTI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER SEPTIMVS.

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

HOC VOLVMINE, quomodo spiritalium instrumentorum consectionem administres, explicare proposui. Quum uerò communis illius quoque sermo exiſtat, quem superioris libri initio de alimenti uasis prosecutus sum, non conuenit mihi ipsum repetere: singulis autem qui hæc legunt, commeminisse est necessarium.

B Pulmo igitur, cor, & thorax, principaliora spiritus instrumenta sunt: mox arteriarum genus duplex: unum à sinistro cordis uentriculo propagatum: quæ omnes tum sibi inuicem, tum cordi, pulsandi modo respondent. Porrò omnium ipsarum unus communis ueluti caudex aliquis exiſtit arteria maxima, quam nonnulli hoc ipso nomine uocant maximam, alij simpliciter magnam, alij craſſam, aliqui rectam. Alterum genus arteriarum est quas nominant asperas. In ceruice quidem una maxima, quæ frequenti ramorum serie pulmones adit: superiori dictæ in collo grandis arteriæ extremo ueluti caput quoddam incumbit particula larynx appellata, dicitur autem hæc etiam à recentioribus Anatomicis bronchi caput, eò quòd & ipsam totam asperam arteriam non ita solùm, sed bronchum quoq; nuncupant. Hæc itaq; uniuersa ratione primaria natura condidit, quædam necessarij ad uitam ipsam usus gratia, quædam utilia, non tamen animantibus necessaria. Verùm de his in opere de particularũ usu libro sexto & septimo definitũ est. Iam uerò aliã quandam constituxit particulam, quæ & substantiæ peritonæo similis compos est, & eundem usum omnibus animæ instrumentis, ueluti illud cibi exhibet. Præterea ut peritonæum illud à græca uerbi etymologia dicitur, quòd alimenti uasis prætendatur, ita hæc succinges, quia costas totas intrinsecus succingat. Ad hæc similiter illi alias quoq; duas sortitur appellationes, ab his membrana, ab illis tunica nominata. membrana quidem ab essentia, tunica uerò ab usu: quippe araneæ modo prætenuis, ac ex toto sibi similis costas succingit: indumentum uerò est ceu tunica quædam omniũ spirationis instrumentorum. Itaq; & peritonæo exactè membrana est, quemadmodum præcedenti libro expositũ est. Item hæc succingens nomine, exactam membranæ naturam obtinet, necnon tenuis cerebri membrana græcè menix dicitur: ad hæc quæ ossa ambiunt, & musculorum ipsorum peculiares: postremo cordis inuolucrum. Atqui corpora membranosa pleriſq; in locis citra hæc consistunt: quædam ex ossibus ligamentorũ substantiæ instar procedentia, quædam ex neruosa musculorum exilitate tendinũ modo generantur. Verùm succingens hęc membrana omnibus intra thoracem instrumen-

C tis obducitur, quemadmodum peritonæo uasis quæ infra septum habentur, obtendi dictum est, ostensumq; Ex ipsa autem membranæ thoracem intercipientes nascuntur: atq; hac sola re structura ipsius à peritonæo euariat, quòd uidelicet duplex omnino sit, non una, quemadmodum illud. Porrò naturam ipsius accurate perdisces, si anterius thoracis os, quod Anatomici pectus appellant, medium dissecueris. Ad hoc autem peragendum, cultri excisorij, Græci ἐκτομεῖς uocant, ualidi simul & acuti sint adaptati: simulatque uerò opus aggrederis, prius corpora, quæ uidelicet pectus totum circumeunt, auferantur. Hoc siquidem detecto, mediam lineam exquisitius conijcurabis: cui attendens, os pectoris totũ ad mucronatam usq; cartilaginem in duas partes dirimes, & penitius ad spinam descendes, membranas inuicem seiungens. Promptius id perfeceris, si utranq; pectoris partẽ in exteriora deducas, leuiter reflectendo. Atq; ideo in hoc conatu reliquæ tibi partes uniuersę facilè obtemperabunt. In cordis autem regione non similiter. Etenim pericardion dicta membrana tunicáue (licet nanque & huic duo nomina indere, membranæ à substantia, tunicæ ab usu) pectori connexa est, quà maximè ipsius uertex, & quædam utrinq; uerticis partes habentur. Etenim tunc in conspectum hæc prodit, quum pectus dissecueris: maximè uerò & postea, quum membranas quæ totum thoracem intersepiũt, inuicem dirimis. Optimum igitur est, integrum ipsum cõseruare & illæsum: quãuis si cõuulneret, institutũ in hac consectione nõ offenderit. Si enim cor minus appareat, ne sic quidẽ spatioslę thoracis laxitates cõuulnerabuntur. Quippe crebro uiuente animali sponte totum cor nudamus, idq; ita, ut nec aliquod latum thoracis spatium perforetur. Verùm de illa consectione paulò posterius dicetur: de præsenti autem repetito sermone dicamus, enitendum esse, si liceat, ne pericardium uulneremus: sin autem uulneretur, membranæ thoracem interseptentes, ab affectu immunes permaneant, huc in præsenti dissectio-
D ne institutum dirigimus. Vtraq; siquidem membrana omni ex parte sibi cõnua apparebit, tum quæ in dextra thoracis parte, tum quę in sinistra omnem internam costarum regionem sublinit. ad hæc eam uniuersam, quæ in ipsa supra septum habetur: insuper pulmoni quoq; obducitur, quemadmodum peritonæum omnibus infra septum porrigi commemoratum iam est. Præterea sicut illud sublimia uasa, ita hæc quoq; orbiculatim cõprehendit: tum obtenditur ijs quæ in spina habent, similiter illi maximæ arteriarum inibi subiectæ, & uenæ ibidem porrectæ, quæ superiora thoracis alit: nec nõ stomacho. Inde uerò membrana ad pectus usq; ascendens duplici textura, ut retuli, procedit. Atqui tunica peculiaris pericardios nomine, diuersa ab utroq; horum existit, in medio amborũ sita, utrinq; similiter ab ipsis comprehensa. id exactè spectabis, hac quam modo refero consectione in mortuo animãte celebrata. Etenim quæ ad clauiculas ascendunt membranas interiepientes cõtuebere mutuò sibi contiguas. Vbi uerò basis cordis habetur, quam nõnulli caput uiceris nominant, pericardio tunicæ occurrantes, huic connectunt, simulq; procedunt ad uerticem ipsius figura turbinatum, quemadmodum cor. itaq; basis ipsius circularis, cordis basim coronæ modo ambit, & uertex turbinis iuxta cordis uerticẽ situs, infernæ pectoris regioni cohæresçit, cuius in extremo mucronata cartilago consistit. Non tamen ipsi cordis corpori pericardios hæc tunica cõnexa est, uerùm in alijs hominibus haud parua quędam regio intermedia est, motui cordis accõmodata, ad basim ipsius, quæ ut est expositum, orbicularis est, prodeuntibus ex ea uasis connexa, quæ clarius perceperis, quum uel totum thoracem omni ex parte aperueris, uel cor inde exemptũ seorsum per se incideris. Porrò quò sermo fiat perspicuus, singula prius nomina, quibus uti est necessarium, recenebo, hinc exorsus. Quemadmodum pulsans ipsum uiscus, cor omnes appellant: sic etiã uasa singula pulsantia, arterias nuncupant. Alias autem omnes arterias, quotquot to insunt corpore, sensu pulsantes dignoscere nullius est negocij. & omnium ipsa-
rum cum

A rum cum maiore arteria continuitas, idem hoc indicat. Verùm in pulmone pulsantes sensu admodum euidenter deprehendere nemo potest: uerùm inde, quòd sinistro uentriculo sint continuæ, coniecturam feceris. etsi quidam non coniecturam solùm, uel probabilem spem, sed certam functionis ipsarum scientiam habere arbitrantur, non tamen eodem modo utrique, quoniam ne ab eisdem quidem opinionibus omnino auspicantur. nõnulli siquidem Erasistrati sectatores uacuas sanguine quemadmodum alias arterias, ita & pulmonis statuentes, in unaquaq; cordis eleuatione spiritum per eas ex pulmone trahi asserunt: & huius transitu pulsum ei qui toto corpore per omnes arterias æditur, proportionalem. Etenim & illarum pulsum non corporis ipsarũ functione peragi, ut in corde, crediderunt, sed spiritus transmeantis copia cor compressum ipsis transmittere affirmãt. Quidam uerò eadem cordis facultate reliquas arterias, & eas quas pulmo cõtinet, cõprimi attolliq; arbitrantur. Hoc autem discriminis dicunt intercedere, quòd natiua cordi insit facultas, arterijs autem ex illo influens. Itaque secundum priorum sententiam si uel dextris omnibus totius thoracis costis, uel sinistris statim uiuo adhuc animante ad longitudinem dissectis, inspicere pulmonis particulas uolueris, quo-
ad ex asperis arterijs leues singulę de corde spiritum transsumunt, pulsus quidam
in eis percipietur. quũ autem inanes fuerint, omnino non percipietur. Secundum
alteram sectam non solùm arteriæ in ea parte pulmonis quæ mouetur, pulsantes,
dum uiuit animal, permanent: sed nihilominus quæ in detecta parte habentur.
Quid igitur ob uirorum dogmata eueniat, dictum iam est. Quoniam uerò præsenti opere de ijs quæ ex consectione apparent, sermo, non de dogmatum ueritate exploranda institutus est, ad illa te deducere aggrediar. Linea recta ad longitudinem deorsum uersus ducitur in ijs maximè partibus, ubi costarum ossa cartilagi-
B nea uisuntur. Nam uno grandis scalpelli iniectu omnes ipsæ dirimunt, quæcunq; post primã costam existunt. Ab hac solùm abstinetur, sanguinis profluuij metu, quod ex uasis cuiusdam ipsis subiecti uulnere accidere periculum est. Sin autem hoc tibi rectè successerit, pulmonis membrana quãcelerrimè detracta, deinde carne uasorum intermedia tuismet digitis auulsa detectaq;, ipsa inspicis, & tactu explorasque num aliquod in eo uas pulsum ædat. Quodcunque autem pulsare deprehendas, arteriam illud uocato. at prius quàm motus ipsarum euidenter tibi innotescat, non necesse est uel quod ex sinistro cordis uentriculo oritur, uel quod ex dextro, sic pronunciare, quemadmodum nonnulli Anatomicorum factitarunt: qui etiam in hisce appellationibus inter se discreparunt: attamen quidam ipsorum quod ex sinistro sinu uas procedit, arteriam aut uenam asserunt, nonnulli quod ex dextro. Rectius autem ij qui neutrum ipsorum absolutè nominarunt, arteriam, aut uenam, sed appendice quadam pronunciati præcipitantiam correxerunt, uel arteriosam uenam dicentes, uel arteriã uenosam. quatuor siquidem nomina duobus uasis Anatomici indiderunt. Nos autem, ceu rectius sentiẽtes, secuti sumus eos qui uas ex sinistro cordis uentriculo procedens, arteriam uenosam appellarunt: quod ex dextro, uenam arteriosam: melius esse rati, ut quoniam ipsa pulsu parum euidenter cognoscimus, uas spiritale uocemus arteriam: sed quia uenæ tunica uestitur, uenosam adijciamus. Rursus uenam altero nomine ab usu nuncupemus: quoniam uerò & hoc arteriæ corpus est, arteriosam addamus. nam optimũ (ut dixi) fuerit, pulsu & eius defectu ea discerni. uerùm quũ hoc sensibus nõ adeò clarè queat distingui, à communione quam cum utroq; cordis uentriculo habẽt, indi nomen debet, appendix uerò à corporea substantia fieri. Porrò ex ijs qui citra appendicẽ ipsam nominarũt, quidam certè soli corporis substantiæ, quidam uerò usui attenderũt. Itaq; iuxta corpoream substantiam arteria uas est quod ex dextro cordis sinu oritur: uena autẽ, quod ex sinistro contrà usus ratione: quod ex sinistro prodit arteria est; quod ex dextro, uena. Cæterùm quę corporea uasorũ substantia

C exiſtat, opportunum iam eſt dicere: hinc ſermonis ſumpto exordio. Venæ totius corporis ex peculiari una conſtant tunica. nam exterior membrana ipſis nonnun quam obhæreſcit: ubi colligari quibuſdam, aut fulciri ac contegi deſiderant, illuc ſolùm accedunt. Arteriæ uerò duæ peculiares tunicæ exiſtunt: exterior ſanè quæ lis uenæ eſt: interior autem craſſitie huius ferè quintupla. inſuper durior in tranſuerſas fibras deſumpta. exterior autem, quam etiam uenæ obtinent, rectis fibris, & quibuſdam mediocriter obliquis, tranſuerſis nullis contexta eſt. Interior arterię tunica craſſa duraq; ceu cutem quandam interna ſuperficie continet, telæ araneorum manifeſtò perſimilem, in magnis quidem arteriis perſpicuam, quam nonnul li tertiam arteriæ tunicam ſtatuunt. quarta uerò alia peculiaris ei nulla eſt, ſed ue luti quibuſdam uenarum, ita quoq; arteriis alicubi obhæreſcit & circumtenditur membrana tenuis, contegens, aut affirmans, aut connectens ipſas uicinis particulis. Atque id maximè arteriis uenisq; accidit in ima ſepti regione ſub peritonæo, ſicut priùs eſt narratum: in ſuperiore, intra thoracem ſub membrana coſtas ſuccingente. Quales igitur toto corpore exiſtunt arteriæ, tale uas ex ſiniſtro cordis ſinu procedens in totum pulmonem ramorum ſerie diffunditur. Quales autem uenæ, tale ex ſiniſtro: ut ex tribus uaſis pulmonem amplexantibus, quod à ſiniſtro cordis uentriculo proficiſcitur, arteria uenoſa nuncupetur; quod à dextro, arterioſa uena: tertium arteria aſpera, ex cartilaginibus, quæ literæ σ imaginem referunt, conſtructa. Itaque circuli cartilaginis tum in grandi arteria, quæ in collo caudicis rationem obtinet ſi ad pulmonis arterias conteras, tum in illis ipſis, ceu ramis quibuſdam ab ea productis, in priore parte ſitum habent: in collo quidem gulæ continui, in pulmone autē uenæ quam paulò antè uocauimus arterioſam. Porrò uaſorum intercapedines peculiari pulmonis ſubſtantia replentur, quā Eraſiſtratus uocat parenchyma. Hunc certè thorace exemptum, ſicut & cor ipſum, licet incidere: nō

D tamen ita ſocietatem ipſorum quam cum membranis ineunt, eſt cognoſcere, ſed eo quo nuper dixi modo. Vt enim membranas quæ totum thoracem interſepiũt, à mutuo coitu ſepares, pectus in mortuo animante longa linea diuidendum eſt, deinde utranque partem in latera inflectendum. Vt autem cordis inuolucrum adamuſſim perdiſcas, totum pectus tali modo excidere oportet. Cartilaginis mucronatæ extremum uel tuis ipſius digitis, uel hamulo uehementer attollens, reflectensq; , omnia in orbem circundata, per quæ uicinis particulis continetur, incides. Quum autem in eum modum pectoris extremum incideris, etiam in hoc ſimiliter adminiſtrationem obibis, utriuſque ipſius lateris partem ampliter præcidens, membranam uerò cor inuoluentem leuiter à ſubiectis deradens: atque ſic agens altius, donec inferiori glandij, quod θυμὸν appellant, extremo occurras: hoc ſuperius pergens, in uaſa incides. Quare animali multò iam antea mortuo, ſi aliquod huius partis uas diſſecueris, haud magnum ſanguinis profluuium excitabis: multò minus ſi nec aliter quàm iugulatum interierit. ſin autem uel recens, uel multi ſanguinis compos fuerit, nonnihil etiam ſanguinis ad cordis paniculi radicem ex uaſis cōuulneratis defluet. Quamobrem ipſo etiam ſpongia deterſo, rem propoſitam poteris inſpicere. At citra ſanguinē munus obire ſatius eſt. quippe tum alia manifeſtius licet contueri, tum cordis inuolucri radicem, non ex ipſo cordis corpore ortam, ſed ex uaſis inde procedentibus: quorum alterum eſt maxima arteriarum, ſiniſtra uidelicet parte ſita: alterum, uena à iocinore ſurſum uerſus tendens, dextram regionem ſortitur. Alia uerò duo de quibus nuper dixi, nuncupabis. horum alterum arteriam uenoſam, alterum uenā arterioſam appellō. Iam hæc clarè etiam prius ſpectabis, quàm cor tunica detexeris: clarius autem adhuc ubi detexeris. Hac enim ratione & oſſium dictorum naturam ſpeculaberē, quæ euidenter quidem corde animali exempto in conſpectum prodit, quanquam & inſito adhuc ipſo palàm cernatur. Præterea in tali adminiſtratione prēter iam commemoratum

A memoratum hoc conſpicies, nempe cor inter utraq; thoracis ſpatia medium conſtare, ut motus ipſius indicat. Quod in partē ſiniſtram potius uergit, id duplici de cauſa eſt. Primùm, quia ſpiritus cōceptaculum ceu uentriculus hic cōſiſtit: deinde quia totū ad hanc magis inclinat. Non enim ut baſis ipſius media exactè thoracis læuam dextramq; regionē interiacet, ſic etiam uertex, quoniā neq; decliuis omnino de propria baſi ad inferius extremū porrectum eſt, ſed ad ſiniſtram, ut dixi, regionē deflectit: ac ideo in relata adminiſtratione ſingula hæc fieri apparet: uerùm multò euidentius, ſi non ſolùm pectus, ſed etiam coſtarum cartilaginea excindas. Cæterùm ad hoc munus ualēs magnumq; ſcalpellum habeto, ut omnes ipſas inſequentes uno ictu pertundas, illuc potiſſimū ſectionē dirigens, ubi primùm oſſea cuiuſq; coſtæ ſubſtantia deſinit, cartilaginoſa autē generat: quam cum in alio animante prænoueris, in quanā coſtarum parte habeatur, in alio functionem obibis. nam uerbis ipſam exactè interpretari difficilimum eſt. Quomodo autē ſermonis indicio ad experientiam promptius peruenias, iam tibi recenſebo. Coſtæ ſingulæ deorſum uerſus ſimul & prorſum obliquè feruntur, ex ſpina ducentes originem. nam duplicibus inibi articulis cum unaquaq; dorſi uertebra cōmittuntur. Quum uerò hunc in modum obliquæ ſimul & gibbæ tendentes, externā ſuperficiē, quam thorax foris eminet, totam maximè extuberantē reddiderint, inde quodammodo inflectunt, non magis ut ab initio prodiderunt, deorſum uerſus tendentes, ut quæ ad pectus oblique attollantur. ibidem igitur cartilago oſſis uice generata, diuerſam quoq; naturā obtinet, & facilè acuto ſimul & ualenti ſcalpello poteſt incidi. talia uerò in tabellis ueteribus, à capite dictis cephalicis, habentur. inſuper equorū medici eiuſmodi ſcalpra uſurpant. quare etiā tibi huiuſmodi cartilagine ſecanda ad manū ſint, quemadmodum uides mihi quoq; præparata. Ac thoracē ue

B luti cōprehenſum nunc eſt diſſecato: reliquas autē ſingulas particulas pro portione, ut antea de pubis oſſibus docui, & ſermone inſequenti rurſus de aliis dicetur. Rectam igitur utraq; parte lineam deorſum uerſus per totius thoracis regionē inclines, uti lineę utrinq; ductę diffiniunt: ſed adminiſtrationē, ut paulò antè perdocui, à mucronata cartilagine exordiri præcipimus. Atqui multò euidentior omnium quæ intra thoracem habentur, ſitus, in mortuo uidelicet animante euaſerit. Iam uerò parte ipſius pectori uicina in totū unà cum cartilagine coſtarū particulis excīſa, ſi coſtarum partes uertebris cōtinuæ ſint, uehementer reflexeris: quandoquidem & me tanta ui id agentem conſpicis, ut plerunq; aut oſſium nonnulla perfringantur, aut uincula ipſorū ad ſpinam ſita diuellant. Quòd ſi tu quoq; ſimiliter peregeris, omnes thoracis particulas palàm intueri queas: multò magis ſepto à coſtis abſciſſo: inſuper hoc magis adhuc, ſi duabus coſtis inuicē diremptis, omnē carnem intermediā præcīdas. Verùm hoc uſu tibi omnino ueniet, quū thoracis ipſius particulas amputaueris. Ad cordis autē partes, quarum mentionē facimus, nondum talis ſectio requirit. quippe ſatis eſt ſi pectus ſolùm pariter cum partibus coſtarum ei præpoſitis excindatur: quod cartilaginoſum eſt, & contrarium oſſeis ſitum obtinet. Illa ſiquidem à ſpina in priorem inferioremq; regionem obliqua deferuntur: hæc autem exorſa quo indicaui modo ad pectus obliqua porriguntur. Itaq; & cauam uenam manifeſtò ad iugulum uſque recto tramite procurrentem ſpectabis, & capitis proceſſus, quos aures nominant, peculiarem naturæ ſortientes ſubſtantiam: quæ in alia nulla particula habeatur: quemadmodum profectò & cordis ipſius eſſentiam, quædam enim particulis ſibi ſimilibus dictis reſpondent: ſubſtantia uerò haud examuſſim eadem, ſed ſingulis ipſis ineſt quædam proprietas, quā uerbis queas deſcribere: in conſpectum autem producere nequaquam. Quæ enim uiſu tantum aut tactu manifeſtò dignoſcuntur, ea uerbis doceri accurate non poſſunt: ducere uerò aliquem ad exquiſitam ipſorum inſpectionem poſſunt: uelut quis ſi dicat cor ex fibris ſitu diuerſis conflari, ſed carne ſimplici ſingulis ipſis

C circumhærente. quippe commune est hoc musculis omnibus, uentri, intestinis, uesicæ, & uuluæ. Neque uerò fibræ æquale robur ac crassitiem in omnibus continent: neque caro eandem omnino figuram, sed musculorum rubicundior est ac mollior, ea quæ in uentriculo, uulua, uesica, totaq; intestinorum substantia habetur: cordis autem, durior, simul & fibris magis euariat. Siquidem musculi fibras positu simplices obtinent: cor autem non simplices, quemadmodum neque peculiaris uuluæ tunica, neq; uesicæ. At qui negligentius inspicit, is musculi corpus substantiam, sicut nerui, ligamenti, & tendinis, nihil hæc discrepare putabit. Sed de simplicium primariumq; partium differentia dictum iam est alibi, dicetur q;, si res postulet, etiam in præsenti commentario iterum. Porrò quòd corporea cordis substantia permultum à musculo differat, abundè demonstratum est: ut cuius actio, illius testimonium perhibeat. Est enim cordis motus non arbitrarius, nec cessare quoad animal uita fruitur, potest. Musculorum autē functio subinde quiescit, ac rursus excitatur, animantis arbitrio subseruiens. Atq; omnes periti naturæ interpretes, tum philosophi, tum medici fatentur actiones substantiæ proprietatem imitari. Huius rei gratia, quæ quidem particulæ eandem substantiæ speciem possident, similiter operantur, etsi diuersis permultæ insint animantibus, quæ uerò non habent, diuersa harum est functio: quamuis unius animantis existant particulæ. Cor nanque totum simílem cuilibet cordi functionem obit: & thorax thoraci, & pulmo pulmoni: renes autem & uesica neque horum alicui simílem, neque iocinori & uentriculo. Quapropter neque musculi eandem cum corde functionem habent, quoniam neque substantiam. Certè si quis cor & musculum quemlibet pariter coctum, utrunq; gustare uoluerit, haud mediocrem ipsorum gustu differentiam deprehendet, quemadmodum si lienem, uel renes, uel pulmonem, uel uentriculum, uel iecur, & linguam, uel aliam quampiam particu
D lam gustauerit. Non enim omnia sicut tactu & uisu, duritia & mollitie, densitate, & coloris differentijs, ita uero & gustatu euariant. Qui uerò propterea cor non eandem cum musculis functionem habere dicunt, quòd neruorum mouentium compos non sit, uerùm, ut illi arbitrantur, sensilium, multa simul in oratione delinquunt: primùm sanè in ipsa substantiæ inscitia. etenim cor quouis musculo durius est, & fibrarum uarietate sicut & colore palàm discrepat: ad hæc multò adhuc magis gustu etiam. nam & hæc maxima substantiarum differentiæ nota est. Sed mihi uidentur nunquam cor elixum esitasse, alioqui certè nouissent quantum à carnibus euariet, aut neq; hæc ignorassent, puta carnes uniuersas musculorum esse particulas. Hæc itaque in cordis substantia delinquunt, quæ ipso sensu potest innotescere. Præter hæc omnia alios in neruorum natura errores committunt, quòd cerebrum sibi uniuersis ex partibus simile arbitrantur, nisi quòd nonnullæ ipsarum magis, aliæ minus molles existunt. Per alios sanè neruos uim sensoriam partibus infra caput sitis transmittere: per alios autem omnem motum arbitrarium. Omnes autem neruos utranque habere facultatem ratio est: uerùm molles ad sensum aptiores, duri ad motum existunt. Nam ab ipsa radice pluries discissa, apparent quidem nerui in musculos, alij in alias particulas inseri, quemadmodum & in tertia ipsorum coniugatione & sexta nihilominus habere nouimus, à qua cor exilem quendam neruum accipit, unde non modò cor, pulmo, iccur, uentriculus, & mesenterium insuper totum unà cum intestinis, sed etiam uniuersi laryngis musculi, ac alij quidam propagines recipiunt: sed nihil intelligunt qui cor musculum esse dicunt: neque quoniam neruis, ut ipsi autumant, motorijs caret, ideo quidem motu uoluntario destitutum est, pulsatilem tamen acquisiuit. Oportet enim aliquam & huius functionis esse causam: uel ex neruorum substantia ipsam suppeditari dicent necessariò, uel natiuam uisceri existere. atqui ex neruorum essentia non est. omnia nanq; eius participarent, quibus & nerui communicantur,

A cantur, ac præcisis ipsis, cordis pulsus cessaret: sed neutrū fieri conspicimus: quare superest uelut pulsatilem ex ipsius cordis corpore oriri. Non autem oriretur, si uiscus eandem cum totius corporis musculis naturam obtineret. At quòd cor thorace exemptum diu moueri uidetur, haud mediocre argumentum est, ipsum nihil neruis ad suam functionem obeundam indigere. Horum igitur ignari nobis uidentur, qui cor musculum esse existimant: nec intelligentes actionis ipsius excellentiam ex sua uisceri substantia necessariò inesse. Quapropter maximè errāt qui cor musculum esse censent: minus autem, qui cordis stomachum ex simili planè musculis substantia constare opinantur. Propius enim substantiam ipsorum accedit tunica exterior transuersis contexta fibris: nec tamen hæc exactus musculus existit. Porrò si ex neruis cor pulsandi munus haberet, & stomachū idem obtinuisse conueniebat. Nunc autem deglutientibus iterumq; euomentibus submitti uidetur: quod & uentriculo, & intestinis accidit: quandoquidem & hæc ab interioribus ipsorum comprimuntur, non tamen pulsatilem motum ædunt. In illo igitur hallucinati sunt insigniter, ut qui nescirent omnino tum musculorū, tum cordis munus, & facultatem. Mihi uerò quòd animosæ uirtutis cor sit initium, & nativi caloris ueluti fons quidam, in commentarijs de Hippocratis & Platonis placitis demonstratum est. Nunc autē ad propositi operis peculiaria digrediamur, ab auribus cordis auspicati: quas ad similitudinem quandam aurium propriè dictarū maiores uocauerunt. Vt enim illæ capiti utrinq; annexæ sunt, ita & hæ cordi neruosiores ac magis cuticulares ipso cordis corpore manifestò apparent. Eatenus enim figuram ipsorum describeris; quanquam satius (ut dixi) foret, talia usui tacuique committere: quibus solis colorem substantiamq; corporis est discernere. Porrò hæ particulæ & colore nigriores sunt, & corpusculis cuticularibus manifestò similes, sinus cuiusdam ante cor efficiundi gratia: ob quam rem ipsas natura &
B concauas & cuticulares condidit: concauas quidem, ut sinus producerent: cuticulares autem, ut cordis motum promptè sequerentur, quemadmodum in libris de usu particularum declaratum est. Duæ uerò hæ sunt, in utroque uasorum materiam inuehentium singulæ: in dextra quidem parte, quà uena in cordis sinum inibi inseritur: in sinisteriore uerò, quà arteria uenosa. Has aures quum aperueris, tum ipsum cordis corpus in conspectu erit, tum ex dictis orificijs utrunque: deinde membranę insertioni ipsorum incumbentes, tres quidem in sinu dextro, duę uerò in sinistro. quarum structuræ figura, similis telorum cuspidi est, ideóque & trisulcas nonnulli Anatomicorum ipsas nominarunt. Sed hæc quidem & corde thoraci exempto accuratè licet intueri, sicut etiam reliqua duo orificia uasorum: quæ materias ex dextro quidem uentriculo in pulmonem educunt, uenæ arteriosæ: ex sinistro autem in totum animantis corpus, grandis arteriæ. In quibus iterum tres utrinque membranas ad σ literæ similitudinem factas conspicies, extra cor tendentes, ueluti trisulcas intrò. Priusquam uerò cor ex animante auferas, cauæ uenæ ramos omnino considera: de quibus iterum in uasorum consectione dicemus. ad hæc glandium magnum, quod Græci uocant θυμὸν: item cordis panniculi radicem. insuper examina quomodo à dextro sinu uena quædam ad spinam portendat, quintam dorsi uertebram conscendens: præterea quod eadem uena ad hunc perpetuò locum in omnibus animantibus porrigatur, in quorum consectionibus te exercitari consuluimus. Non tamen in omnibus à dextra cordis auricula: sed in quibusdam cum uena caua hanc permeans, ad iugulum deducitur. His animantibus & simiæ annumerantur. Quæ uerò cor ipsum enutriunt, perpetuò in omnibus animantibus ex sinu illo prodeunt: ac uocant ea, cor inuoluentia: quoniam bina numero totum ipsum perreptant, quemadmodum à læua parte duæ arteriæ maioris soboles, post primū extra membranas processum in ipsum cordis corpus perueniunt. Quæ, ut retuli, melius corde animali

C exempto inſpiciũtur, ac magis in animali grandiore. Omnibus enim ſimiliter in-
eſt, quum nulla ob magnitudinem in ipſis ſit differẽtia, ſicut Ariſtoteles autumat:
ſed clarior in magnis cordibus eſt ſpeculatio: quoniã & ipſorum os, quod magnis
ineſſe animalibus arbitrantur, atq; his non omnibus, etiam alijs natura conceſſit,
haud tamen os uniuerſis exactum, ſed cartilaginem. Sic enim in totum ſe habet in
cunctis animantibus tum os, tum membranæ, quas triſulcas, Græcè triglochinas
diximus appellari: & arterialium uaſorum radix ſubſtantiæ duræ omnino appen-
ſa eſt, ſed non in omnibus æquè duræ: quoniã in minutis leuiter cartilaginoſa eſt,
in grandioribus exacta cartilago, in ualde grandibus cartilago oſſea: & quanto a-
nimantis genus corporis mole uaſtius fuerit, tanto plus oſſeæ ſubſtantiæ cartila-
go ſortita eſt. Et in maximis, ubi plus oſſeæ ſubſtantiæ gignit, conuenit ipſam tunc
appellare os cartilagineum, non cartilaginem oſſeam. Quod enim in his anima-
libus producitur, non cartilaginis adhuc exactæ naturam, ſed corporis ex neruo
& cartilagine conflati repręſentat. Nullum uerò miraculum eſt, in minutis ipſum
animantibus confectionũ rudes penitus ignorare, quum & in grandiori frequen
ter ipſos lateat. At quid dico in grandioribus? Nuper elephanto maximo Romæ
iugulato, pleriq; medici ad ipſius diſſectionẽ conuenerãt, diſcendi gratia, duos ne
cor haberet uertices, an unum: & uentrículos ne duos, an tres. Ego autem uel an-
te ipſius conſectionẽ aſſerebam eandem cordis ſtructurã cum alijs omnibus ani-
malium aërem ſpirantium inuentum iri, quæ etiam ipſo diuiſo apparuerunt. item
os ipſius ſine negocio reperi, unà cum familiaribus digitos admolitus. At inexer-
citati ſperãtes id quod in alijs animantibus apparet, ceu in magno ſe inuenturos,
ne elephanti quidem cor os habere putabant. Ego autem oſtenſurus ipſis eram,
niſi familiares riſiſſent, quòd attonitos illos ac ſenſus expertes propter loci igno-
rantiam conſpicerent: & quum adhortarentur ne indicarẽ, ſubticui. Corde uerò à
D Cæſaris coquis exempto, miſi aliquem ex familiaribus in huiuſmodi exercitatis,
rogatum coquos, ut os ipſius eximi ſinerẽt: atq; ſic factum eſt. ſeruatur idem apud
nos etiam hodie, eximiæ adeo magnitudinis, ut ab ijs qui intuentur, nullo modo
credi queat tantum os medicos latuiſſe. Ita ſanè & maximè in animantibus parti-
cularum inexercitatis ignorantur. Ac miri nihil eſt, ſi præter alia multa etiam in a-
natomis Ariſtoteles errauerit, qui triplicem ſinum cor habere in magnis animali-
bus exiſtimat. Quòd igitur in conſectionibus parum exercitatus circa partiũ in-
uentionem errorẽ commiſerit, neq; mirandum eſt, & condonare homini cõuenit,
ubi enim qui totã ſuam uitã huic ſpeculationi dedicarunt, quemadmodum Mari-
nus, in pleriſq; falſi ſunt, quid exiſtimandum eſt ijs accidere, qui repente, ceu heri
aut nudiuſtertius ipſam adierint, perſuaſi ea, quæ prius non uiderunt, ut denuo
inſpicere non aggrediantur? Ego itaq; deos omnes iuro, multa quę prius nequaq;
mihi erant uiſa, deinde aliquando me animaduertiſſe. atque inter hæc cordis os
exiſtit, quod neq; ubi ſubditũ ſit, neq; an omnibus inſit animantibus, à præcepto-
ribus edoctus, nõ dubitaui ipſum inuenire, uiſcere in minutas partes cõciſo. Hæc
ſiquidem tutiſſima inquirendi ratio uidebatur. Poſtquam uerò ſemel offendi ſu-
ſpenſas ibidem membranarũ radices, & arterialium uaſorum proceſſus, primùm
equidem animum induxi, oportere in omnibus animantibus naturæ artificiũ hoc
ſcopo coniecturari: deinde per ipſam quoq; experientiam factus certior, primos
partium dictarum proceſſus ſequebar. procedenti tempore quum hiſce in rebus
uerſarer, momento ipſas toto prius corde ablato citra negocium offendi, & fami-
liarium haud pauci ſitus oſſis in corde regionem quampromptiſſimè inueniunt.
Atqui me adminiſtrantem non uidit, ſed libris edoctus ad conſectionem accedit,
detecto quidem ſiniſtro ſinu, aperto autem in longum toto aortæ proceſſu, his in-
quam rite factis, ſi ſtudioſè radices aortæ ſequatur, & membranarũ, ex facili ipſum
reperiet. Etenim huius radix, & uenæ arterioſæ, inſuper earundem membra-
rum, in

A rum, in ipſo cordis oſſe habetur. Hæc igitur omnia, ut dixi, extracto animantis cor-
de, in conſpectum ueniũt: præterea ueluti foueæ in utroq; ſinu penitius proceden-
tes. quòd ſi in recenti animali diligenter ſectionem moliaris, exactè comperies.
Quinetiam licet uaſa cor inuoluentia cernas numeroſa ramorũ ſerie inuicem iun-
cta in id diffundi: totum autem ueluti iter occupare, quà ſinus committuntur. Cæ-
terùm toto corde nudato, uidebis profectò ſiniſteriore ipſius uentriculum ad ſum-
mum uerticem pateſcere: dextrum inferius multò ceſſare, & circumſcriptionem
ſubinde propriam habere, idq; in magnis animalibus, ut equis, bobus, & camelis,
multò magis in elephantis, nonnunquã uerò in minutis etiam. nam gallum quiſ-
piam dijs ſacrificans, cor inuenit duobus faſtigiatum uerticibus: deinde ratus id
eſſe augurium, huius interpretes diſquirebat. caſu autem in me incidens, duo in
uno animante corda, quum dijs ſacrificaret, ſe inueniſſe dixit. Atqui duo non e-
rant, ut arbitrabatur, ſed dextri uertex circumſcriptionem peculiarem habebat.
Nam ſciendum tibi probè eſt, animal uel elephante grandius, uel alauda minu-
tius, quod aërem ſpiret, ſimilem cordis ſtructuram obtinere. Præſtat autem non
ſimilem dicere, ſed ſpecie eandem. Quale autem piſcibus, uel in totum ijs quæ in
aqua uiuunt, cor inſit, procedenti commentario docebimus: in præſentia prius de
animalibus aërem ſpirantibus examen conſtituemus. Itaque horum omnium e-
andem cordis ſtructuram inuenies: ſimiliter & pulmonis, qualem paulò ſuperius
enarraui. Vnum uerò in ipſis reliquum adhuc eſſe uidetur, quod in neruorum
conſectione explicabitur: tum de hoc uiſcere, tum de corde. Ad hæc cordis auricu-
las extra uentriculos ipſius conſiſtere dicemus: uerùm ſi quis partes ipſius uiſce-
ris exponens, ſicut Herophilus, ampliorem orificiorum numerum producat, etiã
hoc ab Eraſiſtrati noſtraq; ſententia diſcrepare uidebit. nam omnia uaſorum cor-
dis orificia quatuor eſſe diximus. Quomodo autem exactè diſcernas, ex commen-
B tarijs de diſſenſione Anatomicorum conſcriptis perdiſces. Nam & in his quatuor
apparentibus Anatomici inter ſe diſcordant, quæ primo uolumine de ipſorũ pla-
citis pertracto. Siquidem unum uenoſæ arteriæ os in ſiniſtro uentriculo habetur,
ad quod etiam membranæ introrſum uerſus portendunt: non tamen unũ diutius
permanet, ſed ſtatim ima intercapedine in quatuor particulas diſciſſum eſt, qua-
rum ſingulæ in ſingulas pulmonis fibras porriguntur. Quòd autem pulmonis fi-
bræ non impares numero, ut iocinoris exiſtunt, ſed in omnibus animantibus de
quibus uerba fecimus, duæ in dextra ipſius parte habentur, duæ uerò in ſiniſtra,
apud omnes in confeſſo eſt. Inſuper conuenit, ſi non inter omnes, certè inter eos
qui exactius diſſecant, in dextra thoracis parte quandam fibram exiguam ueluti
alterutrius ſobolem conſiſtere. Facilimè ipſam comperies, ad uenam concauam
animum dirigẽs. illi ſiquidem ſubiacet, quà primùm thoraci relicto ſepto incidit.
Nonnunquã & concauitatẽ quandam in ſuperficie manifeſtò eſt conſpicere, cui
uena, dum uiuit adhuc animal, affirmat. Nam poſt obitum pulmo ſemper colla-
pſus & exiguus apparet, haud pauca ipſius & thoracis facta intercapedine, con-
trà quàm uiuo animali habebat. ac de hoc in ſequẽtibus agetur, ubi totũ de corde
ſermonẽ abſoluerimus. etenim ſupereſt dicendum, quomodo ipſum uiuente ad-
huc animali citra thoracis ſinuum conuulnerationem detegas. Itaq; ſi paulò antè
dicta de panniculi cordis in pectore connexu, in memoriam reuocaueris, haud æ-
gre quo pacto cor detegendum ſit cõperies. Planum nanq; eſt, neq; aliter quàm in
mortuo animante nudandũ ueluti prædiximus. Sed potius eſt forſan totũ ſermo-
nem perſpicuitatis gratia repetere. Sit igit iuuenile adhuc animal, ut ſcalpello ſe-
ctionẽ ſine cultris peragas exciſorijs, quos uocãt Græci ἐκκοπεῖς, figureẽ reſupinũ
in aſſere, quales permultos mihi præparatos uides, & paruos, & grandiores, quò
unus aliquis animali quod ſupra ipſum extenditur, proportionalis reperiat. Hic
aſſer duo foramina habebit, per quæ tenues funiculi, imò etiam craſſius aliquod

C corpus facillimè queat trahi. Docebitur aliquis ex famulis, quū resupinum allee-
ri inclinat animal, uincula ei quatuor circundare: singulis cruribus unum, & uin-
culorum extrema deorsum trahere, inuicemq; illi colligare. Pili, si grandiores in
pectore animal habeat, & hi auferentur. Hæc quidem incidendi animantis præpa-
ratio est: tu uerò, ut didicisti, propter ipsum pectus recta deorsum uersus linea ad-
usque mucronatam cartilaginem grandi scalpello diuidito. Mox inde conuersus,
transuersim scalpello adacto pectus à subiacentibus liberabis, utro libeat modo,
siue cum mucronata cartilagine, siue etiam solum. Inde totū ut habet eodem scal-
pelli ictu adibis, similiter secans per pectus ad illam usq; partem, qua mortuo ani-
mante cordis inuolucrum ipsi subhærescens cōspexeras. Hæc itaq; in mortuo etiā
animali facere tibi præcipiebam: in uiuo autē idem sanè administrationis modus
est, quantum ad sectionem pertinet: uerùm nonnihil præterea accedit, de quo ijs
qui me dissecantem uiderunt, non opus est plura dicere: qui autem non uiderūt,
illis exponere oportet, quòd ex thorace arteriæ & uenæ ad præcordia elabuntur
propter mucronatæ cartilaginis radicem: singula utrinque paria: quibus pertusis
necessariò in dicta consectione sanguinis profluuium accidit, & præsertim ex ar-
terijs. Nihil autem adeò uniuersam manus operationem in animantis corpore so-
let perturbare, ac sanguinis profluxio. Quod præscientes, quatenus primū erum-
pentem ex arteria sanguinem uideris, finita iam decliui linea, quamcitissimè scal-
pellum in transuersę sectionis figuram detorquebis, sicuti est explicatum. Sinistrę
uerò manus digitis duobus, indice puta & magno, illam pectoris partem compre-
hendes, qua arteria sanguinem profundens apparet, ut simul alter digitus orificij
sit operculum, simul ex ambobus tuta ossis totius fiat apprehensio. Porrò conabe-
ris duo hæc munia uno subire tempore, scalpello quidem secare quamcelerrimè,
decliuis lineæ termino priorē transuersam cōnectens, deinde accliuem: digitis au-
tem pectus semper reflectere. nam hoc probè reuulso, sanguinis fluorem sistis sta-
tim accidit, sectione uidelicet alterius orificij à chirurgo retenta. uideturq; pericar-
dij connexus, qui ad sectionis finem te ueluti manu deducit. nam pectore reflexo
xo ima pars alta euadit, & sanguinis fluor tali figura decrescit. Ad hæc uasorum
quæ in superna regione simul cum pectore flectuntur, & non statim in pronum
uergunt, situs collabitur, quoniam ab interna parte duo grandium arteriarum ue-
narumq; coniugia pectori subdita sunt, quas ad radicem mucronatæ cartilaginis
ad præcordia elabentes in hac manus administratione præcidi diximus. Alia ue-
rò, qua costarum nodos uolui diuideres, ubi primùm ex osse in cartilaginem de-
generant, nullus sanguinis profluuij ob uasorum paruitatem metus est. Commo
dè uerò sectio illa per alteram partem ducitur ei qui pulmonis adhuc uiui arterias
uolet inspicere. Porrò quæ hîc mihi proposita est, ad alia conducit, de quibus ite-
rum dicetur. cæterùm illæsas utrasq; thoracis concauitates seruato. Iam uerò alia
quædam tertia administratio est, quæ quidem uiuo adhuc animante celebratur,
sed à priore dicta uariat, eò quòd in utraque thoracis particula similis sectio du-
citur. Huius igitur usum paulò posterius audies: primam abundè iam satis didici-
sti. Proinde opportunū est de modò proposita inaudias, quā optimè obibis corde
quidem detecto, finibus autem thoracis inuiolatis. Nonnunquā igitur dicta iam
administratione cordis panniculus diuisus est, subinde uerò illęsus permanet. Por-
rò utrisque commune est, ut diuidas ipsam, quoad cor detegatur, nec membranas
quæ thoracem intersepiunt, conuulneres. nam qualibet ipsarum læsa, animal in
illa symptomata incidat necesse est, quæ in sequenti sermone thorace confosso
euenire dicentur: at corde denudato omnes ipsius functiones incolumes seruare
licet, quemadmodum etiam seruantur. siquidem & respirare similiter & clamare
animal uides, ac, si à uinculis ipsum liberes, currere sicut prius consueuit. At si uul
nus uinclis adhuc cōprimas, etiam cibum assumere, si esuriat, conspicis; & bibere,
si sitiat.

A si sitiat. Et quid miri est? quum Marylli Mimographi puer curatus sit, uiuatq; ad-
huc: etsi cor aliquando ipsi fuerit detectum? Verisimilius est igitur, animal rationis
expers, quanto minus homine afficitur, nihil ab huiusmodi uulnere pati. Quoni-
am uerò semel curati mentionem feci, nihil mali fuerit, omnia quæ ipsi euenerūt,
percensere. Nam propter historiæ utilitatem, etiamsi ad præsens opus nihil atti-
neat, non abs re fuerit ea cōmemorare. Ictus puer ille in pectore apud palæstram,
neglectus primùm est, deinde parum probè curatus. post menses quatuor pus in
parte percussa apparuit. hoc auferre cogitans medicus, puerum incidit, &, ut pu
tabat, subitò ad cicatricem uulnus perduxit. postea rursus inflammatio oborta est,
mox quoque abscessus, iterum sectus puer est, nec amplius cicatrix obduci potu-
it. Quapropter herus ipsius pluribus medicis conuocatis, inter quos ego quoque
eram, deliberare super curatione pueri iussit. Quum autem sideratio, quam Greci
σφάκελον appellant, pectoris affectus uideret omnibus, appareret autem & cordis
à sinistra ipsius parte motus, nemo affectum os excidere audebat: quippe arbitra-
bantur thoracis perforationē necessariò futuram. Ego autem citra perforationem,
ut medici quoq; appellant, adhibitam, pollicitus sum me excisurum. de absoluta
uerò curatione nihil promisi, quum incertum esset, num aliquid ex ijs quæ pecto-
ri subiacent, fuerit affectum, & quatenus affectum. itaque regione detecta, ampli-
us nihil in pectore læsum apparuit, quàm quod ab initio statim uidebamus: quare
etiam magis ad manus operationem uenire sum ausus. Quum iam fines, quibus
arteriæ & uenæ subhærescunt, utrinque illæsi occurrissent, affectumq; ab eo po-
tissimum loco excidissem, in quo talis pericardij uertex consistit, quumq; nudum
cor appareret, quippe inuolucrum ipsius computruerat, ob hoc quidem haud bo
nam statim spem de puero habebam, attamen in totū breui temporis spatio persa-
natus est, quod non accidisset, si nemo affectum os abscindere ausus fuisset: nemo
B autem tentasset, nisi in administrationibus anatomicis præexercitatus. Alius qui-
dam eodem tempore putrificū uitium ex humorū decubitu in brachio subsecans,
insignem arteriam, particularum membri ignorantia diuisit, subitoq; ob sanguinis
profluuium cōturbatus est: & quum uix laqueari ansa ipsam posset excipere (erat
enim profundior) repente quidem ex sanguinis fluore periculum repulit, sed alia
ratione hominem iugulauit: gangræna uidelicet propter laqueum occupante ar-
teriam maximè, & primùm, deinde omnia ipsa circundata. Hæc igitur ex multis
pauca obiter dicta sunt, quæ cordatis lectoribus præsentis commentarij utilitatem
indicant. Sed iterum ad propositum initio sermonem reuertor: in quo tria admini
strationis genera uiuo animante celebrari dicebam, partim inter se communia,
partim priuata. uel enim arterijs pulmonum inspiciundis una satisfacit sectio ad
costarum flexus deducta; uel etiam præter hanc alia quædam in reliqua thoracis
parte facta: cuius utilitatem mox dicturus sum. His succedit tertia administratio,
qua cor quidem detegitur, thorax autem non perforatur. nullum siquidem mira-
culum est, uulnus thoracis quoddam fieri, perforationem non fieri. siquidem no-
minant sectionem, quæ in spatiosam pulmonis sedis capacitatem penetrat, perfo
rationem. Reliqua uerò omnis diuisio ipsius, uulneratio quidem dicitur, perfora-
tio non item. Quorsum igitur cor sic denudare conducit? Primùm, ut quali modo
pulset, clarè conspiciamus, & num quando attollitur, thoracem feriat, pectoris re-
gionem accedens: an quo tempore demittit. Secundum est, ut magna in animali
arteria detecta, sicut me illam, quæ apud inguina habet, nudare cōspexistis, exactè
cōsideremus, utrū quando cor attollitur, arteria submittatur: & quando cor demit
titur, ipsa attollatur: an ambo eodem tempore & submittant, & eleuentur. Tertiū,
ut digitis, uel etiam forcipe cor excipientes, quemadmodum ego facitare consue-
ui, quòd facilè ipsum digitis exiliret, intueamur quali nam symptomate animans
corripiatur. Ad hæc, ut eos qui dicunt, si laqueo exortum grandis arteriæ, uel, ut

C quidam alij aiunt, uenosæ intercipias, quæ in pulmones defertur, huiusmodi sym-
ptomata animali euenire (dicunt autem non eadem omnes) mendaces ostenda
mus: quoniã neq; funiculus aliquis nisi thorace perforato circundari potest, neq;
si circundetur, stringere adeò arctum radicem arteriæ, ut orificium ipsius obstruat.
quod autem dicant cor citra perforationem ne detegi quidem posse, usu & expe-
rientia comperi. At si quis etiam cogeret ipsos statim thoracem perforare, hoc asse-
qui dicunt esse difficile, eoq; administrationem in posterum differũt. Nam si pro-
spere detectio succederet, laqueo utiq; circumposito, ostenderent manifestò quæ
erant polliciti. Nos igitur secus ac illi quę pollicemur etiam re cõprobamus. Nam
corde ex facili detecto citra alicuius membranarum, quę thoracis capacitatem cõ-
sepiunt, læsionem, hortamur ipsos laqueum uasis cordi insertis circundare. Hi ue-
rò eatenus, uerùm sine profectu urgentur, donec membranam aliquã diuellant,
faciantq; perforationem. tunc enim ne manum quidem admoliri amplius oporte
re dicunt: nos autem protinus in alio iterum animante cor denudatum ipsis exhi-
bemus, cogimusq; denuo aggredi, quoad se turpiter in ijs gesserint, quæ superbè
iactitabant. Etenim uasorum exortum fune excipere non possis, cordis autem ba
sim possis: uerùm animal statim commoritur. Tale quid etiam ei qui dicebat, ue-
nosa arteria fune intercepta, ubi cor citra thoracis perforationem fuerit denudatũ,
pulmones semper manere dilatatos, accidit, multis testibus à quodam ex familia-
ribus nostris reprehenso. Tanta quidã arrogantia simul & audacia de ijs quę igno
rant, apud indoctos pronunciant, & præsertim quum de uenosa arteria differunt,
quę intra cordis auriculam quoq; discinditur. Alij autem, tanquam singularis ipsa
oriatur, laqueo iniecto duo hæc animali accidisse aiunt: nempe ut omnes quidem
arteriæ toto corpore redderentur immobiles, tanquam facultate spiritus ipsas re-
D plentis destitutæ: pulmo autẽ pari interuallo persisteret, corde nihil interim illinc
trahente. Alij uerò produnt, laqueo asperę arteriæ circundato, pulmonem moue-
ri se ostendisse, nihil adijcientes præterea ijs quæ dicunt aut perscribunt: nam hæc
quoq; à nonnullis memoriæ prodita sunt. uerùm omiserunt quomodo pulmonẽ
submitti conspexerint, utrum sine thoracis perforatione, an eo perforato. nam u-
trunq; absurdum est: perforato quidem, omnia quæ ad respirationem ministrant,
destruuntur: antequam uerò perforatus sit, nequaquam ipsum queas intueri, nisi
forte costa excisa succingentem membranam conserues integram. quanquam ne
hoc quidem dicãt qui huiusmodi nugantur. Verùm de his iterum in propria tho-
racis consectione peragemus. Ad ea quæ in corde denudato apparẽt reuertimur.
Restabat enim tertius administrationis modus, quo thorax propter costarum fle
xus incidítur. Notum uerò est, animal statim in tali operatione suffocatum emori,
respiratione uidelicet pereunte. Atq; hęc in corde apparent. Prius autem sermone
repetito, manus officium exequar, ne uel minimum relinquatur indiscussum, ob-
seruumq; . Cognitis iam exactè in mortuo animante nodorũ locis, quibus singu
læ costæ flectuntur, memoriæq; mandatis, animal aggredere. Vbi resupinũ prius
ipsum quo docui modo figuraueris, administratio erit talis: Pili ex illis thoracis
sedibus auferuntur, quas incisurus es: duas lineas ad animalis longitudinem duã-
cis, costarumq; nodos sicuti est expositum dirimis. Deinde aliam rursus transuer
sam lineam tertiam per mucronatam cartilaginem incidis, ubi uidelicet arteriæ &
uenæ occurrunt. sed in præsentia nõ est quòd sanguinis fluorem magnopere exti
mescas: quippe non statuis nunc uiuum conseruare animal. Lineam tamen, ut nu
per dixi, sub pectore toto reflexo duces post treis sectiones nominatas, pericardiũ
à pectore liberans: quod si etiam uulneraueris, & totum quomodocunq; pertude
ris, sine cordis tamen offensa, nihil sis ad præsentia solicitus, quoniam in tali anato
me proponis utrosque cordis sinus æque pulsantes contemplari, non (ut quidam
censent) solùm sinisteriorem. Cæterum euidentius adhuc quàm antea uidebis ar-
terias

A terias aut uicissim, aut eodem tempore & numero per totum animal eleuari, sub-
mittiq;. Hæc igitur confestim ipso detecto innotescunt: procedenti uerò tempore
breues utriusq; uentriculi motus longis interuallis intercipiũtur. Iam uerò dextri
sinus eleuatio peculiari ipsius natura perficitur: & huiusmodi spectabis potissimũ
ubi propè immobiles cuaserint. Primùm etenim utraq; ipsorum quæ ad uerticem
consistunt, moueri cessant: mox quæ his proxima sunt. atq; hoc fit perpetuò, do-
nec solæ bases moueri relinquant. Et his demum cessantibus, languidus breuisq;
motus ex longis interuallis in cordis auribus apparet. proinde huius rei euiden-
tis quænam sit causa, in ocio disquirendum censeo, non enim ratio est superposita
diutius ipso cordis corpore moueri. Atqui nobis non institutum est hoc opere cau
sas perscrutari, sed ea duntaxat quæ in consectionibus apparent. Quæ igitur ne-
cessaria utiliaq; scitu in corde habentur uiuo adhuc animali administrantibus, di-
cta propemodum sunt omnia. satius autem foret, ad ea quæ in thorace & pulmo-
ne uisuntur, digredi. Quoniam uerò nõnulli eorum qui se arteriam sanguinis ina
nem euidenter ostensuros promittunt, inuerecundè nugantur, alius alium de ijs
quę ex consectione uidentur, mendacij arguentes, horum causa etiam hic diutius
subsistere oportebit. Quum igitur unus aliquis promitteret magnam arteriam san
guinis uacuam se ostensurum, nunquam autem ostenderet, etsi iuuenes laudis cu
pidiores animalia ipsi afferrent, hortarenturq; ut indicaret, non sine pręmio factu-
rum se respondit. Mox quũ illi mille denarios in medium deposuissent, ut si osten
deret, mercedis loco acciperet, multa quidem hæsitabundus cunctandi diuerticu
la quærebat. at quum omnes qui aderant, eum urgerent, ausus est sumpto in ma-
nus scalpello sinistram thoracis partem incidere, ubi potissimum facto foramine
magnam sibi arteriam euidenter apparere putabat. Porrò tam exercitatus in ana-
tomis repertus est ut super os sectionem duceret. Alius ex hoc grege intercostale
B persecuit, sed confestim prima sectione tum arteriam, tum uenam pertudit. Itaq; ir
ridentes ipsum adolescentuli qui mille denarios apud spectatores deposuerãt, ipsi
pollicita illius explerunt. nempe dissecuerunt, sicuti apud me didicerant, intercо-
stale, sed ita, ut nullum uas cõuulnerarent: funiculis autẽ duobus celeriter circun
datis, uno quidem post exortũ statim ex corde, altero quà arteria spinam conscen
dit, quemadmodum iactabundi illi promittebant, animante mortuo quantum ar
teriæ in funium intercapedine habetur, sanguinis uacuum ostenderetur. ubi uerò
sanguine uacuũ non inueniretur, coincidentiam, quam παρεμπτωσιν uocant Græ
ci, in ipsam tunc esse factam dicebant, quando funes circundarentur: tanquã alius
quidam, nõ illi ipsi huiusmodi administrationem promisissent, neq; unquã ipsam
præ alijs experti, aut ocyus ipsi laqueos circundare calluissent: quibus ne id quidẽ
erat cognitũ, quòd iuxta infernam ossium costarum regionem & arteria, & uena
porrigitur. Talis est qui securim quadruplici cuspide excogitauit: deinde neq; ean
dem unquam præparauit, neq; expertus est: non tamen uerebatur per hanc ipsam
polliceri arteriam sanguinis expertem se ostensurum. Erat porrò huiusmodi ali-
quod ipsius somnium. securim quadruplici acie censebat quadrangula figura ad
unum uerticẽ tendẽte faciundã: deinde in uertice ipsius manubriũ trajiciendum,
quale ligones securesq; possident: postea prono extenso animali cuidam securim
iuxta spinã ipsius uehementer impingendam, ut uno ictu quadrangula quædam
figura spinæ incideretur peculiari circumscriptione: in qua quòd magna arteria cõ
prehenderetur, uacuum sanguine inuentum iri asserebat. Sed hoc ridiculorum
mimos scribentibus ad risum excitandum dimittamus, ac aliam administrationẽ
commemoremus, qua senex aliquis septuagenarius admodum grauis arteriam
sanguinis indigam ostensurum se prædicabat. nam animal unum quoddam esse
uolebat ex ijs quæ excoriabilia nominantur, exempli gratia uel ouem, uel bouẽ,
uel capram, diuidi uerò in quadam particula, ubi magna post cutem statim arteria

C exiſtit: hanc autē excoriari ac detegi uicinis corporibus, ut nulli cohæreat: poſtea ſectione per cutem ſeruata, diebus ſex aut ſeptem inſecutis, labra ulceris dirimentes, funes duos arteriæ circundare, quàm fieri poteſt plurimùm inuicē diſtantes: deinde medium ipſorum excindere. inane ſiquidem repertum iri. Itaque ſeptuagenarius ille adminiſtrationē hanc nunquam auſus eſt experiri. quo audito, nos ſtatim eam aggreſſi ſumus: factoq; ipſius experimento, capram & ouem ſicanté præparatam ſeni attulimus, admonentes expergefactus tandem uideret uel ſomnū reprehenſus, quæ ipſi in ſomno apparuerint. Inſuper & alius quidam non multò antè adminiſtrationē, quam in libro tradidi, cui titulus eſt, An ſanguis ſecundum naturā inſit arterijs, alio modo narrabat quàm ipſa res ſe haberet. Demirantes igitur ipſius audaciam, qui adminiſtrationē apud me ſpectauerant, quærebant num ipſe unquam obierit, an relatu alicuius didicerit. hic autem ſæpiſſimè ſe obiuiſſe reſpondit. Allata igitur ipſi capra, oſtendere cogebant. Quum autē nollet, quòd nimirum ignoraret, oſtenderunt præſentibus aliter ſe habere rei euidentiam, ita in poſterum modeſtiorem reddiderunt. Adminiſtratio talis eſt. Vna ex grandioribus arterijs, quæ in cute extant, cuiuſmodi iuxta inguina eſt, nudatur. maximè ſiquidem in illa conſectionem hanc facere conſueui. Funiculus altiori ipſius parti circundatur: deinde ſiniſtræ manus digitis quàm fieri poteſt longiſſimè à funiculo arteria ſtringitur. priuſquā uerò grandem ramum de ſe miſerit, recta linea ad longitudinem diſſecatur: tantum, ut cauum aliquod corpus inter laqueum & digitos queas inſerere. Itaq; præparetur calamus prætenuis ex eorū numero quibus ſeribimus, aut æreum aliquod eiuſmodi de induſtria factum, quod digiti unius longitudinem habere ſufficit, unde manifeſtum euadit, hac in adminiſtratione nullum ſanguinis fluorem ex arteria diuiſa accidere: elatiori quidem parte, unde ſanguis deſluit, fune intercepta: demiſſiori uerò ob funem non amplius pulſante, & à digi
D tis conſtricta. Multo igitur ocio corpus concauum, quod in arteriam demittitur, licet tibi diuiſæ tunicæ ipſius parti ſubijcere: deinde lino tenui arteriam ſimul cum calamo orbiculatim comprehendere, curantem ne ulla pars calami arteriæ ſectionem erumpat. Sit autem calamus tali craſſitudine, ſicut dixi, ut in arteriæ tunica nihil laxum hæreat. Volumus nanq; in loco ipſum perſiſtere, neq; altius quàm arteriæ diuiſio eſt, elatum, neq; demiſſius. Quo facto, laqueum ſolues: & digitos quibus arteriam ſecuritatis gratia conſtringebas, ſi libeat, ad partem ipſius transpones, quæ calamo confinis eſt. Sin autem, ut retuli, impactus fuerit, ligatusq; diligenter, non magis tenere te opus erit, ſed ocioſus ita poteris conſpicere, ſuperiorem quidem calami arteriæ partem etiamnum pulſare, ſicut antea: inferiorem autem pulſu omnino deſtitutam. Proinde quod reuera apparet ita habere dicimus. Verùm Eraſiſtratus aliter de ipſo uidetur ſentire, nempe imam calami portionem moueri. Talis eſt quorundam audacia, qui temere de rebus nunquam uiſis ſententiam proferunt. Quare ſi in adminiſtratione nullum uoles ſanguinis effluxum arteria ſecta fieri, integrum eſt non modò ſupernis, ſed imis quoq; partibus funem circundare, quem uidelicet poſtea reſolues, ubi calamum impoſueris. Atqui ego non circundo, cupiens arteriæ corpus ab illiſu & contuſione liberum conſeruare. Iam uerò nonnulli alias quoq; adminiſtrationes recenſent, quibus arteriā ſanguine uacantem oſtenſuros ſe pollicentur, tanquam aut facere quippiam aut ſapientius, aut melius adminiſtrare Eraſiſtrato poſſent. nam ille prorſus, ſi quis planè adminiſtrationis modus eſſet, qui abundè ſatis arteriā inanem queat oſtendere, prior excogitaſſet. quemadmodum quē in hœdis nuper lactentibus ſcripſit. ſed illum quoq; ipſum experientia uerum non eſſe comperies. Porrò non ſolùm in hœdis, ſed etiam alto quolibet animante, quod liquidam in uentriculo ſubſtantiam contineat, ſumes experimentum. Et quo ſubtilior fuerit, hoc facilius in arterias reſumetur. Initio igitur aiunt, ſimul ac meſenteriū denudatum fuerit, arterias aërem imitantes

A tantes apparere, poſtea lacte repletas conſpici. Si igitur aëris ſpecie occurrunt, omittas conſiderare: etſi multi de eo quòd lacte ipſæ repleantur, in utranq; partem fruſtra contendant. in hoc enim falſitas ſermonis continetur: ac licet experiare in omnibus animantibus, nedum hœdis, non modò lacte uentriculum ſcatere, ſed qualibet humiditate. Neq; enim ſi lac, ideo ſtatim tranſmittitur, uerùm propter humiditatem facilè oris arteriarum ad uentriculum pertinentiū incidit: quia uerò euacuatum ſubſequitur, ut ille ait, protinus attrahitur. quapropter quanto humiditas lacte ſit tenuior, tanto promptius reſumetur. Verùm, ut retuli, ne in uno quidem unquam uidimus ipſum reſumi, neque alius quiſpiam uiſurus eſt, ſi experimentum eius facere ſtatuerit.

SEPTIMI LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER OCTAVVS.

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

INSVPER hoc quoq; uolumen de ſpiritus inſtrumentorū conſectionibus adminiſtrandis pertractat, quas ſubinde monſtrari conſpexiſtis. At quia non uobis ſolùm, quibus liber uiſorū commentarius eſt, me accommodare propoſui, quemadmodum & prius dixi, ſed aliorum quoq; omniū qui conſectionibus incumbunt, rationem habere neceſſarium eſt, ita ipſum conſcribam, ut etiam ijs qui nunquam eas ſpectarunt, quàm fieri poteſt clariſſimè euadant. Quę
B igitur in corde & pulmonibus tum mortuo, tum uiuo adhuc animante contueri oportet, propè uniuerſa libro ſuperiore dicta ſunt: item de ſpirandi inſtrumentorū membranis omnibus. Proximū ijs eſt, ut totius thoracis ſtructurā prius ſermone interpreter, mox ea quæ in uiui adhuc animantis conſectione apparent. Quemadmodum igitur qui loci naturam enarrant, oſtenſis prius finibus ipſum circumſcribentibus, deinde ad particulæ huius diſciplinam accedunt: ita ego quoque fines qui thoracem circumſcribunt, prius delineabo. Vt igitur breui ſermonis compendio totum complectar, thoracem nominant, quod à coſtis comprehenditur. Sunt autem hæ omnibus, quæ prius retuli animantibus in duodenum numerum porrectæ. Rariſſimè ſiquidem decimatertia coſta uiſitur, atq; hac adhuc rarius undecima. Atq; hæc ita rara ſunt, ut inter mille uix unum tali coſtarū numero inuenias. In totum uerò omnibus animalibus, de quibus in hoc opere uerba facimus, duodecim inſunt coſtæ: & præterea in ijs quæ clauiculas obtinent, elatior thoracis finis clauiculæ exiſtunt, quemadmodum demiſſior omni animantiū generi ſeptum tranſuerſum, quod Græci φρένας & διάφραγμα nominant. Sedes omnibus coſtis duplex, prior pectus, poſterior uertebræ ſunt, quæ totidē numero planè, quot & coſtæ habentur. Pectus ſolidum os apparet ob ſtructurę concinnitudinē, quam ipſius particulæ in contextu ſortiuntur. membranis autem deraſis, quòd & plura oſſa ſint, & numero totidem, quot cum eo coſtæ committuntur, palàm innoteſcit. Nam anterius cuiuſcq; coſtæ extremum inferiori oſſium ſingulorū, quibus pectus conſtat, extremo, & coſtæ finis attenuatus in mediam pectinis oſſium connexus regionem demergitur: ut in quibuſdam animantibus nō magis elatiorum oſſium extremo, quàm humiliorum capitibus, ſed utriſq; pari modo coſtę committantur. Septem itaq; priores thoracis coſtæ in hunc modum articulantur. Octaua ad radicem cartilaginis, quæ in mucronem gladij modo exacuitur, conſiſtit. Reliquæ uerò quatuor in thoracis latera deſinunt, tantum priori parte deficientes, quanto euā

C aliȝs breuiores sunt. Minima inter ipsas est quæ postrema habetur. Aliæ enim sin-
gulæ pro situs ordine quantum longitudine uincuntur ab elatiore, tantum humi-
liorem superant. Omnes igitur retro cum dorsi uertebris coarctantur, idq; dupli-
nodo: altiori quidem ad ipsum uertebræ corpus, humiliori ad lateralem ipsarum
processum decliuem. Hinc autem in priorem infernamq; regionem procurrentes
obliquæ longius, quum iam anterius fuerint, ibidem etiam cessant. Desinunt etiã
hîc cartilagineæ, ac reliqua ipsarum pars in minutioribus natura animantibus car-
tilago prorsus efficitur: in maioribus autem si osseam cartilaginem ipsam dixeris,
nihil erit peccati. Et hæc cartilago non ut ab initio costæ ex toto porrectæ sunt de-
orsum uersus obliquæ, sic & ipsa defertur, sed contra illas uersa, sursum ad pectus
portendit, nonnullis quidem animantibus magis in orbem, aliȝs ueluti ab angulo
trianguli. At quæ ad pectus non pertingunt, nothæ græcè appellantur, quali di-
cas spuriæ & illegitimæ. totæ autem cartilagineæ admodum existunt. multò ma-
gis ipsarum finis non cartilagineus, sed cartilago exquisita censetur. ab huius autẽ
cartilaginis partibus intimis septum transuersum ducit originem. Elatior autẽ ante-
teriorq; ipsarum pars ipsi mucronatæ cartilagini subnascitur: quemadmodum po-
sterior & demissior spinæ adhærescit, in medio maximè, quà sedem uertebrarum
anteriorem conscendunt, simul expanduntur deorsum uersus per duo ligamenta
ualida imis uertebris iniectæ. Quæ ligamenta, si animal grandi uoce prædituȝ fue-
rit, aut musculis natura nerueis, ualentissima sunt, ac longissimè procedũt: uerùm
desinunt inibi circiter uigesimam secundam deorsum uersus si numeres uertebrã.
in ijs quæ exilem uocem, & musculos thoracis imbecilles obtinent, cuiusmodi &
simia est, neq; crassa, neque ualida. Verùm superior pectoris finis cum prima sem
per costa committitur, quemadmodum & alter. Insuper in ijs quæ clauiculas ha-
bent, etiã coarctatur: non tamen hæc articulatio ad thoracis motum subministrat.
D uerùm motus thoracis ad priora costarum extrema obscurascunt. nam ibidem pe
ctori cõmittuntur. manifesti autem posterioribus, qua per articulos ipsas cum uer
tebris formari diximus. Atqui nõ omnes musculi, qui thoraci quocunq; modo co
hærescunt, motus ipsius gratia creati sunt, uerùm, ut quinto uolumine traditũ est,
quidam à pectore, & costarum sedibus sursum tendentes, humeri articulo subser
uiunt: quidam ad abdomen descendentes, suos usus habent. quippe thoracem
paululum detrahunt, quemadmodum qui costarum extremis à foris obiecti, iux-
xta pectus prorsum, & uertebras retrorsum artuũ iuncturas constringunt, & tho-
racem leuiter comprimunt. Porrò totum ipsius motum gubernat inferius septum
ipsum transuersum, dum intenditur laxaturq; uicissim, dilatãs comprimensq; in-
didem terminum, ac attrahens ab ima parte per mucronatam cartilaginẽ pectus.
costas autem spurias sursum leuiter, & prorsum. Iam uerò suppeditant respiratio
nem, quæ naturale opus, non animale esse putatur. siquidem ima thoracis pars
unà cum præcordijs in hac uidetur manifestè moueri: superior interim prorsus nie-
hil, interim obscurè. At musculus non modò substantia, sed usu quoque septum
transuersum duntaxat efficit. Verùm præceptores nostri non rectè censuerunt so
lum septum mouere thoracem in respirationibus, attollens quidem quum tenda
tur: collabi autem in sese permittens quando relaxatur. Quomodo autẽ largiter
ac uniuersim efflemus, aut uocem emittamus, ne conati quidem sunt dicere. Cæ-
terùm & rectos thoracis motus, quos in scribentibus uidemus, ac omnibus qui se
acriter quomodocunq; exercent, septi functione perfici existimabant. Intercosta-
lium autem musculorum, tanquam frustra procreati sint, nullam plane mentionẽ
fecerunt, quemadmodum neque sex illorum qui à collo deferuntur, quorum ma
ximi scapularum summitatibus subhærescunt: hos sequuntur magnitudine ante-
riores: minimi uerò ex spinæ uertebris prodierunt. Insuper nec corũ meminerũt,
qui costas sursum attrahunt, nec eorum qui extremas detrahunt. uerùm dictum
est prius

A est prius libro quinto, quomodo optimè in ipsis exercearis, necnon de scapularũ
anterioribus uerba fecimus, qui cum thorace quidem, quatenus etiam cum dor-
so, societatem ineunt, motum autem nullum ipsi præbent: sicut neq; de spinalibus
quicquã prodiderunt, qui thoracis uertebris subhærent, & adnexi sunt: insuper
nihil de ijs qui imæ parti stomachi substrati sunt, ut nec de ijs qui superiorem con-
tingunt, qui spinam sanè flectunt, nullam autẽ spirandi particulam adiuuant: quẽ
admodum qui thoracem attollunt uel deprimunt: de quibus in respirationis cau-
sis peragetur. quare hæc nunc perstringere propositum mihi non est, quæ probè
in illis commonstrauimus: uerùm docere duntaxat, quomodo congruè aggredia
ris ea ostendere, quæ in opere illo diximus circa thoracem apparere symptomata.
Quinetiam in libris de thoracis & pulmonis motu haud pauca ex eis quæ in con
sectionibus uisuntur explicuimus, de quorũ administratione nõnihil etiam nunc
dicere conuenit. Porrò dictum mihi est & in commentario de respirationis causis,
libros tres de thoracis pulmonisq; motu à me esse compositos, quum nihil adhuc
mentione dignum proprio marte inuenissem, & ab amico præter animi mei sen-
tentiam traditos excidisse, quemadmodum & pleraq; alia. Aequum nanq; puta-
ui, ut quod iam inde ab adolescentia nouum alij inuenissent, hoc solum in com
mentarios redigerem: ac ideo quę à maioribus dicta sunt, non eram tanquam mea
scripturus. Exercitamenta tamen unumquenq; sua scribere, nõ modò à culpa re-
motum, sed etiam utilissimum existimaui, sicut & amico roganti gratificari. Quum
igitur præceptores nostri (erant autẽ hi inter Quinti & Nomesiani discipulos præ-
stantissimi) pulmones quomodo Erasistratus scriptũ reliquit demonstrassent, nos
duobus primis libris de thoracis & pulmonis motu demõstrationes prodidimus,
& eorum quæ in consectionibus apparent: unde ad demonstrationes argumenta
suppetunt. Tertius ipsorum, qualisnam thoracis motus existat, edocet, ex præce
B ptorum sententia & hic compositus. At quæ me autore prius de thoracis motu in-
uẽta sunt, alio indicaui opere, cui De respirationis causis titulum indidi. eodem bi
partitam singulorum intercostalium musculorum productionem exposui, qua-
lis natura sit, & quot numero sint totum thoracem mouentes, & neruorum ipsos
ingredientium principia. Quemadmodum igitur omnia in commentario illo tra
dita demonstrauerimus, iam explicamus, à primis intercostalibus musculis exor-
si, quorum fibras superficiarias ab elatiore costa ad humiliorem leuiter obliquè in
anteriora pertinentes conspicis. Paulatim uerò has dissecans, in animali commor
tuo (præstat enim in cadauere prius esse exercitatũ) tunc internas accedes situ his
aduersas, ut ambo ad χ literæ similitudinem habitum inter se exigant, quem usq;
ad cartilaginosas singularum costarum particulas conseruari uidebis: in illis autẽ
euanescunt. Etenim exteriores fibræ talem indubiè situm occupant, qualem interio-
res sortitæ sunt: contrà anteriores, qualem exteriores possident. At in musculis co
starum, quas nothas, id est spurias, appellant, ad finem usque ipsorum eadem fi-
brarum natura consistit: quoniam hæ nullo flexu incuruantur. Maximè uerò eui
dens in hisce musculis fibrarum inspectio est animali iam uetulo simul & extenua
to. Itaque exercitatus in cadauere superficiarijs fibris ab altioribus secernendis,
idem rursus in uno animante hoc pacto emoliaris: atque tunc nos in symptoma-
tum, quæ ob fibrarum sectionem obtingunt, enumeratione, uera prædicare dices.
Porrò tractauimus de his iam pridem in commentarijs de respirandi causis, nihilo
tamen minus etiam nunc agemus. Quò autem sermo euadat dilucidior, nihil ma
li fuerit, aliud ipsi initium statuere, in eum modum. Primùm in mortuo animali te
uelim singulorum quæ dicentur, situm examussim cognoscendo assuescere: ut in
uiuo celerius ipsa citra sanguinis fusionem, quatenus fieri licet, detegas. Quare
in musculis intercostalibus proxime os costæ, arteriam, uenam, & neruum, in ima
cuiusq; ipsorum parte comperies: propius autem ipsum neruum. Proinde quum

C in mortuo animante superficiales fibras incidis, prius te exerceas ab humiliore co
sta auspicatus: ac dissoluens earundem consortium, paulatim aduscp altiorem dis
secato, nulla ex parte ueritus aut uas, aut musculum, aut neruum incidere, donec
propter costam superpositam peruenias. Hîc autem diligentiam adhibeas opor=
tet corporibus, quæ fibris incidendis subiacent. nam hæc tria mutuò se contínge
re uidebuntur, nempe arteria, uena, & neruus. Ac medio inter summas altásque
fibras situ neruum cernes, si fibras adamussim sequaris. Plures tamen superficia=
riæ fibræ ijs quæ in alto habentur, esse apparebũt: quoniam & re ipsa plures sunt,
& profundiores iuxta nerui situm magis attenuantur. Vt autem in animante uiuo
uel exteriores fibras sine internis diuidas, uel etiam internas cum ipsis citra mem
branam costas succingentem, satius est in sue exercearis. Etenim animal ampliſſi
ma præditum uoce, aptissimum est ad consectiones, in quibus & uox quædam
offenditur. Hoc meritò præceptores nostri ignorarunt, ut qui relatam anatomen
nunquam fuerint experti. Verùm utrisque fibris dissectis, uocem simul, & quam
nos appellamus efflationem animantis, interire res ipsa tibi persuadebit. Præstat
igitur in huiusmodi administratione suem magnã adhiberi, ualens enim ei mem=
brana, costas succingens, inest: cui diligentia adhibenda, ne perseces. hac enim
secta, dum thorax attollitur, non parum aëris extrinsecus ambientis in mediam
thoracis pulmonisq; regionem trahitur: dum autem submittitur, hocipsum rursus
per uulnus egreditur. Notum uerò est, respiratione per animantis os facta, tan=
tum necessariò ob uulnus perire, quantum circumflui aëris inuicem ipsius thora
ci extrinsecus influit. quantum autem per os ad necessarium sibi usum inspiraue=
rit, tanto minus efflare. Quanto autem efflatio increuerit, tanto uocem sequi bre
uiorem necesse est. Nam hoc quoque in commentarijs de uoce ostensum est. At
qui in hoc opere causas eorum quæ animantibus in anatomis accidunt, interpre=
D tari superfluum est, ut quas suis locis explicuerimus. In præsentia non de neruo=
rum functione demonstrationem quampiam producere statui, sed quæ illis in li
bris ex anatome apparentia meminimus, eorum administrationes sermone interc=
pretari, quas iam plerique sæpius conspexerunt, & ne pauci quidem obire que=
unt. Hoc igitur solum in sequentibus libris agemus, dicemusq; iterum prius quę
etiam ueteres Anatomici cognouerũt. Incisa nanque linea notabili per membra=
nam costas succingentem in quocunq; intercostali, animal semispirans protinus
& semiuocale redditur. Sin autem in altera thoracis parte æquè secta fuerit, spira=
tio & uox abolctur: quemadmodum etiam si in contractione thoracis per sectio=
nes inaniti aëre extrinsecus illapso, eas obtuaueris, respirabit confestim animal,
uocemq; emittet. Procliue autem est ipsas obserari, labris sectionum simul con=
tractis, simulq; manu quæ ipsa contrahat, in operculum nõ obturati adhibita. Sed
hæc quidem, sicut dixi, euidentia omnes nouerunt, qui in anatomis industriam
collocarunt. quòd autem utrisque fibris sectis in omnibus musculis intercostali=
bus non uox modò, sed efflatio quoque interit, nostrum inuentum est: quemad=
modum etiam quum solis neruis præter dorsi medullam sectis, inoffensæ quidem
musculorum fibræ seruantur, actio autem aboletur. ac potior est hæc adminístra=
tio, quòd symptoma animantibus obuenies accuratius indicet. Etenim fibrarũ in
musculis sectio, dum per costarũ longitudinẽ à dorso usq; ad pectus ducenda est,
in omnibus quidem costis, quę inferius quàm elati thoracis musculi habent, quos
ex collo ad ipsas pertinere diximus, promptius efficit, & nullum ex musculis tho=
racem mouentibus actione cneruat, sed ipsos duntaxat qui inciduntur. sin autẽ in
supernis intercostalibus, etiam illos cogitur incidere, præter q̃ scapulas integras
auferat. Proinde melior est administratio, quæ partiũ diflectione constat, mercos=
talcs musculos dissoluens. Perages autẽ ea parte, qua primũ spinales musculi cir
cũscribuntur; nempe in uertebrarũ lateribus, licet autẽ hos quoq; conseces, at per
carnem

A carnẽ altã neruo detecto, haud procliue hamulum subdideris, quali potissimũ in
uaricũ curationibus utimur. Exiguus profectò longitudine omni ex parte ibidem
neruo detecto subijcietur, ne membranam succingentẽ perforet. Siquidem acu=
tus admodum etiam cõuulnerauerit interdum, retusior multo uix corpora neruo
subdita penetrat. Itaq; nec acutum nec hebetem nimium esse cõuenit, sed eatenus
in extremo attenuatum, ne subditus neruo à subiectis musculi fibris retineatur, o=
mnes autem ipsas promptè permeet. Postquam igitur tali hamulo neruum totum
eleuaueris, statim ut habes, ei hamum ordinatè subijcito: ut si spicillum uel eiusmo
di quippiam cuique subieceris, super neruum ipsum elatius uehatur. Deinde pre=
hensum digitis à principio, quod in dorso spinalis est medullæ, detrahas, idq; ceu
ad costarum longitudinem, ubi prius situm obtinebit. At dum neruum uehemen
ter adeò tendis, fit interim ut à medulla spinali abrumpatur, & ad intercostales mu
sculi functionem obliterandam euertendamq; nihilo sit deterior, alteri uerò cuis=
dam mox dicendo noxam affert. Non itaque eò tendas, ut nerui radix auellatur,
ubi tetenderis, acum obliquam linum habentem ei submittes: qua sub neruum
traiecta linum ipsi subditum habebis. quo digitis prehenso, uinculum inde neruo
circundes, spinalem medullam quàm fieri potest proxime. Vis enim nimirum to
tum in ea musculum infirmare: quod statim omnino assequeris, si neruum prius
debilitaueris. Id ipsum procliue est, si propter ipsius radicem laqueum circundede
ris. Licet & citra acum hamulo perforato opus administrare, sicut in neruis iuxta
arterias carotidas fieri consueuit. Idem tibi facere integrum est etiam si tecum ali=
quando solus examines, quali nam animal affectu ob neruos sic interceptos cor
ripiatur. At quum ostendis, satius est linum neruis omnibus subiectum sine uin=
culo præparare. clamat enim sic affectum: deinde subitò obmutescens ob neruos
B linio constrictos, spectatores reddit attonitos. nam miraculum esse uidetur, neruis
exiguis in dorso laqueo interceptis uocem perire. Porrò complures in huiusmo=
di indicationibus tibi subseruiant, ut laquei subitò omnibus neruis circumpo=
nantur. Si igitur nondum eos soluere uisum est, quomodocunque libeat ita con
stringito. at ubi uoles confestim soluere, & animali rursus uocem reddere (sic e=
nim magis spectatores mirantur) funes per laqueos iniicito, & mediocriter strin
gito. Nam ut soluas ocyus, acus tibi conducet, ueluti latens uinculum appella=
tum: hamus admodum ægre soluit. Vt autem uocem subitò animal ædat, medi=
ocris proderit constrictio. Nam nerui uehementius à circundatis laqueis stricti, si
durum sit linum, contunduntur: sin tenue, perforantur, secanturq;. Si autem affe
cti, actionem in posterum uinculis ablatis obire non poterunt. Quod sanè obser
uãs ego, ut nouistis, subinde chordulis ualidis, aut filis ex lana usus sum. Quidam
uerò nerui modicè contusi statim quidem munere suo laqueis ademptis non fun=
guntur: paulò autem pòst peculiarem habitum recuperant. Quod igitur nuper
dicebamus, si neruum tendendo rumpas, consectio noxiam aliquam percipiet,
hoc ipsum est quod nunc dicitur. neque enim protinus ex uocali animante mu=
tum euadet: neque rursus sublatis laqueis statim uocem ædet: quoniam ut certior
sis de symptomate ipsum occupante, quomodo neruum reflectas, nihil interest.
uerùm in dicta functione & hæc te scire conuenit, primùm quòd in elatioribus co
stis neruus ipsis porrectus intus inueniatur, recedens autem paululum ad imam
regionem in humilioribus: quare etiam facilius est in hisce subijcere ei hamulum.
Deinde uerò & magnitudo offensæ haud æqualis in totum omnibus obuenit in=
tercostalibus, sed ijs qui costas spurias attingunt, tanto minor, quanto musculus
earum elatioribus minutior est. Ita primi intercostalis musculus actione infirma=
tus minimam adfert offensam, secundi ucrò iam maiorem, aliorum musculo=
rum singulatim dissolutio multò grandiorem offensam quandam excitat, hoc est
tertij intercostalis, quarti, sexti, & præterea septimi. Nam insequentia quatuor

C intercostalia ad spurias pertinent, eatenusque noxæ magnitudinem imminuunt, ut omnium postrema ne uel sensibilem offensam aliquam adferat, interim & pri mùm omnium obscurissimam. Proinde ego frequenter, uti nouistis, in demon strationibus ipsum consueui relinquere, quò citius administratio absolueretur. Cæterùm intercostale extrema situm regione exemptu promptissimum est. quod in prima difficilimum, tum quòd multa proposita sunt corpora, tum quòd neruus ipse nimisquam sit exiguus, sicut & totum intercostale. Minimus itaq; est, omnis umq; postremus idem totius intercostalis neruus. Nam in spuriarum costarum regionibus neruorum magnitudo intercostalium mucronem excedit, quatenus ipsi non istic disseminentur, sed extra thoracem in præcordia elabantur. At primi intercostalis neruus in solum ipsi peculiarem musculum, portione minimum, dispensatur. De cætero igitur nouem intercostalia supersunt, quæ dictam consectionem desiderent. Ac fieri potest, ut dum alijs commonstres, quemadmodum & me conspexistis, thorace ad consectionem proposito, ipse statim ostendenda percenseas: alijs uerò interea dum neruos eximunt, ostendendi munere mandato, priuata quæ instant cures negocia. Sin autem seorsum pauculis discendi cupidis anatomen exhibes, perspicuum uel me tacente esse puto, primùm domum lucu lentam deligi oportere: deinde scalpellum quàm licet acutissimum haberi. nam tale prius docui ad exquisitam sectionem esse accommodatissimum. Vti uerò con uenit maximè curua scalpelli similiter utrinque fabricati parte: ut lineas utrasque conseces incuruas: sed in altera concaui parte: in huic opposita, curui. Atsecare potissimum te uelim, primùm in ipso ad quem dixi modum exercitatum, postea secus, ut ulterius exponam, ubi modum præscriptum prius in memoriam redu xero, quo musculi sectionem in media intercostalis regione sic fieri debere cen sebam, non autem propter elatiorem costam, sed in alta humilioris regione. Nam D fibris ipsius continuis hic dissolutis, paulatim ipsas poteris adusque elatiorem de tegere, donec uena in superficie extans occurrat, deinde arteria, neruus, & os mnia costæ porrecta. paulò autem propius neruo consistente. Iam uerò sic exse citus, situs ipsorũ exactè in cadauere spectandi prius gratia, iterum ad costas mor tui animalis reuersus, in eo consuescas imam elatioris costæ partem uno conatu nudare, ita ut fibras quidem incumbentes diuidas, neruum autem intiolatum conserues: cui rei aptissima est myrtus incurua. Qua ego utens, sicut nouistis, fi bras ipsius inferioris, deinde singularum costarum incidens, nonnunquam pri mo aggressu neruum detego: aliquando mediocritatem non assecutus, secundò, quod conuenit, peregi. Te uerò, si ter quater ue manum admolitus, priorem nu daueris, nõ oportet meliora despondere, sed Hippocratem audire, cuius hæc sunt » uerba: Quæ manu tractare conuenit, prius ijs assuescendum est: ac perpetuo ma » nuum exercitio incumbendum. Assequeris enim postea aliquando animi propo situm: ac uno conatu neruum nudabis. Mox autem dum hunc detegis, ne uel ha mum ei subdere negliges, sed quantum fieri licet cauebis ne conuulneres uel di uellas arteriam aut uenam. Cæterùm ob neruos ut dictum est læsos, animali non solùm uocis abolitio, uerùm alia ante ipsam duo accidunt: quæ in commentario de uoce subsequi demonstrauimus: unum quidem, & primum, quod aliorum duorum consequentium causa est, musculorum intercostalium immobilitas: alte rum deinde secundum, quo uelox spiritus extra delatio obliteratur. Voco autem ipsam efflationem, citra quam uox non potest fieri, uti ostendimus. Atque ideo tertium ipsa comitatur uocis abolitio. Insuper quartus alius quidam in tali ad ministratione affectus oboritur, qui ut manifestior euadat, priuatim explicari desi derat, quod in ipsis cõsectionibus euidenter hoc libro cognosces. Nerui autẽ pro pter arterias quas carotidas nominant, præceptoribus nostris cogniti, si noxa eadẽ ex ijs quas paulò antè recensui, afficiantur, animal reddunt mutũ, non autem ijs similiter

A similiter qui intercostalia excurrunt. quippe raucus quidam in ijs strepitus relin quitur, qualis stertentibus in somno fieri apparet. hic strepitus musculis intercosta libus resolutis obliteratur. uerùm resoluuntur confestim aut fibris ipsorum, ut rela tum est, cõsectis, aut costis excisis, aut neruo ad radicẽ uitiato, aut tota spinali me dulla propter dorsi initium incisa, qua administratione potissimum raucus strepi tus aboletur. Ac ea sectione omnes simul inferiores particulæ resoluũtur: nempe intercostalium musculi, & imi uentris, uel abdominis, uel quomodocunq; appel lasse libeat. Porrò de his in quinto huius operis uolumine transactum est, ubi enar ramus quomodo ipsos octonos numero optimè segregaueris. Iam uerò cum his, sedis musculi, pudendorum, uesicæ, & crurum resoluuntur. Verùm diaphragma licet infra musculos intercostales habeatur, non resoluitẽ, quòd uidelicet ipsius ner uorũ origo toto thorace sit elatior. Non tamen musculi qui ex ceruice descendunt, thoracem attollentes, præsertim supremam ipsius partem, offenduntur. Etenim & his nerui de medulla spinali per ceruicem deferuntur. Quinetiam id ostendi pub licè conspexistis, quando thorace in cõsectionẽ proposito diebus multis insequu tis necesse mihi fuit & explicare, & simul indicare ipsius structuram. Initio siqui dem ea thoracis parte dissecta, quæ inter has duas uertebras, septimam & octauã, media habetur, totaq; spinali medulla discissa, animal in latus cõcidit, itaq; iacuit, imis thoracis partibus duntaxat diaphragmate motis, uti sumus dicturi. quippe hoc solo quoduis animal in paruis respirationibus utitur. Quum uerò maioris re spirationis usus quidam ipsi oboritur, aut exercitio, aut febri, aut uehementi aeris calore, aut alio quodam affectu digesto, necessitas est diaphragmatis functioni in tercostales subuenire. Sin autem magis usus respirandi increuerit, etiam elatiori bus musculis actionem obit. Vidistis enim animal illud ob spinalis medullę secti onem initio dorsi factam, protinus collapsum, in latusq; decumbẽs, uoce destitui: B reliquasq; thoracis partes reddi immobiles, præter imas duntaxat, quæ à diaphra gmate functionem suam obeunte mouebantur. At quòd thoracis partiũ motus tota cute quæ circundatur, ablata, manifestius conspectui obijcitur, ipsi uidistis. Nanq; omnes musculi intercostales in totum reddebantur immobiles: ima uerò thoracis dilatabantur, motu quodam obscuriore supernis distributo. Quum itaq; animal sic affectum in manus sumpsissem, rursus consecui neruorum ad diaphra gma pertinentiũ principia. quorum sectionis causa protinus inferior thoracis pars moueri destitit, elatiores autem musculi functionem obire coacti sunt, à quibus su perior thoracis regio uidebatur attolli. Altero deinde animali capto, in collo ipsius radicibus neruorum ad diaphragma procurrentium consectis, imum thoracis sta tim reddidi immobile, intercostalibus actionẽ obeũtibus. Porrò medulla spinæ in cisa ad dorsi principiũ, animal subitò in latus procubuit, utraq; thoracis partes, & altas & imas, commouẽs. Quoniam enim maiori respiratione opus erat, diaphra gma solum ipsi satisfacere nõ potuit. Quum igitẽ elatis musculis animal respirauerit, motus euidenter per scapulas totas aduscq; etiã summos musculos apparet. ubi solo diaphragmate, in respirationibus attolluntur præcordia: in expirationibus cõ primunt: ijs qui in scapulis consistunt, immotis. Quum uerò intercostalibus solis musculis operatur animal, scapulæ quidem sunt immobiles, præcordia uerò cõtrà quàm in diaphragmatis functione comprimuntur quidem inspirãtibus, attollun tur autem expirantibus. At si scapularum musculos cogitas resoluere, bifariam id efficies, interdum transuersa ipsos secãs linea. rursus autem neruorum offensa ac cidit. Cõmune siquidem hoc de omnibus musculis sciẽdum est, siue neruos ipso rum læseris, sicuti declaratũ est, siue fibras omnes trãsuersas amputaueris, totos sta tim musculos motu priuabis. Quare necessarium tibi fuerit, principia neruorum, qui in ipsos distribuuntur, ad hæc fibrarum situm pernoscere. Nonnullæ siqui dem deorsum uersus procurrunt, quemadmodum fibræ arteriarum, mediorumq;

C thoracis musculorum. quędam in latus inclinant, sicut posteriorum. aliquę rursus toti musculorum longitudini proportionantur, ueluti fibræ aliorum omnium, ut ea dicendi formula utar. Sunt quę secus habeant, ut intercostalium. Quum igitur ela tiores solùm musculos in quem dixi modum resolueris, intercostalium musculo rum, si usus postulet, functionem adiungūt. Itaq; cęteri affectus, in quibus maiorē inspirationem animal desiderat, expositi sunt propemodum uniuersi. Verùm acce dit ipsis interim nullus quidem animātis affectus, sed ingens quidam uocis emit tendæ appetitus. Quemadmodum igitur præcones aliquid pronunciaturi, plurimum aëris inspirant, materiam uoci copiosam præparantes, sic etiam animalium quæ inciduntur nonnulla aliquando facere uidentur. Quorum utiq; memoria uo bis est necessaria, & omnium quæ ea consequuntur. ex quibus nonnulla percen sere satius esse iudico, & potissimum quæ prædictarū administrationum sunt par ticulæ. Intercostalium sanè musculorum consectio hoc modo incipiunda est. Os cuiusq; costæ iuxta inferiorem ipsam circumferentiam, ut dixi, nudare oportet. ubi iam neruus apparuerit, unà cum eo uenit inspiciunda uena atq; arteria, quæ in su perficie magis quàm nerui extant, humilius autem paulatim sitę sunt. Quare si ab altiore parte nudas, propter costæ circumferentiā hamulum subdideris, quatenus licet experiunti neruū sine uasis adiacentibus, & præsertim arteria, excipere: quo niam ea uehementiore sanguinis profluuio neruum contegit. Si uerò ipsam quan doq; uulneres, scalpello statim prehenso transuersam totam disseca. Hæc nanq; communis est omnium uasorū sanguinem emittentium prohibitio. quoniā utraq; ipsius pars ad quandam sibi continuam retrahi consueuit: quæ si copiosa carne oc cultetur, illam ipsam operculi loco retinet. Sin autem nuda fuerit, paruā sectio uti litatem adfert. At non carne uacant cuiusq; intercostalis uasa: quamobrē & secta quo dixi pacto statim cessant. Hoc igitur prædictis proprium relinquebat: ad hæc D spinalis medullæ dissectio, quam, ut nouistis, molior, in maioribus quidem anima libus uertebras prius excindens, in minutis uerò, cuiusmodi sunt ante diem unū aut alterum, aut certè tres generati porculi, instrumento quodam in modum scolo pomachærij appellati à me fabricato. Id autē fiet ex ferro optimo, quale in Noricis habetur, ne subitò hebescat, neq; reflectat, aut confringatur. Quinetiā crassius ora ganū scolopomachærijs cōueniet, ut uertebrarū compagines illidens, opus prom ptè cōficias. Interdum igit, sicuti uobis notū est, cute scalpello diuisa, & post ipsam quam ponimus aduscq; uertebrarum cōmissūram machærium oblongū. sic enim ipsum nomino, quòd latera duo acuta habeat in extremo ad unum uerticem coëu untia. Aliquando posteriores processus prius excindo, uel etiā uertebrarum ip sa rum totam posteriorem extuberantiam: insuper à spinalibus musculis subinde au fero, quod inter spinam & horum lateralium processuum terminos medium con sistit, quò uertebrarum compagines adamussim in aspectus notitiam ueniant. Ma xime uerò attendendum censeo processibus qui spinam efficiunt, quomodo ac cliues leuiter existant, ut uidelicet prior statim scalpelli ictus deorsum uersus ob liquior deducatur, ceu exactè tranfuersus. Porrò spinalem medullam tranuersim totam incides, nihil ex ea integrum relinquens: præterquam si nonnunquam de industria dimidium ipsius uoles resoluere. Etenim hoc quoq; ipsum ad totius sub stantiæ & naturæ ipsius, de qua huius operis uolumine decimoquarto agemus, co gnitionem, erit utilissimum. ad illa uerò quæ proposuimus, inueniunda, hæc pro fuerit cognoscere. Spinalis medulla quum iuxta longitudinem deorsum uersus per medium recta linea dissecatur, nullum ex intercostalium neruis resoluit, neq; eos qui in dextra parte aut altera habentur, neq; eos qui in lumbis uel cruribus ex sistunt. transuersa autem quum dimidia duntaxat pars ipsa diuisa fuerit, siue sinis stra, siue dextra, omnes ordine iuxta rectum incisę partis tramitem nerui resoluun tur. Quum itaq; semiuocale animal uoles reddere, in hunc secabis modum. Sin autem

A autem mutū subitò, totam spinæ medullam transuersam diuides. Quoniam uerò costis etiam excisis, tum efflationē, tum uocem animalis offendi, quemadmodum ex musculorum neruorumq; sectione, diximus: quomodo costas excindere conueniat, iam dicamus. Animum te uelim aduertere, quū animal clamauerit, costarū posituræ. nam intercostalibus musculis uehemēter hoc in tempore protensis, manifestò costæ extuberant: idq; magis si animal existat macilentum: in quo etiam consectiones huiusmodi obire tibi consuluerim. Postquam igitur accuratè situm fueris contemplatus, cuius costas excindere aggredieris, seca dum animal uocem ædit, simul cum cute totū quod ipsi costæ corpori carnosum subiacet, usus incisorio. quid enim mali est ita uocasse similiter Anatomicis chirurgisq; corporū sectio ni subiectorum fulcimen? Quòd si totum, ut par est, primo ictu sectum non fuerit, saltem secundo, uel certè tertio incidetur. Quippe tutius est primò reuerenter dissecare. interim nanq; accidit circa huiusmodi inexercitatis, qui per totam costę longitudinem sectionem ducant, scalpello à curua parte lapso, atq; deorsum intercostale uersus deducto, corpus inibi quoddam attingere. Porrò dictum est, inferiori singularum costarum circumferentiæ non modò neruum, sed arteriam quoq; & uenam porrigi. Itaq; in prima exercitatus quàm fieri potest plurimùm ad costę longitudinem incidere usq; ad membranā os ambientem, celerrimè simul & optimè opus absolues. Etenim singulæ costæ parte sui curua & orbiculari membrana circundantur, cæteris omnibus quæ os ambiunt, similima. Hanc igitur ipsam ubi ad costæ longitudinem secueris, ab osse deradito, myrto utrinque incurua utens. Vbi fuerit detecta, ut costæ os altius appareat, tenuem membranæ custodem immittes, μηνιγγοφύλακα Græci uocant, aut spathomelam latam inter utraq; corpora, membranam puta quæ os ambit, nudatam, & ipsum costæ os, cauens diligenter ne membranam costas succingentē aut diuellas, aut perfores: quo probè peracto, os costæ abscindes cultris duobus excisorijs mutuò sibi oppositis, ut moris B est. Quòd si animal recens natum fuerit, etiam una diuisio transuersa per costę cartilagineū deducta sufficit. siquidem membrana quæ os ambit, accuratè prius derasa, facilimum est prehensa digitis reflectere, sensim partes costæ diuisæ ad continuum ipsius utrunq; terminum, retro quidem uertebræ conformatum, anteriore uerò parte pectori. Non igitur ossa thoracis, quæ supra scapulas habentur, excidas: quæ uerò sub scapulis existunt, illorum ablationem desiderāt. Vnde sicut intercostalium musculorum sublimium, ut prius dicebam, sectiones, ita & costarum excisiones hac in regione sunt difficilimæ. At hac de causa neruorum affectorum administratio est præstantior: uerùm ut uocem efflationemq; ab intercostalium musculorum resolutione uitiari habeas persuasum, satis est uel ea solùm afficere, quæ subter scapulas habētur, aliàs fibris ipsorum, ut prius explicatum est, incisis, aliàs osse quodam exciso. Tanta siquidem pars totius naturalis efflationis uocisq; perire uidetur, quanta & musculorum intercostalium portio est resoluta. Idq; similiter ipsis accidit in omnibus quæ resoluunt administrationibus, numero quaternis, uti est expositum: una sanè quæ costis fit excisis, altera sectione spinalis medullæ, tertia neruorum, & quarta fibrarum. Quòd si igitur musculi alterutra in parte, aut dextra, aut sinistra resolutionem fuerint experti, dimidiata efflationis ac uocis portio aboletur. Sin autem alterutrius dimidiata, tunc ambarum functionum pars quarta uitiabitur. Nanq; pro musculorum qui resoluuntur numero semper uoci noxa oboritur, si uidelicet musculorum magnitudinem simul expendamus. Si enim solos utrinq; uel maximos, uel minimos resolueris, inequalem efflationis uocisq; offensam excitabis, etsi parem ipsorum numerum uitiaueris. Maiores siquidem post noxam soluuntur, minores autem differunt. Ac diximus etiam uocē efflationemq; ob spinalis medullæ sectiones absolutius interire. Porrò fibris musculorū intercostalium sectis, uel costarum ossibus excisis, musculi quidam relin-

C quuntur ex ijs qui thoracem comprimunt, tum qui coſtarum extremis porrigun-
tur, tum omnium qui in imo uentre ſunt primum tertiumq; coniugium. Quum
autem thorax modicè ab ijs comprimatur, modica etiã efflatio gignitur, cui & uox
proportionatur. Quare prædictis adminiſtrationibus animal interim muſſitantiũ
modo exiguum adeò quippiam ſonat & obſcurum. Neruorum uerò ſectionem
æqualis propemodum noxa comitatur, uel paulò minor, quantum ex ſpinalis
medullæ diſſectione colligebatur, muſculos nominatos ab intercoſtalibus neruis
propagines aſſumere. Etenim ſi poſt præcordia partes primæ tertiæq; coniugatio-
nis muſculorum aliunde neruos obtinent, certè partis ipſorum iuxta thoracem
munus interire neceſſe eſt, ut cum reliquo ipſa mota, nullam ſenſibilem uel effla
tionis, uel uocis noxam faciat. Quòd autem accidentiũ ratione in talibus uox abo
letur, prius autem efflatio, in libris de uoce comprehenſum eſt. At quia rurſus efa
flatio ſubita quædam eſt expiratio, & uehemens, ideo nunc quoq; res poſtulabat,
in reſpirandi inſtrumentorum ſermone huiuſmodi adminiſtrationum fieri menti-
onem: quanquam iterum de ipſis in uocis inſtrumentorũ conſectione erit dicen
dum. Cæterùm non abs re propoſita fuerit alienum, percenſere quomodo totum
thoracem reddas immobilem, ſolis neruis qui muſculos ipſius mouent, laqueo
circundatis: quod me non tantum priuatim, ſed etiam publicè uobis indicantem
ſubinde conſpexiſtis. Certè intercoſtales muſculos per neruos, qui de ſpinali me-
dulla ad ipſos pertinẽt, motu deſtitues, in quem dixi modum: diaphragma uerò,
ubi huius neruorum principia ſimiliter affeceris. In ſuibus potiſſimũ omnia ici ge
nus indicantem me crebro ſpectaſtis, tum priuatim, tum publicè, eò quòd neq; fa-
mia amplius quippiam in huiuſmodi conſectionibus obtineat, & ſpectaculum ſit
odioſum. Itaq; uerbis regionẽ exprimere manifeſtò nequeas, ubi indicare clarius
oportet. Nam tum ad memoriam eorum quæ uideris, tum ad eorum quæ nihil un
D quam ſpectarunt tale, inſtitutionem, enarratio erit utilis. Proinde quum animal ſu
pinum, ut paulò antè docui, in aſſere figuraueris uinculis illigatum, non quatuor
duntaxat artus, ſed etiam caput totum unà cum ceruice, in illa potiſſimum regio-
ne neruos ſubiectos inuenies, ubi anteriorum artuum initium ſubſiſtit. Ac ſatius
tibi fuerit totam eius loci cutem in primis adimere, quò uenas duas grandes con-
ſpicias, quarum altera ad ceruicem obliquior portendit, altera tranſuerſa magis
ad anterioris membri principiũ. ſiquidem inter has membranis digitis auulſis ner
uos ſpectabis per ceruicis latera deorſum uerſus obliquos ad thoracẽ procurren-
tes, qui muſculis collo ſubditis inhæreſcunt: & ubi in idem coierint, primam co
ſtam attingunt. Quòd ſi ſemel locum accuratè perſpexeris, cutem à neruorum ſe-
de diuiſione ſimplici detrahere aggredieris: ac id exercẽti, una quandoq; ſectione
diaphragmate neruos nudare licebit: tres quidem utraq; ex parte, quot plerunq;
in ſuibus habentur, in ſimijs uerò plurimùm duo. tertius autẽ raro in his uidetur,
ut in ſuibus quartus, origo ipſorum omnium eſt ſpinæ medulla. ex quartæ ſanè &
quintæ uertebræ interuallo primo coniugatio procedit, ex quintæ & ſextæ ſpatio
ſecunda, ex regione poſt ſextam uertebrã tertia, quæ etiam exigua admodum eſt,
quemadmodum ſi quarta quandoq; attingat coniugationem poſt ſeptimam uer-
tebram propago, nimiſquam parua eſt. Porrò omnibus ipſis inciſis, diaphragma
motus ſit expers. Pari modo ſi muſculorum ſingulorum ex ceruice ad thoracem
deſcendentium, qui ſex numero habentur, neruos affeceris, actionem uitias. Aſſe
ctus autem, ut perdocui, duplex quidem eſt, uel dum ſecantur, uel dum intercipi-
untur. Verùm quia neq; muſculi, neq; multò magis nerui cute duntaxat detracta
in conſpectum ueniunt, muſculos primùm conſeces oportet, qui ſurſum à pecto-
re ad humeri articulum perferũtur. Itaq; homini inexperto res uidetur arduã, atq;
is fortè opinabitur ne animal quidem unũ ad omnes conſectiones ſufficere, quas
adminiſtrare citra neruorum læſionem, quæ totum thoracem efficit immobilem,
eſt neceſſa-

A eſt neceſſarium. Verùm ſi crebrius me id factitantem conſpicatus fuerit, ipſa fun
ctione poteſt perſuaderi, prædictam anatomen poſſe adminiſtrari. nam imagina-
tione potius quàm ſua ipſius uirtute imperitos moleſtè uidetur deterrere. Non igi
tur deterreri quis debet, ſed experientia audere: primùm quidem totam cutem à
pectore auferens: (ſit enim hoc citra ſanguinis profuſionem) deinde muſculos ad
humeri articulum peruenientes adimens. quippe hoc etiam ſine ſanguinis fluore
fieri ſolet. tertiò poſt hæc totas ſcapulas à muſculis, qui ipſis concaua parte ſubhæ
reſcunt, ſecernens, ſimul cum muſculis, qui ab imo ſurſum uerſus ad humeri arti
culum feruntur: item cum magno qui axillam efficit: inſuper paruo ad humerum
ſito, quem ego inueni. His enim peractis, duo elatiorum thoracis muſculorũ con-
iugia apparebunt, ut & neruos alterius maioris cõiugij muſculis euidenter ſuper-
ſtratos inſidentesq; uideas. Alterius autem minoris, quod & ſitum habet anterio
rem, nerui ægre quidem inueniuntur, uerùm exercitato prius in cadauere, non iti-
dem ægre. Atq; citra ſcapularum ſimul cum muſculis commemoratis detectionẽ
licet in muſculis qui thoracem mouent, neruorum initia in utriuſq; coniugij capi-
ta conijci reperias. Verùm de ipſis in conſectione neruorum dicetur, tam luculen
ter, ut aliquis ſtudioſus ipſe ſuo marte exercitatus anatomen nuper relatam abſo
lutè queat aliquando obire. Quoniam uerò tertium quoddam par eſt muſculorũ
qui thoracem mouent, gracile & exiguum, de ligamento tenui & membranoſo
poſt ſcapulas incipiens, quod nec ipſum cute adempta protinus apparet, niſi mu
ſculis ſcapularũ propriis diſſectis, de his quoq; muſculis ſciendum eſt, quum pro-
prios utrarunq; ſcapularum muſculos inciderís, & par muſculorum membraneo
rum detexeris, ne ſic quidem expeditum eſſe, quemadmodum in anterioribus, ut
ex neruorum læſione ipſos reddas immobiles, cum reconditi ſimul & tenuiſſimi
nerui ſint ipſius motores. Quin & capita ipſorum, quæ membranea ſunt ligami-
B na, dum incidis, promptum eſt muſculos reſoluere. Hoc enim iam in uniuerſum
de omnibus muſculis intelliges, quòd diſſecto ipſorum capite, non amplius fun-
ctionem obeunt. Itaq; ſi muſculus capite ſimplici unoq; conſtat, facilimum eſt il-
lud ſecantem motu ipſum priuare. ſin autem pluribus, omnia ipſa incidere conue
nit. At in quibuſdam muſculis capitum numerus ne deprehendi quidem poteſt:
quum ex pluribus oſſium proceſſibus incipiat, quemadmodum his ipſis duabus
prædictis thoracis coniugationibus, & magis in priore habere nouimus. Tutius
igitur eſt illic ipſos ſecare, ubi capita in idem primùm congregantẽ. Hoc uerò in an
terioribus quoq; muſculis factitare conſueui, quum non ob neruorũ noxam, ſed
muſculorum ipſorum ſectionem reſolutionẽ moliri ſtatuero. Itaq; profunda in his
ſectione opus eſt, ut quę penitiorem ſitum occupant, ubi capita ipſorum coierint.
Porrò in anterioribus expeditiſſima eſt diuiſio, ut uel unguibus poſſit adminiſtra-
ri. Certè de muſculis thoraci peculiaribus & hæc dixiſſe ſufficiat. Cæterùm de ſpi
nalis medullæ ſectione dicetur quidem & poſtea, quũ ad ipſam peruenero. Nunc
tantum retuliſſe ſatis eſt, quantũ ad præſentia conducit. Si in media tertiæ & quar
tæ uertebræ regione totam ipſam perſecueris, ſpiratione confeſtim animal deſtitui
tur, nõ ſolùm thorace, uerumetiam infra ſectionem toto corpore facto immobili.
Atqui perſpicuum eſt, quòd ſi poſt ſecundam aut priorem uertebram, aut in ipſo
ſpinalis medullæ principio ſectionem ducas, repente animal corrumpetur: uerùm
ſi poſt ſextam uertebram medullam ſpinæ totam ſecueris tranſuerſam (ſemper e-
nim id ſubaudiendum eſt) toti quidem thoracis muſculi ſtatim motum amittunt:
ſolius autem diaphragmatis beneficio animans reſpirat: inferiores uerò hac uerte-
bra ſectiones ſpinæ permultis ipſius partibus thoracem moueri concedunt. nam
maxima ſublimium ipſius muſculorum coniugatio duplicem utrorunque neruo
rum originem ſortita, proceſſum alterius coniugij maioris plurimùm poſt ſextam
uertebram exigit. Etenim huius gratia poſt ſeptimã uertebram ſpinalis ſectionis

C utraq; muſculorum coniugia functionẽ obire non impediũt. his magis ſectionẽ poſt octauam aut nonam factæ, ſiquidem & alia neruorum principia aſſumunt, & muſculorum membrancorũ actionem retrorſum adſciſcunt, atq; inſpirare animal uidetur ambabus thoracis partibus, ſuperiore, & inferiore, præterquam ſi paraua reſpiratione indigeat. nam tunc etiam diaphragma ſolum ei ſufficit. Cæterùm quãtò magis ad humiliores uertebras proceſſeris, tantò plures thoracis muſculos actionem obeuntes habebis. non tamen ſexta neruorum à cerebro coniugatio reſpirationis muneri ſubminiſtrare uidetur, quia ne uel particula quæpiam ipſius in ullum thoracis muſculum propagatur. Quapropter quum alia neruorum principia diſſecta fuerint omnia, hoc autem ſolum perſeruetur integrum, animal totum nihil repente ex ipſo adiutatur, non tamen neruorum coniugio ad ſeptum tenditeadem accidunt. Omnibus ſiquidem aliis neruis oblæſis, ſolo diaphragmate animal reſpirat, motu in thoracis partibus euidenti ædito. At quia de ſpiritus tranſitu in mediam thoracis pulmonisq; regionẽ quæſtiones Anatomici agitarunt, conſectiones quoq; huic rei commodas iam opportunum eſt exponere. Coſtæ profectò exciſæ ſublatio uetus quædam eſt, obſcuram obtinens dignotionem. nam aliqui pulmonem thoraci iunctum uidere ſe aſſerunt, alij diſiunctum. Atq; hoc propter membranarum ſubter coſtas quæ exciduntur craſſitudinem accidit: uerum nos hanc ſpeculationem magis euidentem fecimus, non coſta ſolùm extracta ceſſantes, ſed una cum ipſa alteram membranarum eximentes, quæ priuſquam excideretur, oſſa ambibat, unde nomen ipſi inditum eſt πλευρίτιδος. etenim hac ſublata ſuccingens ſimplex ſola relinquitur, quæ manifeſtam ſui inſpectionem efficit, ut omnes fateantur pulmonem thoraci eſſe iunctum euidenter cernere. At manifeſtior adhuc fit ſpeculatio, quum in diaphragmate nudato peritonæi uertex auellitur. Adminiſtrationẽ in hunc modum obire conuenit. Animali reſupino omnes
D abdominis muſculi propter ſpuriarum coſtarum extrema ſecantur: peritonæum non attingitur. Dictum uerò eſt ſuperius, quartæ inibi muſculorum cõiugationis neruoſas exilitates peritonæo eſſe adunitas. Dum itaq; ſectionẽ in illis nõ ſectis fieri, deinde peritonæũ à ſepto ſubtrahat, neruoſis exilitatibus nequaq; hic cum eo porrectis. Cæterùm facilè hoc manibus citra ſcalpellum expeditur, & multò quidem magis animali uiuo quàm mortuo opus peragit. ſiquidem frigefacta poſt mortem corpora, quæ inuicem intra excoriandum poſſunt ſeparari, ſecretioni magis obtemperant. Tunc autem quum à neruoſa ſepti tranſuerſi parte peritonæum auulſeris, uentrem quidem detrahes: quicunq; uerò ex utraq; ipſius parte ſunt, in latera, ubi diaphragma carnoſum eſt, abduces. Inſuper ſi quæ propter mucronatã cartilaginem habentur, ſurſum extuleris: quę uerò ad ultimas coſtas ſunt, in latus tetenderis: item ſi quum opus fuerit, tranſuerſas abdominis muſculorũ ſectiones per utraque ilia confeceris, admodum conſpicuam diaphragmatis partem neruoſam reddes, ut omnes palàm confiteantur pulmonem hac parte thoraci adnexum nunquam deſcendentem, uerùm ſemper in utriſq; ſpirationis partibus adiectum, ſiue inſpiret animal, ſiue expiret. Hæc itaque apparentia Eraſiſtrati opinionem corroborant, qui putabat nullum ex pulmone ſanguinem profluere. uerùm et quod dicendum eſt repugnat. Nam diaphragmate ſic denudato, ſi obtruncaueris animal, pulmo à ſepto ſtatim uidetur abſcedere. Porrò quum uarij mortis ſint modi animantibus, quomodocunq; ipſum occideris, pulmonem à ſepto plurimùm ſeiunctum ſpectaueris. Nos itaque interdum in aqua ſuffocantes, interim laqueo uel ſectione primis medullæ uertebris impreſſa, aliquando grãdes arterias aut uenas perſecantes, pulmonem ſenſim à diaphragmate diſtantem commortuo animali ſpectauimus. Idem hoc apparet etiam in coſta excidenda: & euidentius ſanè illi qui uiuo adhuc animali pulmonem thoraci propinquum inſpexit: à morte uerò plurimùm diſtare, uidetur manifeſtò oſtendere, ſpiritum in ipſo contentum

in regionem

A in regionem ipſius & thoracis mediam euacuari. Quin etiam uiuo adhuc animante iuxta fibrarum extrema regio quædam inter uaſa utraq; uidetur inanis, & præſertim quum largius reſpiret. Nam in exiguis reſpirationibus quibuſdam nihil prorſus ſenſibile, alijs uerò exiguum planè apparet, coſtæ uidelicet oſſe prius exciſo. Si uerò magis uoles apparere uacuum, animal coges antè conſectionem currere, ut anhelanti coſta excindatur. nam quum reſpirationis magnitudine etiam loci inanis capacitas ſemper augetur. Amplior uerò poſt celerem curſum apparuerit, ſi diaphragma ipſum neruorum peculiarium ſectione reſoluas. tunc enim intercoſtalibus muſculis reſpirare cogitur, ac in ampliore interuallo thorax moueri apparet. Iam uerò alia quædam eſt adminiſtratio, quæ uidetur oſtendere ſpiritus aliquid ex pulmone in thoracem permeare. Porrò ueſicam mediocri donatam orificio antea præparare cõuenit: deinde cute coſtarũ orbiculatim exciſa, ut ſectionis labri circulus ueſicæ orificio ſit æqualis, primùm coſtæ os excindere uti retuli-
mus, mox ueſicã cum ulceris labro conſuere, ſubĳcientẽ circulatim ipſum ueſicæ orificiũ ut cutis ſit extrinſecus: poſtea foramina ab acu in eis facta illinere, per quæ linum traiectum eſt, medicamine quodam emplaſtico, ſeu glutinatorio, cuiuſmodi eſt quod πάρυλφον dicitur, uel ex liquidis ceratis aliquod. Maximè igitur neſentibile quidem inter linum & cutem ſpatium accidit. nam quod ſenſum effugit, cerato tutius illinitur, ne ex ambiente aere ſpiritus quidam intrò penetret, neq; ab internis extra. deinde perforata in fundo ueſica, ſcalpellum intrò per foramen mitterc, quod manubriolum rotundum habeat, ut lino ueſicæ extrinſecus circumpoſito, circa ſcalpelli manubrium ueſicæ tunica ſtringatur, quò nihil inter ipſam uel ex aere circumfluo in ueſicam permeet, neq; ex illa foras mittatur. Cuius rei cauſa cerato uti quemadmodum diximus conueniet: deinde membranam coſtas ſuccingentem ſcalpello incidere, & ſpeculari quomodo ſpiritus quidam per ſectionem
B ex thorace in ueſicam expirationis tempore excernatur. Hunc autem ipſum ruſus ſpirationis tempore uidebis quum thorax attollitur, per ſectionem extra thocem elici, deinde rurſus dum extendis, in ueſicam peruenire, poſtea illinc rurſus ad thoracem, atq; copioſiorem ſingulis ſpirationibus fieri ſpiritum contuebere, ac ueſicam prorſus eo repleri. Verùm ad huius quoq; rei euidentiam bifariam licet contradicas, uel aeris quippiam à foris intra pulmonem, dum fit inſpiratio, iuxta linum penetrare, pauciorem uerò ab interioribus foras dum expiramus: uel etiam membranam pulmoni circundatam, cum ea quæ coſtas cingit, diuidi. Id igitur ſic nonnunquã accidit. Difficile ſiquidem eſt, pulmone thoraci ſemper contiguo, alterum inſtrumentum perforare, alterum ipſorum integrum retinere: & poſt mortem animantis pulmone nudato, aerem ei inſpiramus. Porrò de aeris circumfluiinter linum & cutem in ueſicam tranſitu, diſputatio contentionis plena eſt, & pluribus uerbis refutari deſiderat. Verùm ſuperfluum eſt talibus uti, quum res exalijs euidenter apparentibus demonſtretur. Quare ad propoſitæ ſpeculationis demonſtrationem tali tractationis modo prorſus utendum non eſt, quum paulò antè dictus manifeſtò innuat ſpiritum pulmones quempiã permeare. omnino enim animalibus quomodocunq; mortuis, ſiue, ut dixi, coſta exciſa, ſiue diaphragmate nudato, pulmo à thorace diſtare uidetur: quod fieri non poteſt, niſi etiam ſpiritus aliquid ex pulmone in amplam thoracis capacitatem pertranſeat.

OCTAVI LIBRI FINIS.

CL. GALENI PERGAMENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIB. IX.

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

QVONAM pacto ea quæ in cerebro & ſpinali medulla per conſectionem apparẽt, optimè queas intueri tum mortuo, tum uiuo adhuc animante, hoc libro indicabimus. In cadauere ſiquidem anatome celebrata, cuiuſq; particulæ ſitum, numerum, ſubſtantiæ proprietatem, magnitudinem, figuram, & compoſitionẽ edocet. In uiuo autem conſectio interim functionem ipſam manifeſtò oſtendit, interim ad huius inuentionẽ ratiocinationes exhiber. Nulli igitur obſcurũ eſt, mortui animantis conſectionem præcedere eam oportere, quæ in uiuo adminiſtratur. Quum uerò ipſa duplex exiſtat (quoniam & particula toti corpori, & adiacente, & ablata fieri poteſt) priorem cerebri anatomæ adminiſtrationem percenſebo. Fit ea oſſibus caluaria exemptis, membrana quæ cerebrum in orbem cõtegit, inuiolata, quam ſiue craſſam, quemadmodum ego nunc protuli, ſiue duram, ſiue cuticularem appellaſſe malis, nihil intererit: quemadmodum ſi etiam alteram ſubea tenuem, mollem, membraneamq; nuncupes, nihil ſpeculationem anatomicã uel iuuabis, uel offendes. Etenim utilitas in partiũ naturæ ſcientia, non in appellationibus ſita eſt diſſectoribus. Porrò cerebra bubula in magnis ciuitatibus in totũ parata uenduntur, plurimis caluariæ partibus nuda: & ſi plura quàm oporteat oſſa in lateribus adiacere aliquando putaueris, coquo uendenti iubebis ea adimere: qui ſi non adſit, ipſe munus obeas, ualentibus utens exciſorijs, aut fabrorũ aſcris, quas mihi quoq; præparatas conſpexiſtis. ſed potius ex ferro duro huiuſmodi conficientur. nam ex infirmiore fabricata, multis ictibus parũ adeò proficiunt: quam uehementer feriri caluariam ſæpe nolumus. quippe huiuſmodi ictus cerebrum natura tenerum ualidè concutiunt, diſſoluunt, diuelluntq;. Nihil autem ex his ipſis affectum ad ſpeculationem parare oportet, ut omnes quidem neruorum proceſſus exquiſitè in conſpectum ueniant, necnõ omnes arteriæ & uenæ in ipſo: item ſeptum quod anteriores uentriculos diſcernit: ad hæc ſinus, qui ab infundibuli ſimilitudine χοάνη & χώνη appellat, atq; id genus alia. Itaq; particula commodè præparata, membranam duram inſpicies, iuxta mediam ipſius longitudinẽ multò craſſiorem quamprimum apparentem, atq; ita aliquouſq; deſcendentem, qua potiſſimũ parte caluariæ futurarũ media habetur. pari modo ſub futura, quæ à Græcorum literæ λ ſimilitudine λαβδοειδὴς appellatur, craſſam membranam duplici ſtructam plexu, ſimul & cerebrum aliquatenus ingredientem conſpicies. uenæ porrò per ipſam utrinq; ſingulæ iuxta futuræ labdoidis latera excurrũt. Vbi uerò hæ in idem mutuò conuenerint, altiſſimus is ferè locus eſt eorum qui in orbem circumeunt. Non autem æqualis ab eo tum prior, tum poſterior cerebri pars exiſtit, ſed anterior multò maior. Verùm id quod elatiſſimum habetur, alter etiã craſſæ membranæ implexus accedit, ut aliarum omnium ipſius partium, quæ cerebrum orbiculatim comprehendunt, craſſitie quadrupla eſſe appareat. Ad hæc tertia quædam alia uena præter duas prædictas ad longitudinem porrigitur, in anteriora excurrens. Quid enim aliud quàm uenam eiuſmodi uas appellaueris, in quo ſanguis contineri uidetur? Viuo itaq; animante cerebrum ſi fuerit denudatũ, quemadmodum in confractis perforare caluariam conſueuimus, ſanguinem in enumeratis concauitatibus contineri ſpectabis: mortuo autem, grumum: ipſas uerò cõcauitates non habere uenæ tunicam, quæ ſimul per capitis oſſa aſcendat, ſed ubi primùm uena caluariam attingat, craſſam membranã ibidem implicari: necnon interna regionem fiſtulæ modo ſinuatam, in peculiare uas ſanguinem recipere, & cõſeruare qualem acceperit. Vt igitur adamuſſim id uideas, corpus habebis præparatum tenue & oblongum, cuiuſmodi ſunt ſpicilla. erit autem ex materie lignea, nempe buxea, aut aliqua tam ſolida: atq; hoc in membranæ ſinus demiſſum prorſum conaberis propellere quà cedit, & ipſum membranæ corpus ſecare, quoad in lignum incidas. Sin autẽ hoc ſpicillum adfuerit, uel ſcalpellum, uel ſpathomelam per alterum extremum in quo ſpicillum circulare habetur, demittẽs in membranæ concauitatem, in anteriora propelle, ipſamq; per latus ſeca, utrinq; inſtrumentum demiſſum ad alterã partem declinans, ut neq; ſcalpellum confringas ei occurrens, & concauitatem aſſequaris. Dum igitur membranæ cerebri plexus oſſibus quæ ambiunt detegis, ſubinde quippiam abrumpitur, diuelliturq;: ac ita quoddam ex prædictis inſtrumẽtis in ſanguinis uentriculum demittere incipies. ſin autem non diuellatur, acutiore ſcalpello utrunque latus implicatæ membranæ parte inferiore aggredieris, quà primùm in caluariam elabitur. Deinde & illic per ſectionem ſcalpellum inijciens, ſurſum adigere conaberis, aduſque uerticem, ubi uenæ duæ inuicem congrediuntur. quam regionem Herophilus nominat lenonem torcularis ſimilitudine. Eſt autem ipſa, quam ille ſic appellat, alta magis, in ſuperficie uerò aliæ uenæ exiles congreſſæ leno incumbunt, idq; propter craſſam ſimiliter membranam: ſed nondum ipſarum coitus ſpicillum ſpathomelæ ob angu ſtiam excipit; cuius gratia in minutis cerebris uel obſcurè, uel nequaquam apparet, ex reliquis igitur ſpicillis, Græcè διπήχεια uel μυλῶπιδες uocãt, aliquod inſeres, & propter ipſa ſectionem duces. Cæterùm prædictus tenuis membranæ proceſſus ſuperficiarius in illa parte oritur, ubi futura labdoeides ſquammatis oſſibus connectitur. Quapropter uenas has ſuperficiarias prius ſecabis ad uenæ uſq; ſummitatem, dum autẽ ſecas, primùm euacuabis, ſi grumus quiſpiam in ipſis coaluerit: deinde internam membranæ ſuperficiem intueberis, quomodo ſubſtantiæ ſpeciem, etſi non tenuitatem, uenis habeat ſimilimam. Ac nihil miri eſt, naturam non requirere tunicam uenæ, quæ ſanguinem craſſæ membranæ uentriculis ſuppeditet, quum ſimilis utraq; corpora ſubſtantiæ exiſtant. Inde tenues uenas ab utraq; leni parte oriuntes ſpectabis: nonnullas quidem admodum graciles, & ſolùm pilum demiſſum excipientes: quaſdam uerò ampliores. Cernes autem has quidem à parua leni ſuperficie in propinquas cerebri particulas ſuperficiarias diſſeminari: illas uerò ab altitudine magna tum in poſteriorem totam cerebri partẽ, quę à nonnullis ἐγκράνιον, id eſt cerebellum appellatur, tum in priorem propagari, quas & prius quàm ipſum cerebri corpus ſubeant, ex membranæ uenis elabentes manifeſtò conſpicaberis, niſi ipſas diuulſeris. Cæterùm poſterius cerebrum uoces ne cerebellum, an aliter, Græcè ἐγκράνιον uel ἐγκεφαλίδιον, nihil intereſt. Huic igitur uenæ ſe inſerentes, & ab ijs quæ per futuræ labdoeidis latera in lenũ perueniũt, & ab ipſo leno exactam uenæ tunicam habent, talem potiſſimũ ſpecie, qualis omnibus in toto animante exiſtit. Porrò in ipſum cerebrum, quod nonnulli anterius cerebrum appellant, per craſſam membranã mediam exactè ſitam, ſecantemq; cerebrum, in partes duas æquales ſanguis deriuatur. Cæterùm & hinc uenæ frequentes omnino per totam longitudinẽ in utranq; cerebri partem diſtribuunt, ſiniſtrã, & dexteriorem, omnes exiguæ, præterquam duę: una quidem per lenum in anteriora penitius procedit ad totius capitis longitudinem. quomodo autem inuenire ipſam oporteat, paulò poſterius explicabo. altera uerò multò maior, neq; propinqua admodũ leni regioni, neq; remota, in medio præſertim totius cerebri. appello autem ſic quod ex utriſq; partibus conflatur, poſteriore ſcilicet, & anteriore. Hæc uena in altum decliuis deſcendit, unde & multifariam propagatur: non tamen ipſi hoc accidit poſt productionẽ ex membrana, ſed aliquouſq;, non longius progreſſa. Hæc igitur omnia ſpectabis, priuſquam cerebrum aliqua ex parte diuiſeris, in

C sola membrana crassa. Nudabis autē ipsam tribus in locis, quoniam & triplici pīe
xu totum cerebrum secuit. deinde iuxta sectiones tuismet digitis attolles seorsum
partem ipsius sinistram, seorsum uerò dextram, quibus cerebrum anterius contē-
gebat, seorsum reliquam quà anterius: omnesq; uenarum processus in tres totius
cerebri partes disseminari conspicies: nōnullas quidē tam superficiarias, ut ipsarū
rami in conspectum prodeant: quasdam uerò altè penetrantes: omnemq; tenuem
membranam quæ enumeratas uenas colligat, & cerebro extrinsecus circundaī,
cum uenis in uentriculum ipsius descendentē. Hanc membranam tenuē menin-
gem appellant, ueteri quadam consuetudine: nunc haud noui quonā pacto solis
cerebri membranis nuncupatio sit cōseruata. nā ueteres non has solùm membra-
nas, sed etiā omnes meningas uocitabant: quod discas licet tum ex multis alijs cō
mentarijs quæ ab illis scripta sunt, tum maximè ex Hippocratis & Dioclis monu-
mentis, quorū & Marinus in opere anatomico fecit mentionē. Itaq; tenuis mem
brana cerebrū ambiens, eodemq; modo penitius coniuncta solet apparere. Porrò
crassam plurimùm ab eo distare uidebis, & quanto interuallo cōdisces, si in singu
lis tribus partibus, in quas totū cerebrū secuisti, paruo facto foramine indideris ei
exiguæ cuiusdam tubæ initiū, qualia mihi præparata uidetis, aurificū follibus per-
similia. sic autē nomināt, ut nouistis per quos ipsi dum ignē accendunt, aērem in-
flare solent. Si igit initio tubæ parti diuisæ impositō, ac meninge orbiculatim con
stricta, per ipsum inflaueris, regionē ei subditā haud modico impleri aēre conspi-
cies. siquidem hæc meninx crassa caluariā succingit: cerebrum uerò, dum attollit
& submittit, accedit, & ab eo recedit, pro inanis loci, qui intermedius est, ratione.
uerūm de hoc paulò posterius in animalium administratione tractabitur. nunc au
tem quæ superioribus proxima sunt, exequemur. Nam ubi ea fueris intuitus quæ
cerebrū ambiunt, opportunū iam etit cerebrum ipsum cōsecare, anatomen ipsius
D exordius à meninge, bifariā anteriorem partē secante, unde abscētis uel auulsis ue-
narum exortibus, qui in latus procedunt auspicatus, à termino priori sursum tuis
ipsius digitis attollito, donec ad grandem uenam peruenēris ex ea procedentem,
quam in penitiora ferri decliuem retulimus: atq; hìc rursus in altum sublatā alteri
tenendam dabis: mox ipse iuxta longitudinem dissolues, utranq; cerebri partem à
mutuo connexu leuiter tuis digitis secernens, quousq; ad uenam in longum inibi
porrectam ueneris, quam prius magnitudinis esse notandæ commemorauimus.
Postq; uerò decliuem uenam, de qua facta est mentio, ad longitudinem extensam
uideris, atq; ipsius usum, simul inspiciendo nudabis (nam tenues utroscp ramos in
cerebrū dispersos mittere uidēt) tu quidem uenā ipsam à corporibus subiectis ad-
mens, uel totam aduscp leni regionem excindito, uel quod extuberat sursum ele-
uans, in illis ipsis deponito. Cæterùm regionem quam detexeris, diligenter inspi
cito, calli naturam quoammodo referentē, ut naturalis quædam inibi concauitas
esse uideatur, quæ ex superiacentibus & circundatis corporibus portionē alimen
ti non perfectè elaborati (recrementum propriè appellant) recipit. Quinetiam nos
hoc uti uocabulo nihil prohibet. Cæterùm excoriare pergēs leuiter etiam meatuū
tenuium, qui ad medium uscp cerebri uentriculum perueniūt, effigies inuenis. Le
uiter autem dixi hanc regionem excoriandam, propter septi uerticem huc pertin-
gentē, qui priores cerebri uentriculos intercipit. Insuper spectare tibi hoc tempus
est rectas lineas utraq; mediæ regionis parte ad ima secanti, donec uētriculi occur
rant. Notitiam ipsorum indipiscēris, callosam illam portionem conspicatus, quæ
manifestam adeò differentiam dissectis cerebri particulis obtinet. Cernes autē in
his etiam plexus secundarum modo efformatos: unde Græcè χοροειδεῖς dicuntur.
At Herophili sectatores nominant ipsas conuolutiones, secundarum instar effigi-
atas, nomine uidelicet à membranis deducto, quę fœtus extrinsecus in orbem am
biūt, uenarū existentes plexus, & arteriarū quæ tenuibus cōtinent membranis. sic
nanq;

A nanque & cerebrum ex uenis arterijsq; implexum est tenui membranæ illigatis,
quæ similem substantiam obtinet tum ijs ipsis quæ in secundis habent, tum mem-
branæ costas succingenti, tum peritonæo, atq; id genus alijs. Præterea leuiter tuis
distendēs digitis, ne plexum perrumpas, intueberis uenas quidem ex sublimi re-
gione descendentes in ramorum seriem diffundi: arterias autem à subiecta parte
humili similiter & has emergentes, in ramos propagari: ac plexus hos inuiolatos
seruare conaberis, quò uidelicet consequens paulò pòst quū particulas ipsas dete
ges, manifestò uenas in uentriculis sitas speculeris, propagatas omnes ab ea quæ
prius ad cerebrū peruenire commemorata est: arterias autē quæ à duabus alijs ar
terijs ab imo sursum ferunt. Has itaq; accuratius procedēte administratione inspi
cies, puta in prima sectione utriusq; uentriculi: & plexuū, quos à secundarū figura
χοροειδεῖς appellaui, cōspectus, index tibi erit, & portio corporis callosa. Mox uerò
partem quæ dextrū uentriculum à sinistris disterminat, eandem cum toto cerebro
substantiā habere spectabis. atq; hæc iam facilè abrumpit, si uehementius exten-
datur. Est autem adeò tenue, ut quū in clara luce consectionē administras, quem-
admodum certè etiā conuenit, splendor ipsius pelluceat similiter lapidibus hisce
specularibus, quos minutim secantes ostijs imponunt. quare non uehementer ele
uanda est: nam diuellit. attamen manifestò uidere nisi eleuatam ipsam non licet.
Quum autē superiora ipsius extrema secandis corporibus sint connata: quid dico
connata? imò unita: ipsis incisis cōuenit prehensa illa ad alterū uentriculum leuiter
reflectere, fastigio septi quod uētriculos disterminat, imponentē. sic enim uētricu
lus nudatus manifestior euadet, & septū modicam habebit eleuationem, qua po
tissimū indigemus. Priusq; enim in totum extendatur, laxum est, & rugosum, neq;
relucere, neq; continuitatē suam potest ostendere. sursum autē attractum eatenus
ut tota sit tensa, non tamen iam diuulsa, clarissimè apparebit. At si hinc quoq; totā
B ipsam simul cum unijs particulis ad sectiones usq; sustuleris, & uentriculi euiden
tius, & uena decliuis circa corpus quoddam turbinatū discindi apparebit: mem
brana uerò quemadmodum alias uenas, sic & scissas tenuis connectit, quę à mem
brana subtili, nec substantia, nec cōtinuitate euariat. Atq; huius membranæ inter-
uentu corpus turbinatum abscindit: neq; fieri potest ut prius ipsum uideas, quàm
membranam aliquatenus diuulseris. nam ueluti firmamentum quoddam uenis
à magna decliui propagatis adiacet, quę prædicto corpori insidentes descendunt,
& statim demergunt occulunturq;, lato quodam corpore contectæ, quæ particu
la quidem cerebri est alijs similiter. Quomodo autē nudandum ipsum sit, paulò
posterius exponam, tantillum adhuc sermoni adijciens: turbinatum corpus uo-
catur ab Anatomicis non conoides solùm, sed etiam conarium. Cæterùm incum
bit uenæ ramis, uti retulimus, non prius in conspectum ueniens, quàm membra-
nam alicubi diuiseris: quod facies leuiter, nō attollens simul conariū ualidè. Nam
à subiectis corporibus abrumpitur, & consectionē insigniter offendit: quod pau
lò posterius explicabo. Quemadmodum igitur cor à tunica ipsum ambiente nu-
datur, sic etiam conarium detegere conuenit, membrana qua circundatur, diuisa:
quæ aliqua ex parte à basi recta linea propter uerticem peruenit: deinde membra-
nam conuenit cum uenis circumscindere ad utranque turbinati partem, sed illud
ipsum ad diuisionem inclinare, ut quampromptissimè nudetur ad contrariam di-
scissæ tunicæ regionem deductum. Cæterùm his peractis sic iam licet antequam
mediam turbinati, & uentriculorum sedem detexeris, utrasque uenas considerare
cum plexu in modum secundarum facto à propagata uena circa turbinatum de-
ferri. Enimuero ubi corpus intermedium detexeris, manifestò illinc ipsas prodire
condisces. Quomodo igitur id nudare oporteat, iam animū aduerte: siquidem nō
uulgaris cerebri pars est, quæ à corpore contegit, sed etiam quidam alius uentricu
lus tertius præter prædictos, paulò antè quos septum inuicē separauit ac disiunxit.

C Itaq; illis potiſſimum locis ipſum nudabis, per quæ uenæ tanquã foramina quæ-
dam erumpentes, prioribus incidunt uentriculis. nam media regio ſimul cum an-
terioribus uẽtriculis ad ipſa foramina pateſcit: ac oportet ſcalpelli ſpicillum, uel la
tam partem ſpathorum, uti uocant, uel etiam ſpathomelæ eandem hanc per fora-
mina utraq; leuiter ſubmittentem, corpus uenis incumbens ſurſum elatum attol-
lere. Quod ubi feceris, in utroq; foramine ſcalpelli mutuò ſibi occurrẽt, & corpus
hoc apparebit quod incumbit uenis, quæ lateſcentes permeant, ceu quidam ædi-
ficij teſtudinarij fornix. Vocant autem non fornices, ſed cameras plericq; id genus
ædificia: atq; ideo hoc etiam corpus ob fornicis ſimilitudinem καλιοειδὲς abijs
nuncupatum eſt, qui ipſius habent notitiã. ex illis autem qui ignorant, aliqui nẽ-
quaquam hoc fornicis modo ſtructum in cerebro eſſe contendunt: nonnulli uerò
parum rectè intelligentes putant id quod ſepto ſuperpoſitum eſt, ſic appellari, uer-
rùm nec illud uocatur καλιοειδὲς. Eſt autem hoc reuera καλιοειδὲς, quemad
modum appellatur: & ſi ipſum deſeces, callus occurret ut in uentriculis anterio-
ribus, ſic etiam hîc: ad baſim deinceps affirmatæ ſunt uenæ, quæ concauitatem for-
nicis permeant. extrinſecus ſiquidem gibbum habetur, ablatis uidelicet corpori-
bus quæ ſuperſtrata ſunt, unde ad membranæ plexum uſq; attollebat: intrinſecus
autem cauum, quemadmodum fornicis faſtigium. Cæterùm ſi perpendas quos-
modo animali uiuẽte omnes craſſæ membranæ partes caluariæ adhærebant, cere-
bro autẽ ſoli ipſius implexus, credes uerticem cameræ ſurſum uerſus ſeruari, uen-
triculum ſub ſe magnum efficientem. Sic autem quum priores etiam uentriculi
grandiores exiſtant, totum ſepti caput in ſublime ſimul cum cõtinuis corporibus
attolli neceſſe eſt. non enim ſeptum ſuperiacentium corporum firmamentũ eſſe
poteſt, tanquã murus quidam, quum extremè tenerum pariter & ſubtile exiſtat:
ex quibus ſi alterum ei ſolum ineſſet, non certè uel minimam ſuperiacentium ce-
rebri partium molem ſuſtineret. ſed huius quidem uſus iuxta nominis rationem
D habet. quippe anteriores uentriculos ſecernit, non ipſi incumbentia fulcit, ſed nec
ullum hiſce uentriculis adeſt firmamentum, neq; hos ſequenti: uerùm ex quo cor-
pora quæ ſuperiacent, ſublimia ſuſpenſa ſunt, latam intus trium uentriculorum ca-
pacitatem efficiunt, quam in confectionibus perire neceſſe eſt, corporibus uidelis-
cet quæ ſuperſtrata ſunt, delabentibus, ſicut paulò antè commemoratum eſt. Inſu-
per meatus quidam maximus tertij huius uẽtriculi baſi ſubiacet, qui ex prioribus
per relata foramina ſuperfluitates recipit, inſuper ex particulis ſuperiacentibus, ſi-
cut antè paulùm enarratum eſt. Porrò confluũt in ipſum recrementa, in quam par
tem uenæ à turbinato profectę ingrediunt. At qui ex toto uentriculum hunc igno
rant, meritò etiam ſimul cum eo meatum in poſteriora porrectum, quo turbinatũ
fulcitur, neſciunt. atq; ſi ipſum nudum à uenis circundatis iuxta baſim abrumpas,
foramen quoddam inibi ſublime apparet, ceu quoddam, ut dicam planius, infun-
dibulum, etſi nullum in ſe fumum cerebrum habeat, quem ſublimi foramine re-
ſpirare deſideret. Nec uerò ambientem aërem oſtiolum ipſius recipit, ſed ampla
cerebri pars deſuper incumbit, deinde dura meninx duplicata, poſt hanc capitis
os. quare fruſtra foramen hoc natura condiderit, etſi nihil temere faciat. Talia igi-
tur non in ipſam modò anatomen peccant, qui malè aggrediuntur incidere; ſed
etiã in naturales ipſius ſermones. Neceſſe ſiquidem eſt, quemadmodum eorum
quæ uerè in diſſectionibus conſpiciuntur, utilitas eſt mirifica, ſic etiam perperam
inſpectorum ſermonem utilitatis reddi uacuum. Tu uerò omnibus quæ hîc pro-
poſitæ ſunt particulis probè detectis, tertium uidebis uentriculum inter duos pri-
ores & quartum poſteriorem medium. Etenim meatum cui pars turbinata inſi-
det, ad medium uentriculum pertingentem cernes, ut in foramine haud exigui
duo appareant: unus in poſteriora ad cerebellum deferri, per quem etiam demiſ-
ſo uel ſpicillo, uel ſpathomela, deprehendes ipſum in poſteriorem uentriculum
terminare;

A terminare. alter in mediũ uẽtriculi fundo deorſum portendit: ſed corpus turbina-
tum ubi à circundatis ipſum nudaueris, eo quod meatui incumbit intacto, delabi
ſolet, non rectum conſiſtere, ſicut quando membranis cum uaſis obductum erat:
uerùm decidit magna ex parte deorſum uergens. Porrò excipiunt ipſius caſum le
uiter rotunda corpora, quæ ſanè proprias quodammodo circumſcriptiones ha-
bent, ſed totius cerebri ſunt particulæ, eandemq; cum ipſo ſubſtantiam ſortiun-
tur, & nomen ipſis à figura imponunt quidam nates, aliqui gemellos, quoniam
& teſtes ſic appellant, tanquam honeſtius ſit ita uocaſſe. At meatus prædictus qui
ex medio uentriculo ad poſteriorem pertinet, inter has nates conſiſtit, peculiari
uelatus tunica, quæ tali eſſentia conſtat, quali & meninx, quæ omnia cerebri ua-
ſa connectit. Quare diligentia adhibita ab incumbentibus ipſum detegere aggre
dieris, haud ignarus diuulſum iri, ſi neglexeris. Cæterùm particula quædam cere-
bri ei incumbit, quæ circumſcriptionem obtinet figura uermi ſimilem in lignis e-
naſcenti. hinc etiam nomen Anatomici inuenerũt, excreſcentiam uermicularem,
corpus hoc quod totum meatum contegit, uocantes. Et duplex ipſius extremum
ſpectabis, alterum in priore parte deinceps, ut expoſitum eſt, turbinato corpori
porrectum. alterum uerò retro necdum apparens. nam tota elatior pars poſterio-
ris cerebri ſubſtantiæ ipſi ſubiacet, cuius ſine prehenſo, qui propter ſpinalis me-
dullæ initium ſitus eſt, in anteriora procedes, donec aliud eiuſmodi corpus, qualis
uermis eſt, conſpicias. Quo inuento paulatim auferas permulta ex corporibus
quæ incumbunt, ut ſola relinquantur ea quæ iuxta meatũ duplex habent utrinq;
extremum dictis uermibus figura ſimile. Porrò ſpectabis in hoc etiam corpora te-
nuia, quæ excreſcentiam uermicularem ad particulas natibus cerebri utrinq; ad-
iacentes illigant: tendines autem ipſas nonnulli Anatomicorum nuncupant. Iam
uerò anatome in hoc tibi conſtituta, utrunque finem uermicularium proceſſuum
B uiciſſim aggreſſus nonnunquam in anteriora totum corpus moueas, nonnun-
quam in poſteriora. Dico autem totũ, quod paulò prius retuli meatui ſuperiace-
re extremum habens utrobique uermiculare. Deinde animum aduerte quomo-
do reflexo quidem ipſo nudari accidit poſteriorem uentrem quartum, rurſus mo
to eodem ampliſſimam ipſius partem occultari, illam uerò ſolam apparere quam

Herophilus ſimilabat concauitati calami quo ſcribimus. Reuera ſiqui-
dem talis eſt in medio concauitatem quandam adepta, ue-
luti ſectionem cuius ex utraq; parte tantum in ſub
lime utrunq; latus attollitur, quantum
in calamis à media linea
elatius exurgit. & potiſſimum in
Alexandria ſic calamos quibus ſcribimus
adaptant, ubi Herophilum egiſſe quum diſſeca-
ret, hinc nimirum eſt colligere, quòd
imaginis ſimilitudine addu-
ctus ſic appellauerit.

LIBRI NONI ET VLTIMI FINIS.

ERVDITISSIMO VIRO

HVLDRICHO CHELIO PHORCENSI,

physico apud Solodorenses, Ioan. Guinterius Andernacus S.

QVemadmodum uirtus homines ad amicitiam allicit, ita inceptum semel amorẽ nunquam sinit extingui, uir clariß. Ego enim, si exemplum recipis, ita eruditione tua singulari, humanitate integra, fide syncera, primùm ubi tecum familiaritatem inieram ita sum affectus, ut nunquam te ex animo queam deponere. Quoties de amicis cogito, tu mihi primus occurris: te concipio: de te meditor. Nihil poterit loci interuallum, quo es à me longè disiunctus, in amicitiam nostram moliri: quæ, ut spero, sempiterna erit. Ne autem officijs quoque uidear defuisse, mitto libellum Galeni de constitutione artis medicæ, tuo nomini consecratum, quem te à nobis discedente in latinum transtulimus. Est autem libellus compendiosus quidem, sed elegantißimus. totam medicinæ summam complectitur: omnia distinctè, ordinatè, eleganter continet. Quod in alijs libris complurib⁹ tradit diffusè, hic omnibus ueluti in unum caput redactis, breuiter exequitur. Cæterùm noster mediocris in hoc opere uertendo fuit labor: primùm quòd exemplar fuerit deprauatum: deinde etiam quòd multa hic desiderata, ex ueteri tralatione erant petenda. Quæ quàm sint corrupta, quis nescit mediocriter eruditus nõ perspicit? Quicquid igitur est, tuo nomine inuulgamus. tuum est contra homines malè seriatos illud defendere. quod hactenus in nostris operibus te fecisse haud sum nescius. Accipe igitur fronte hilari munusculum hoc: breui maiora accepturus, quæ nunc in manibus habentur: cuiusmodi sunt, Galeni commentaria in Epidemia, item Paulus Aegineta, aliaq; eius farinæ. Hoc enim constitui, nunquam cessare, donec totum uideamus Galenum latinè loquentem. Quò id fiat facilius, precor à dijs immortalibus eam nobis fortunã concedant, quæ studijs sit commodißima. Vale.

CLAVDII

A 61

CLAVDII GALENI

PERGAMENI DE CONSTITVTIONE ARTIS MEDICAE,

Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

QVANDOQVIDEM diuino quodam præditus affectu, Pasophile, mihi uideris, ut qui omnia cum demonstratione & methodo indipisci desideres, statui alacritati tuæ obsecundare, & de his quæ audisti, uel quæ te in dubium uocarunt, commentarios perscribere. Cur autem nõ hoc laboris mihi injungerem, quum te uideam principium quoddam uiæ ad ueritatem ducentis inuenisse, sed propter sublimitatem, longitudinemq;, & asperitatem, sine ducis auxilio haud posse ipsam contingere? Etenim plerosq; ne moniros quidem illuc contendere conspicor, quæ est ipsorum pigritia, sed auersari, ac aliò se conuertere: à quorum animo tam abes, quàm qui maximè. Quippe quũ omnes in hunc usq; diem ueritate sprera, alia quæsierint diuerticula, tu quasi ex specula quadam sublimi despiciens, magnanimus uenustatis ipsius amator esse deprehenderis, nec iter detrectare, quanquam solus, id ingredi, ac tibi permittere non audeas. Itaque ueram medicæ artis constitutionem inuenire cupiens, non mediocriter in præsentia angeris animo, doloremq; concipis: post paulum tamen longè maior, quantum conjectura queo consequi, incedet tibi eius cupiditas, conspicuũ ueritatis lumen intuito: nec aliam hac, quæ nunc tibi quæritur, honestiorem pulchriorem q; uiam reperient. Siquidem noui animum tuum, ueritate inuenienda, ad quamcunque rem eum appuleris, rectissimè esse affectum. Igitur quum innumeris te præceptoribus
B aures præbuisse medicæ artis discendæ gratia diceres, nec unde ipsam auspicari conuenit cum demonstratione, & uia, quenquam illorum docuisse, imò nec ulli te conuixisse, qui uiam illam à principio ad finem disciplinæ perducentem indicauerit, pollicitus sum ostensurũ me quod desideras, si prius de alijs quoq; artibus uerba fieri patiare. At quia tu non solùm conditionem recepisti, nec adhortationem auersatus es, sed gratius ita, quàm illo modo, ad propositam disputationem uenire me dixisti, modò eandem in uniuersis artibus methodum ostensurum me promitterem: ac illud ego quum annuissem, primumq; in speculatione proposita demonstrassem, uidebaris ueri studio, quod in illa sentiebas, uehemẽter affici, gestireq; quare multas ordine artes similiter contemplatus, præsertim quas Græci πρακτικὰς, quasi factiuas appellant (quandoquidem ex hoc genere, sanitatis tuendæ scientia consistat) iam tunc ad ipsam transcendisti, quam initio ardentissimè affectabas. Ad hæc quum intellexisses unam eandemq; rationem ac uiam esse, ne tibi dicta aliquando à me memoria excideret, uoluisti commentarios quosdam de his exarari. Atq; nos tuo ueritatis indagandæ studio gratulati, duos hosce libros composuimus. Priore, in quo artifex quicunque futurus est exerceri debet, docemus, quod ueteres philosophi dicitant, cuiuslibet artis constitutionem à finis notione proficisci. Diuisus autẽ est, propter magnitudinem, in duo uolumina. Altero, hoc est secundo, quẽ nũc paramus, indicabimus quomodo una eademq; methodus, ut uniuersas alias artes, ita medicã quoq; constituit. Ac tam librum exordiemur.

QVONIAM artes quędam in sola rerum quas contemplantur, inspectione finẽ habent, ut Arithmetica, Astronomia, & Physiologia. Quædã actiones nonnullas obeunt, ut saltatoria & præconum ars. Vbi uerò ab actione cessauerint, nullum ex se opus possunt ostendere. Nonnullæ contrà, quid effecerint, postea indicant, quemadmodum ædificatoria, & fabrilis. Aliæ nihil ipsæ quidem efficiunt, uerùm res quasdam uenantur, ac conquirũt operis loco, qualis est ars piscatoria,

c & ars feras canibus insectandi: in summa, quæuis ars uenatoria. Et quia medicl-
nam methodo quadam constituere tibi propositum est, inspice primùm ex quo
artium genere consistat: contemplatoriarum ne una sit, an actiuarū: an ex ijs quæ
opus quoddam ædant, an ex illis quę aliquid comparent. Hoc enim nec inuentu,
nec inquisitu est difficile. Cuius enim rei gratia artem huiusmodi comparare tan-
topere desiderabas, hoc ipsum reminisci te conuenit. Primùm ergo omnium ex te
rogabam, quum nos exercitium tale inciperemus: respondebas autem uellete,
homines præter naturā affectos, quammaximè fieri posset, omnino in naturalem
habitum reducere. quod si fieri non posset, saltem dinoscere qui nam sanabiles,
qui minus essent. At quoniam hoc sermoni initium dedisti, artem quam cupis con
stituere, ex factiuarū genere esse diximus. siquidem ubi ab agendo desiteris, artis
opus potes ostendere. Porrò sunt & aliæ permultę artes factiuæ, ut ęraria, coriaria,
nauium compactoria, fabrilis, figulina, pictoria: & propemodum tot artes factiuæ
apud homines in usu sunt, quot alterius generis nullæ. Igitur quam superiori li-
bro methodum artium didicisti, eam modò tibi ad artē, quam constituere conaris,
transferre tempestiuum est. Idem hìc quoq; orationi principium statuendo, quod
in illis omnibus: nimirum finis notionē: quam unde consecuti simus, dicere tem
pus præsens postulat. Primùm itaq; nos ipsos sanos, tum alios homines cogno-
scere, necessarium dicebamus: deinde ægrotos. Vnde sanitatis desiderium, artisq;
cuiusdam constituendæ, quæ illam tueatur, nobis aduenit. At si ualetudinē secun-
dam efficere cogitamus, una nimirum ex factiuarum artium genere fuerit, quam
constituere cupimus. Quum uerò duplices factiuæ sint, ut diximus: hęc ex earum
numero censebitur, quæ iam factum opus instaurāt, corriguntq;, non ex illis quæ
nouum efficiunt. Nonnullæ siquidem artes, ipsas res operantur, uelut textoria &
coriaria. Quædam, uitiata corruptaq; resarciunt, sicut quæ laceras uestes, &
D ptos calceos consuunt, reficiuntq;. quod in arte ædificatoria ita se habere demon-
strauimus. Cuius quoq; opera duplicia sunt, domū uidelicet ex integro constitue
re, & collapsam reparare. Ostensum quoq; est, ad utranq; actionē omnes domus
particulas cognoscere, artifici esse necessarium: qua uidelicet substantia sint prędi-
tæ, quali figura, quanta magnitudine, quot numero existant, & quomodo inter se
compositæ. Itaq; constituenti artem corpori nostro dicatam, quam impræsentiarū
medicinam appellare, de nominibus contentiosi nobis concedant: necessaria est
cuiusq; simplicis particulæ cognitio, qualem substantiam habeat, figuram, magni
tudinem. ad hæc omnem earum numerum, ac mutuum inter se connexum intelli
gere, ex usu est. Quemadmodum igitur qui factam iam domū qualis sit adamus-
sim nosse cupiat, ex resolutione ac dissolutione eam deprehendet: ita ex anatome
corpus humanum cognoscemus. Nam deus & natura, ut ille qui domū primùm
extruxit, sic partes corporis prænoscūt, usu uidelicet ipsis exemplum suppeditan
te. Nos uerò ut ille qui ædificatam iam domum contemplatur, nisi quantum ho-
mini licet, persimilem deo cognitionem consecuti fuerimus, fieri non potest ut co
gnoscamus. omniá ne in usum aliquē facta sint, an quædam superuacuò. etenim
utrunq; intelligere, humani ingenij uiribus denegatum non est. Item an perperā
quædam constructa sint, unde optima corporis constitutio quoque cognoscitur.
Verùm de his postea. Quū iam similares nominatas particulas ex anatome, quas
lis quæq; figura sit, quanta magnitudine, quot uniuersæ numero, quemq; inter se
connexum habeant, didicerimus, & compositas partes (quæ etiam instrumenta-
riæ dicuntur) cognoscemus, cuiusmodi sunt crus, manus, digitus, oculus, lingua,
pulmo, iecur, ac id genus alia. ideo quoq; duplices partium actiones inuenire est,
alias simpliciū, similiariumq;: alias compositarum, ac instrumentariarū. siquidem
& totum crus, & singulos eius musculos moueri quis non uidet: Quòd si transuer
sus musculus in totum diffectus fuerit, aliquem cruris motū perire nemo dubitat.

Constas

A Constat etiam, si neruus in musculum quempiam descendens uulneratus sit, pri-
mùm quidem ipsum musculum & sensu, & motu priuari, mox articulum, motus
instrumentum. Vnde arbitror etiam nobis artem constituentibus, non modò par
ticulas, earumq; compositionē, sed etiam actiones cognoscere necessarium esse.
atq; hac parte ab ædificatoribus discrepabimus. Illi siquidem parteis duntaxat, &
compositionem cognouerunt. Quippe domus, quum animal non sit, nullas ædit
actiones, quæ nobis inuestigandæ sunt. Atque hinc duplex inquisitionis prin-
cipium: puta & actionis & particulæ cognitio. Actionis quidem, ut ratiocinan-
di, reminiscendi, eligendi. Partis, ut cerebri, spinalis medullæ, & cordis. Omnium
igitur quas nouimus actionum particulas, ac particularum omnium actiones dis-
quiremus. Inquisitio uerò hæc quoque ex methodo quadam planè procedit: de
qua in sequentibus considerabitur. Iam uerò quòd duplex natura partium sit, ac
duplex similiter actionum, modò diximus, iterumq; exactius dicetur. Cruris to-
tius actio incessus est, qui fit articulis uicissim inter se extensis, ac inflexis, incurua
tisq;, uelut in ipso genu prioribus musculis patellam supergredientibus, & per ten-
dines in tibiæ os insertis: quibus hinc attrahentibus, crus extenditur: interioribus
conuellentibus curuatur. Pari modo in coxa & pede articulis flexis uel extensis
motus fiunt. Apparet igitur musculus euidenter carne circumposita denudatus,
quum uelut ad sui originē contrahitur ac reuellitur: attamen neruus in ipsum de-
scendens sensibiliter moueri nō uidetur, sed uia facultatis à cerebro descendentis
apparet. Quòd sanè cerebrum neruis omnibus eiusmodi facultatis fons sit & ori-
go, manifestissimè ex neruo quolibet diuiso didicimus: quippe tunc in supernis
partibus, ubi cerebro cohęret, actiones cōseruari: in inferioribus perire. Cęterùm,
ut cerebrum neruis, ita illi, aliá ne rursus quædam particula facultates transmittat,
an ipsarum fons quidam existat, hactenus pro incomperto habuimus. hæc enim
B quæstio de animi principatu est. Sed unde digressi sumus reuertamur. Incessus igi
tur, totius cruris actio est: cui obeundæ, in cruribus musculosum genus præesse
asserimus. Ossa uerò, cartilagines, pingue, glandulæ, arteria, cutis, uenæ, mem-
branæ, & ligamenta, motus initium ex musculis obtinēt. Primùm enim ab ijs ossa
mouentur, mox alia omnia, quæ ordine circumiacent. Itaq; pedis motus, musculi
actio est. totius autem cruris motus, singularum eius partium actio nō est. Quare
bifariam actionum genus distinximus. Vnum sanè primū, maximeq; proprium,
simplicis cuiusq; particulæ operantis. Alterū per accidens ac secundum, uel non
primarium, uel quomodocunque totius instrumenti functionem uelis appellare.
Hoc igitur à nobis distincto, quærendum postea uenit, quibus instrumentariarū,
quibus simplicium particularum actio perficiatur. Ac primùm ab instrumētarijs,
quoniam cruris memínimus, sermonem auspicabimur. Quare nisi ossa tot, tanta,
sic figurata, eoq; modo coordinata essent, musculorum motus nihil proficeret. Si-
quidem in articulamentis, alterum os susćipere, alterum ingredi necesse est: liga-
menta uerò, extrinsecus orbiculatim circumponi, ac ipsorum connexum adstrin-
gere, ne alicubi uacillent. atqui tam robusta esse ac dura, ut motui reluctentur, mi
nus conuenit: nec rursus tam laxa, ut particulas uacillare sinant. Constat igitur li-
gamenta magnitudinem quandam, figuram, numerum, & compositionē requi-
rere. Siue enim minora aut maiora, plura aut pauciora quàm oportet fuerint, siue
aliam figuram habeant, aliíq; loco inhæresćant, non amplius inculpabilis articu-
lorū motus perficitur. Quapropter ut nunc de ligamentis, ossibus, & musculis, di
ximus: ita in omnibus de actione, & usu, disceptare, res exigit. Si nanq; nulla pars
actione uel usu ociosa inueniatur, certè sua essentia, magnitudine, figura, compo-
sitione, quamoptimè constructa, ea qualis est seruari debet. Si aliquatenus uitiata
fuerit, ad meliorem statū reducenda est: quod facere haud queas prius quàm sin-
gularum partium actionem, usum, & constructionē cognoris. Hæc igitur disqui-

C renda sunt, nec refugiẽda, si corporis sani ægricp peritiã cupiamus assequi. Quan-
doquidẽ uerò huc digressi sumus, methodi uim ob oculos reponere oportet. Ne-
que enim domus, necp nauis, necp lecti, necp reliquorũ omnium constructionẽ ali
ter quispiam indagauerit, probá ne sit, an uitiata, nisi compositas partes, quot sint
numero, quantæ singulæ, quomodo connexæ, & quo situ appareant. in his enim
omnium compositorũ corporum uirtus seu perfectio, & uitiũ consistit. Cæterùm
in his ipsis & domus, & nauis affectus esse ostendebatur, nempe magnitudine, si
gura, numero, & partium situ: siquidem tum uirtus, tum uitium ibidem compre-
henditur: lecti autem in his non est: uestium in alijs quibusdam: calceamenti non
in ijsdem. Itacp in omnibus instrumentarijs partibus, quarum substantia ex cõpo-
sitione constat, quatuor generibus uirtus uitiumcp seu affectus existit. Quòd iste-
cundum naturam unitionem particulæ capiant, quintum quoddam genus hisce
corporibus adijcietur: quapropter optimum optimas, uitiosissimũ pessimas actio
nes ædet. Iam uerò si unitas quædam dissoluatur, nõ modò culpata talis affectio,
sed iam morbus quocp est. Dicetur autem, clarioris doctrinæ gratia, unitatis diuor
tium. Cæterùm nihil refert an etiam continuitatis solutionem dixeris. Porrò quod
hic affectus similaribus accidit, omnes nouisse oportet. Etenim ossis, nerui, uenæ,
arteriæ, & carnis continuitatẽ soluunt, corrumpuntcp, punctura, erosio, dissectio,
conuulsio, & ruptura. At in osse, κάταγμα, id est fractura, affectus hic dicitur: in
carnosis musculorum partibus ex distentione proueniens, ῥῆγμα, id est ruptura:
quum autẽ filamenta similiter tensa rumpuntur, conuulsio. Continuitatis in car-
ne solutio, uulnus est, quemadmodum ruptura, non ex distentione, sed incisione
profectũ. Quòd si ab acuto ac gracili uulneretur caro, affectus punctura seu pun-
ctio dicitur: si à graui, contusio. Quod ab erosione ossi contingit, περιδώρ, id est
caries, in alijs partibus ulcus appellatur: quin & alio modo nuncupare licet. Tot
D igitur talescp differentiæ quinti generis sunt, quatenus similaribus partibus acci-
dit. Instrumentarijs uerò, sicut dictum est, pro diuersitate cohærentium secus eue-
niunt, uocanturcp omnia ἀποσυάσματα, quasi auulsa dixeris. Itacp similari aliqua
ex toto diuisa, eius sanè affectus ipse fuerit, itemcp totius instrumenti: interim se-
cundum accidens, ueluti quum uel musculus, uel alia pars similis affecta fuerit:
interim primariò, ubi ligamentum malè habuerit. Quemadmodum igitur in uno
morbi genere quo partiũ unitas uitiatur, differentias nunc percensui: ita tu quocp
alia quatuor genera simili compendio percurrere coneris. Nam ipsorum hîc me-
minisse, superuacuũ uidetur mihi, quũ omnia diligenter in opere de morborum
differentijs tractauerim. Rursus igitur in memoriam nobis reuocemus, quod in
alijs quocp omnibus, quorum substantiæ species in compositione uersatur: unita-
uersa quatuor genera demonstrata esse, quibus tota ipsorũ essentia, tum proba, ui
tiatacp in eis figura debetur. Deinde quòd simplicis cuiuscp particulæ naturam co
gnoscere necessitas postulat, si modò harum integritatem, ac uitium cognoscere,
& affectus corrigere uoluerimus. Nam si domus, uel tegulæ, uel lateres crudi seu
cocti offensam aliquã acceperint, ignorare nõ debet artifex, quomodo alios eius-
dem generis cõfingere, ac uitiatos auferre cõueniat: pro quibus integros, nihilcp
passos substituet: ita qui artem corpori humano consecratã constituit, præter alia
etiam hoc necessariò intelligit, possitne pars aliqua alterius loco restitui, an mi-
nus. Carnem sanè affectam ubi excideris, aliam generare potes. Neruo autẽ, uel
ligamento exciso, alia similia reddere nemo potest. Siquidem caro ex sanguine na
scitur, illa ex semine. Quin & os unum est ex ijs quæ prima conformatione consti
tuuntur: attamen in eius locum simile quid reponere possumus. Atque hæc ego
nunc ex procinctu exempli gratia produxi. Porrò perscrutari cum ratio iubet, qui
artem constituit. Ac iam principia inuentionis describimus, quũ ad primam ani
mantis generationem relegaremus, inuestigandumcp consuleremus, quænam ex
semine

A semine ortũ habeant, quæcp ex alimento semper gignantur. Ad hæc scrutari nos
multò magis methodus cogit, iubetcp, an unaquæcp similaris, & simplex sensu
particula una sit, an ex pluribus cõposita, & quemnã compositionis modum ob-
tineat. Quippe manifestò liquet, non aliter has quàm instrumentarias, numero, si
gura, magnitudine, situ, constituentiũ, uirtutem & uitium habituras. Siquidem ge
nerationis earũ modus conuenit. Si autẽ non ita, sed ut tetrapharmacũ appellatũ,
totis per tota mixtis factum est, alio modo uirtutem uitiumcp, ac morbũ inuenias
licet. Quemadmodũ arbitror, si non ex mixtura, sed appositione accurata unitas
ipsorum prouenit, ut cephalicũ nomine pharmacũ siccum est confectũ: etiam sic
uirtutem, uitium, & morbos ad rei generationẽ proprie pertinentes inueneris. Si
uerò nec ex multis specie uarijs, sed similibus uniuersis constaret, ut uerbi gratia,
domus quædam ex coctis lateribus duntaxat, uel lapidibus, in cõpositione sola ui
delicet similariũ, uirtutem, uitium, & morbos generationi eius proprios reperies:
quòd sanè unum aliquod prædictorũ similaribus adsit particulis, ratio nobis dicti
tat. quodnam ex ipsis uero istud sit, exacta cõsideratione indiget. Videmus enim
tum philosophos, tum medicorũ nõnullos in huiusmodi quæstionẽ descendere,
sed magis inter se illos quàm hos discrepare. quare etiam plurimi medici ab hac
quæstione abstinuerunt, id quod quærebant, inuenire diffidentes. Nonnulli non
solùm ob hoc, sed quia inutile etiam putarunt, ab inquirendo destitere. Verùm
quod inutile non sit, si non experientia quadam, sed methodo artem constituent,
iam mihi omnibus clarum esse uidetur. Quod autẽ impossibile non sit, mox consi
derabimus, ubi paulùm quippiã prius explicauerimus. Nam si fidem mihi adhi-
bes, sicut certè adhibes, uidens me nihil gloriæ hominũ, sed ueritatis studio facien
tem: ne te multitudo medicorũ philosophorumcp discrepantiũ deterreat. Etenim
si omnibus illa adessent unde ueritatẽ cognoscere oportet, dein illam non inueni-
B rent, animũ despondere ratio esset. Si uerò quædam neque omnino habuerunt,
quemadmodum & ipsi fatentur, quædam uerò an habuerint non constet, dumcp
nos omnia eos habere cognoscamus, audacter ueritas inquirẽda est. Quot igitur
sunt quæ homini adesse oportet, ut quodcuncp inuestigãs, aut ueritatẽ cognoscat,
aut non ab inuentione desperet, si adhuc ignorat? Septem uidelicet. Primũ natura
perspicax, quæ quomodocuncp rationalis disciplina perdoceatur, promptè asse-
quatur. Secundum, à pueris institutio exercitatiocp, ut in primis uersetur discipli-
nis: maximè uerò exerceatur in Arithmetica, & Geometria, quemadmodum &
Plato consuluit. Tertium insuper, optimis quibuscp sui temporis præceptoribus
existimatis operam nauare. Quartum, laboris esse patientissimum, ut nihil uel die
uel noctu præter disciplinas meditetur. Quintum, quod paucissimis contigit, ueri
tatem expetere, eicp soli in tota uita studere ac incumbere, neglectis alijs omnibus
quæ uulgus admirat. Sextum, methodum quandam ediscere, qua uerum à falso
queat discernere. Necp enim sufficit ad inuentionem, duntaxat eorũ quæ deside-
ramus, ueritatem concupiscere, sed etiã uim quandam inueniendi paratã habere
oportet. Septimũ, ad hæc omnia accedit methodum illam exercere, ut non cogno
scere modò, sed uti quocp possis. Si nancp rhetoribus minorem artem colentibus
satis non esse uidetur, methodum nosse, nisi per totam ætatẽ in illa sese exerceant:
an magna adeò quærentibus duntaxat edidicisse methodum sufficit? Itacp si unũ
aliquod ex prædictis ei desit qui ad ueritatem uiã affectat, æquũ est se diffidere, mi
nimè quod intendit assecuturũ. Si uerò omnia adsunt, quid prohibet quò minus
ueritatẽ bona spe inquirat? Institutũ porrò nobis est, quemadmodũ omnes totius
corporis particulas, uel etiã simplicissimas, ex cõsectione didicimus, ita hoc ipsum
inuenire, nempe quales natura existant primariæ ac simplicissimæ particulæ. Ve-
rùm non de omnibus, sed una ceu exempli loco sermonẽ instituemus. Caro igitẽ
inspiciatur primùm, an unum specie sit elementũ quod ipsam procreauerit. Nihil

C enim mali est hoc nomine primā & simplicissimā in ea particulam sic appellasse. Deinde si talis nō appareat, an multa: postea, quot hæc, & quæ sint, tum qui nam compositionis eorū modus existat. Quoniam igitur caro dum secatur, calescitq; uehementer, dolore afficitur: unum specie elementum esse nō potest, cuiusmodi Epicurus atomon, id est indiuiduū statuit. Quòd enim unum specie elementum tale non sit, inde cōstat: nulla siquidem atomos ex se aut calida aut frigida est, nec etiam candida, uel nigra. Sed quid diutius immoror, & tempus prolixitate uerborum contero? In totum, nulla qualitas indiuiduo contingit, ut autores ipsorum autumant. Nam huiusmodi qualitates uniuersæ per tota corpora communicatæ esse uidentur, quemadmodum ipsa figuræ qualitas omnibus inest, item renixus & grauitas: quæ an qualitatem, an aliud quicquam uocare oporteat, ad propositum nihil attinet. Omnibus enim prædicta insunt, nec inter se specie differunt, sicut homiomeriæ, id est similaritates, ijs qui illas, aut elementa quatuor hæc statuunt. Hippocrates hunc in modum inquit: Ego sanè dico, si homo unum esset, haudquaquam doleret. Rectissimè hæc pronunciauit. Nam unū in aliud mutari non potest: quippe quum non habeat in quod mutetur. quum iam immutabile, nec alterari, nec mutari possit, impatile uerò dolore uacet, colligimus ex superioribus, unum esse impatile. Accedit huc alia ratio talis: Si elementum unū esset specie, nihil in omnibus unquam doleret. Atqui dolet. non igitur unum est elementum. Quoniā uerò de carne proposita erat disputatio, de illa differamus. Si unum specie, carnis elementum esset, nunquam doleret. Sed dolet. non igitur unū specie carnis elementū est. Eadem ratiocinatio alio modo simul induci potest. Si carnis elementū est impatile, nō dolebit. Atqui dolet. non igitur est impatile. Quòd si quis plura elementa este dicat, non tamen alterationi subiecta, in hunc modum eadem ratiocinatio proferetur. Si carnis elementa sunt impatilia, non dolebit. Sed dolet. Non igitur impatilia sunt carnis elementa. Prior itaque ratiocinatio, indiuiD duorum, incompactilium, & minimorum corpusculorū hypothesim subuertit. altera similaritatū Empedoclis opinionem tollit. Etenim hic ex quatuor elementis corpora constituit, sed quæ inuicem non transmutantur, autumat. Nam citius ac speraueris, maximam eorum partem quæ quærebas, inuenies. Demonstrauit enim carnis elementa impatilia esse oportere. Non igitur qui dolores fieri statuūt in corporum illorum impatilium compositione, quæ iam elementa omniū rerum naturæ tribuūt, ulla ratione propositum obtinebunt. Etenim nec intellectus, nec ullus sensus fidem facere potest, impatile dolore affici. Nam digitos si inuicē commissas, rursusq; separes, nulli dolorem nec coniunctio, nec separatio concitabit, siquidem dolor passioni coniunctus est. Cæterum nihil quod contiguum maneat, afficitur: quoniam in his duobus passio consistit, alteratione, quę per tota accidit; & continuitatis diuortio. Quum igitur nihil aut complexus aut sciunctio exacte patilibus doloris afferat, quomodo impatilibus attulerit? Quare nec Asclepiadis corpusculum incompactile ac fragile dolebit dum frangitur. nam sensibus caret. Vnde nec ullum magis eo dolorem ex ijs quibus afficitur percipiet, quum sensus sit expers, uti os, cartilago, adeps, ligamentū, & crines. Etenim hæc omnia patiuntur, sed non dolent, quia nec sentiunt. Quicquid igitur dolebit, patile, ac sentiens esse oportet: quanquam ex sensilibus primis, nec etiam sensibile, sed patile solùm esse sufficit: quoniam aliquando sensibile fieri poterit, si immutetur alteretur; q. At quia innumeræ alterationes ac temperaturæ elementorū fiunt, infinitæ quoq; erunt particularium corporū proprietates, iuxta quas nihil absurdum fuerit nullā insensoria fieri, atq; ex ijs quæ sentiunt, aliud magis, aliud minus sentire. Iam uerò elementa uno plura necessariò esse, quæ alterari natura possunt, clarè demonstratum est ijs, qui, ut paulò ante diximus, in parato omnia habent unde scientiā comparare possint. Qui uerò eò stupiditatis ueniunt, ut ne quidē an methodus quæ-

A dam demonstrandi sit, prius dignentur inquirere, uel ab alio discere, uel sese in ea exercere, ijs sanè hic sermo non est communicandus. Neque enim contendendi cum alijs, aut uincendi, sed ueritatis ipsius inueniendæ desiderio ad hanc disputationem descendimus. Nam qui indoctas illorum opiniones uolet redarguere, is librum quem de elementis ex Hippocratis sententia inscripsimus, seorsum sibi legendum proponat. Rursus igitur ad institutū reuersi, finem ei imponamus. Quoniam elementū per totū alterabile est, quot uniuersa sint, deinceps referamus, ab ijs quæ euidenter apparent, auspicati. Quæ rem quācunq; alterant, eam tetigisse antea quā immutasse necesse est, ut sensus docet, & ipsa rerū natura indicat. Nam absurdissimū est, aliquid in Aegypto à flāma quæ hic est, alterari. Atqui si ex contactu id quod mutat inalterat, quarundam tactiliū qualitatum ratione fieri. Quid igitur impedit quò minus has omnes inspiciamus? Acutū sanè quod contingit secat, uerùm substantiam eius non alterat, quemadmodum nec grauitas: sed contundit quidem & hæc, uerùm per totum patientis substantiæ mutationē non efficit: quin nec durities ita sibi proximum alterare potest, ut in aliam speciem traducat. Caliditas tamen & frigiditas totam cui adest substantiam alterat. Ita uerò humiditas & frigiditas, etsi non subitò, quemadmodum prædictæ, certè temporis spatio & ipsæ subiecta transmutant. An igitur aliam adhuc alterandi qualitatem habemus? an omnes hoc numero comprehendunt? Certè solas prædictas qualitates efficientes tum dici, tum censeri conuenit, præsertim primam inter eas oppositionem. Atque in hac magis caliditatem, quæ omnium longè efficacissima est: post hanc frigiditas est, mox humiditas, siccitas postea: nulla uerò alia qualitas ea quibus adest, per tota inalterat. Si nanque diuellit, contundit, & secat, & pungit: id quidem facit, uerùm per totam substantiam patientis alterationem non extendit: unde nec in alteram essentiæ speciem transfert, sed in plurima separat.
B Itaque niuem si diuidas in minima, nihilominus ipsam seruabis. sin calefeceris, non amplius nix erit. etenim ex aqua ipsa refrigerata, non in unum collecta nascitur. hoc siquidem substantiæ incrementum, illud generatio est. Iam uerò contrariorū in parua diuisio, substantiæ diminutio est: calefactio autem, alterius substantiæ generatio, si quidem priorem inalterauerit speciem. Igitur quæcunque corpora primùm huiusmodi qualitates obtinent, illa reliquorum omnium & carnis elementa sunt: nempe terra, aqua, aër, & ignis: quæ philosophi omnes qui demonstrationem non refugiunt, elementa esse eorum quæ generationi & corruptioni subijciuntur, asseuerarunt, ac in se mutuò transmutari aiunt, communeq; aliquod omnibus esse subiectum. Verùm de his uerba facere non instituimus. Neque moueri quis debet multitudine à ueritate aberrantium: uerùm demonstrationi, si eius est facultas, fidem adhibere. Porrò si omnino demonstrationis substantiam ignorant, ut nonnulli qui se philosophos dicunt, uereri se sententiā ferre confitentur, credendum non erit. Nam perinde est, ac si quis discere uellet, quo nam modo defectum solis præsagiri oporteat, priusquam in numeris se & lineis exercuerit. Fugiendi itaque eiusmodi homines sunt, tanquam barathra. quippe secum aliquando eos quibus cum uersantur, attrahunt, uel omnino inficiunt, nisi in logica speculatione abundè quis exercitatus fuerit. Hactenus etiam illi disciplinæ, si unquam alij rei, incumbendum est. Sed hæc præter institutum: nunc ad id reuertamur. Ex quatuor elementis inuicē contemperatis similaris una pars nascitur, pro temperamenti qualitate uel sensibilis, uel insensibilis. Simili ratione & particulares in utroq; genere differentiæ omnes temperaturæ differentiam sequuntur. Pro huius enim proprietate aliud os, aliud caro, aliud arteria, aliud neruus efficitur. Cæterùm cuiusq; ipsorum proprietas in temperamenti proprietate consistit. siccior nanque & calidior leonis caro est, humidior frigidiorq; ouis, media inter utranq; humana, atque inter ipsos homines Dionis caro, exempli gratia.

c calidior est, frigidior autem Philonis. Quapropter tot similarium partium simpli-
ces differentiæ sunt, quot elementa, calidiores, frigidiores, humidiores, & siccio-
res. Compositæ uerò aliæ quatuor, humidiores simul & frigidiores, calidiores &
humidiores: tertia siccior una & calidior: dein quarta frigidior simul & siccior.
his accedit princeps omnium temperatissima. Sed de his satis in opere de tempe-
ramentis tractatum est. Verùm præsens sermo, qui similarium bonitatem acu-
tium in elementorum symmetria & ametria, quasi dicas, commoderatione & im-
moderatione, inuenit, deinceps uitiũ ipsarum à morbo distinguet. Porrò ab utrio
usque rei notione, ut in opere de demonstratione ostensum est, primũ exordium
distinctio sumet. Quæ igitur sani corporis habitus notio, quę ægri est; Sanus quí-
dem corporis status naturç actiones inoffensas habet, æger offensas. proinde quũ
sanus quispiam imbecilliores quidem, quàm alius secunda ualetudine prædi-
functiones obit, nondum uerò læsas, intemperatior sanè est, sed nondum ægrotat.
Igitur inter salubres corporis habitus unus est temperatissimus, octo intemperati.
Morbus nullus est temperatus, sed omnes intemperati: & tot sunt numero, quot
salubres intemperaturæ. Quòd si ex sanis alios temperatos, alios intemperatos sta-
tuere cuipiam non placeat, is alterum duorum dogmatum sequi cogetur, uel o-
mnes semper ægrotare, uel unam esse omnium temperiem, uirorum, mulierum,
iuuenum, senum, puerorum, athletarum, priuatorũ, operariorum, in ocio degen-
tium, ualentium, imbecillium: sed utrunque absurdum est. ergo tertiam quan-
dam sanitatis latitudinem esse oportet: ut plurimæ in ea sanorum corporum dife-
rentiæ, in maioris ac minoris ratione comprehendantur, sic ut in alijs omnibus ha-
bet. Etenim domus, nauis, lectus, arca, uestimentum, calceus, currus, uel melio-
us uel peius habet prius quàm ægrotet. Atque hi tres corporis status in omnibus
nobis statuendi sunt; optimus, deprauatus, & morbosus: sed optimus unus est.
D Perfectissimum enim deterius esse non potest: reliquorum duorum innumerabi-
lis copia est: habent autem differentias ratione maioris & minoris. Quoniam igi-
tur in hunc sermonem uenimus, ab eo desistentes summatim ea quæ diximus re-
petamus. Nam sic perspicuum euadet quid in proposita quæstione inuenerimus,
quidq; inueniendum restat. Proposuimus enim, artem sanitatis effectricem consti
tuere, non ut ædificatoriam, quæ domum extruit: sed illam quæ partem eius la-
befactatam restituit: quanquam hìc non eodem prorsus modò, uerùm idipsum
quod quæritur, erat inuenire, quatenus similiter ædificatori, corporis uitia com-
gere potest qui artem sanitati tuendæ dedicatã tuetur. At quia ad hæc omnia cor-
poris naturã prænouisse, cuius uitia ars curatura est, oportet: ideo hoc ipsum dis-
quisiuimus. Inuenientes autem partium status, & actiones secundum naturam
esse, quibus tuendis restituendisq;, quum uitiatæ fuerint, omnem operam adhi-
bere debemus: ex quot rebus id quod secundum naturam est constet, perscruta-
ti sumus. Porrò quum iam exploratum habeamus, instrumentariarũ substantiam
ex simplicibus constitui, & harum ex quatuor elementis, deinceps ambarum par
tium morbos considerabimus. Ac iam omnium ferè corporum tum salubrium,
tum ægrorum cognitionem ratio nobis inuenit, neque hanc uniuersam, sed spe-
ciem quandam duntaxat, & uelut exemplum. Atqui totam sanorum morbido-
rumq; corporum scientiam habebimus, quum ipsi materiæ species indiderimus.
Quippe non solùm medici est cognoscere singulas partes ex humido, frigido,
sicco, calidoq; mixtis prouenire: uerùm particulatim quoque ipsas inspicere, quæ-
ssium sit temperatura, qualis carnium, neruorum, uenarum, aliarumq; simplicium
um omnium, similiter & instrumentariarum, quæ cuiusq; sit compositio: uelud
manus, cruris, iecoris, thoracis, pulmonis, cordis, cerebri. Eadem ratione necq; fa-
tis est simpliciter genera & differentias morborum cognoscere, sed etiam quo-
modo

A modo hi singulis partibus accidant. quod si fecerimus, non solùm speciatim sa-
num ægrotumq; corpus cognoscemus, sed ex tota substantia, quæ utrisque tum
specie, tum materia eam suscipiente constituitur. Restat uerò percensere, quo-
modo morbos cures, & sanitatem tuearis. quæ in duobus commentarijs plenis-
simè tractamus: nempe medendi methodo, & libro de sanitate tuenda. In præsen
tia ea tantum attigisse sufficit, quæ ipsorum methodum indicare possunt. Itaque
medendi methodus ex sanorum ægrorumq; corporum affectu incipit. Quoni-
am enim insigniter sana, siue similaris, siue organica fuerit, cõmoderata omnino
est, immoderata quæ ægrotat: inspicere ipsius symmetriam oportet, quæ tandem
hæc sit, quia altera ei contraria symmetria necessaria est: in similarium quidem &
simplicium particularum statu qualitas: in instrumentarijs, si in magnitudine sit,
alia magnitudo: si in figura, alia figura: ita si in positu, & numero. Proinde in o-
mnibus ex intemperie ad moderationem reditus à contrario fieri oportet. Nam
quod præter naturam habet, dum ad naturam reducitur, ueluti per uiam quan-
dam, eandemq;, sed ex opposito redire debet. Si iam redibit ex opposito, per con-
traria præsenti affectioni succurritur, atq; hic modus communissimus generalissi
musq; omnibus morbis curandis fuerit, contrariũ: sicut alibi quoq; Hippocrates
tradidit: Contraria, inquiens, contrariorũ sunt remedia. Particulariũ particularia
sunt contraria, calidum nimirum frigido morbo, calido frigidum, humido morbo
siccum, sicco humidum. sic quidem in similaribus res se habet. In instrumentarijs
autem uniuscuiusque prædictorum quatuor generum morbosæ immoderationi
contrarium inducere oportet, donec ad naturalem symmetriam peruenerimus:
ueluti si caro maior quàm natura exigit ulceri cuipiam superuenerit, non id offer-
re congruit quod carnem procreet atque nutriat, sed quod eam auferat, imminu-
at, erodat, atq; corrumpat: quemadmodum si in parte aliqua cauum ulcus accide
B rit, huic sarcoticum, id est generandæ carnis medicamentum exhibendum est:
utroq; uerò eatenus utendum, ut tunc primùm cesses, quũ ad symmetriam pri-
us uenerit, quàm ad contrariũ excedat. Etenim nisi superexcrescentem carnẽ pur
gando, in symmetro constiteris, cauam partem efficies. Item nisi cauũ reficiendo
medium seruaueris, caro superexcresceret. In hoc sanè morborum genere, quo par-
ticulæ maiores minoresq; redduntur, per contraria, ut dictum est, curatio adhibe-
bitur. At in altero genere, quo naturalem figuram excedunt, quoniã complures
sint particulares differentiæ, suum cuiusq; contrariũ inuenire debemus. Exempli
gratia, si pars aliqua gibbosior ac prius euadit, in contrariũ statum reducenda est,
premendo & repellendo. quæ uerò intrò compressa est, ac ueluti resima, in exte-
riorem partẽ reducere, ut nasum, expedit. Cæterùm si aspera leuia facta sunt, exa-
sperare: quemadmodum aspera leuigare conuenit. Hoc pacto quæ cauitates, uel
meatus, uel omnino foramina, aut maiora, aut minora, aut magis caua quàm con
uenit, aut pleniora, aut à crassis lentisq; humoribus obstructa habent, & hæc per
contrarium ad mediocrem habitum deducere oportet. quinetiam situm naturæ
egressas in ueterem statum in contrarium ducendo restituere: in priorem partem
progressum, retrorsum: quod retrorsum deflexit, id prorsum trahetur. in alijs dua
bus oppositionibus similiter: nempe quæ sursum, deorsum, dextrorsum, sini-
strorsum uergunt. quòd si naturali numero partium uitiato, totum instrumen-
tum in morbum incidat, sciendum sanè & hìc est, aliud numeri excessum, aliud
esse defectum, ut in magnitudinis mutatione prius dictum est, curationem uerò,
ut illic, in ablatione adiectioneque consistere. Hoc autem discriminis intercedit,
quòd in hoc morbi genere partes integras, in illo earum particulas, auferre, adijce
req; conuenit. At consyderandum uenit, nõ in hoc genere solùm, sed in alijs quo-
que uniuersis, quorum facultas nobis adest, ut indicationem consequamur. Nam

C morbi forma modum curationis indicat: præstari uerò hæc possit, an minus, non
item ostendit. Nam id in uniuersis factiuis artibus, nō ex rei faciendæ notione, sed
agentis causæ potentia ac impotentia desumitur. Ad hæc ex materiæ copia, in-
piaq; res eadem in his fieri, in illis minimè potest: quemadmodum alio tem-
pore fieri potest, alio minus. Natura igitur, & medicus, eorum quæ corpori ho-
ni causa fiunt, autores sunt. Sed alia naturæ, alia medicis sunt negata. Naturæ
quidem impossibile est ita os confractum, ut partes eius à sede natiua aberrent,
membrumq; distortum fit, corrigere ac conformare; medicis est possibile: quem-
admodum & luxatum medicus reponere potest, natura non potest. Cauum ui-
cus carne replere natura potest, medicus non item: sicut ex semicoctis aut crudis
aliquid concoquere. Sed in his medicus naturæ famulatur, opitulaturq; purum
quidem ulcus efficiendo medicamentis purgantibus impositis: illis autem quæ
concoqui nequeunt, afferendo mediocriter calfacientia. Multa uerò ipsa natura
quæ prius effecerit, denuo generare non potest, ut uenam, arteriam, ligamentum,
neruum, & id genus alia. Itaque primùm ad medicatoriam methodum pertinet,
sicut diximus, communem omnium scopum inuenire, qui est, Contrariorum con-
traria remedia. Dein in unoquoque genere contraria, ordine collocare. Postremo
considerare, quando quidem natura uel nos scopo possimus inseruire, quem indi-
catio suggerit: quando rursus utriq; est uel omnino impossibile, uel certo tempo-
re impossibile, uel partim impossibile. Atque maxima hæc naturalis speculationis
portio fuerit, qua exercitatum esse oportet eum qui inuenerit in unoquoque quid
præstari, quid secus possit. Porrò commentarij duo id perdocent, alter qui de ani-
mantis generatione inscribitur, quo disceptamus qua ratione fœtus ex semine &
menstruali sanguine ortum habet. Secundus de naturę facultatibus. Etenim dum
de seminis natura consideramus, hæc omnino quæ nobis demonstrata sunt, inde
D quòd complures in fœtu particulæ fiant ui efformatrice ipsa spermatis substantia
materiæ loco utente, apparebunt, si methodo demonstratoria speculationem tra-
ctaueris. quod ubi inueneris, mirari desines, si nullam earum natura postea rursus
recreare queat. Cæterùm in libro de naturalibus facultatibus factarum dispensa-
tionem intueberis, ut inde simul facultatem tibi compares inueniendi quæ natu-
ra tum per se, tum medici opera possit efficere, quæq; non possit: ac illic ubi de
causarum opificum facultate disceptamus, & perfectarum partium substantia, se-
peries quæ perdita instaurari possint, quæ neutiquam. Exempli gratia, cartilagine
deperdita aliam ne regigni sit possibile, an pro ea simile quippiam restitui. Simili-
ter & os modò post primam ædificationem perditum recuperari, an ei quippiam si-
mile. Item an neruosa septi transuersi substantia coalescere, an cor, tecur, aliaq;
pars quælibet. Omnes sanè percensere, tempus mihi non est. Neque enim tota fa-
cultas medica hoc uno libello comprehendi potest, nec id ab initio pollicitus fu-
mus, sed methodos quasdam aperire, demonstrareq; ex quibus & quot princi-
pijs, quibusq; uijs, artis siat demonstratio. Igitur hic præsenti sermone finito, ac in
summam redacto, prius iam constitutæ artis parti nonnulla adijciam. Quemad-
modum enim illic sanorum ægrorumq; corporum specie inuenta, in particularis
bus materijs uniuersis spectare ipsam uoluimus, ita inuentis à medendi methodo
scopis, in speciales materias ipsas inducemus, ut noscamus quæ per eam aut par-
tim, aut aliquo tempore fieri possunt, quæq; nullo modo. At hic cum alijs artibus
analogia consideranda est. Si enim quispiam ex coctis lateribus domum extru-
ctam, dein aliqua parte affectam resici iusserit, pro uitiatis integros reponendo:
necessarium prius est artifici alios affectus non dissimiles dispicere. Ad hoc, si ma-
teriam idoneam ædium dominus præstare non possit, reparationem esse impossi-
bilem dicemus. Ita in hac proposita speculatione res sese habet. Nam si materiæ
inopia urgeat, nihil eorū quæ ex semine natura in animali formando produxit, ex
alio

A alio restitui potuerit. Verùm de his abundè satis dictū est: reliqua subiungamus,
de quibus antea diximus, dum remedia inuenitremus. Etenim formas ipsorū ue-
luti generales retulimus: alia scilicet refrigeranda esse, alia calfacienda, alia hume-
ctanda, alia exiccanda. Huc nanq; in similaribus consiliū dirigimus, ut in quibus
uitiata est quātitas, uel auferamus, uel reficiamus. Ita in quibus numerus peccat,
totum aut eximendum, aut regenerandum est. Insuper in quibus nō est debita fi-
gura, ad naturalem reducere oportet: repleta uacuare, uacua replere, obstructio
nes aperire, aperta contrahere, conniuentia & densata in contrarium uertere, illa
aperiendo, hæc rarefaciendo. Simili modo in compositionis morbo scopus est ad
naturalem habitum reducere, in soluta unitate diductas partes conglutinare. Ve-
rùm in omnibus his auxiliorum materiam inuenire, non parua est artis ratio: ue-
lut statim in luxatis particulis, quum non modò in posteriorem, prioremq; par-
tem, tum dextram ac sinistram prolabi membrum, sed etiam in superiorem à mu-
sculorum robore conuelli contingit, duplici motu opus est ijs qui in locum arti-
culos reponunt: primo deorsum, altero in sedem propriam. & propterea fine ten-
sione in partem oppositam membrum reduci non potest. Porrò ut sic tendatur in
diuersum, ualidæ apprehensionis tensionisq; usum esse nemo ignorat. At quum
interim nostris manibus ea nequeamus efficere, instrumenta ad hoc idonea inue-
nimus: quorum pleraque luxatis reponendis conueniunt. atq; hæc instrumenta
remediorum materiæ quædam sunt: quemadmodum & auxilia omnia, medica-
menta, cibi, potus, & (ut semel expediam) quæcunque corpori adhibentur, com
memoratos affectus in naturalem habitum reuocant. Oportet itaque medicum
in horum materia uersatum fuisse, & prædictos scopos ipso usu rerum probare,
ne simile quid illi nonnunquam accidat, quale ijs qui frigidam conferre censent
omnibus refrigerandis, & calidam calefaciendis: ignorantes frigidam aliquando
B per accidens calfacere, & calidam refrigerare. Plurima sanè de horum omnium
methodo in opere de medicamentis tractantur. Id autem præsenti sermoni appo
nemus, omne uidelicet materiæ præsidiorum genus, in offerendis, faciendis, eua-
cuandis, atque extrinsecus incidentibus consistere, quæ si omnia artem constitu-
ens discusserit, & totius materiæ scientiam particulatim habuerit, non solùm fa-
cultatem eorum, sed usum quoque perdoctus, is nimirum uniuersas causas sani
tatis, ut nihil præterea ad medicatoriæ artis constitutionem desideret, absoluerit.
Omnibus his scilicet in capita duo redactis, corporum puta quibus auxilia adhi-
bentur, cognitionem, & ipsam auxiliorum naturam: reliquum erit ei qui artem
uolet exercere, ut omnium sibi affectuum dignoscendorum facultatem compa-
ret, maximè illorum qui in alto latentibus particulis consistunt. Nec enim cuius-
uis est singularum partium, uel simplicium, uel instrumentariarum, quum in alto
positæ fuerint, uitiosam dispositionem inuenire. Attamen methodo quadam par-
tem affectam, simul cum eius morbo deprehendere conabimur. De quibus co-
piosius alibi, sicut aliarum omnium methodorum summā comprehendimus, ita
hæc nunc explicare necesse est: ac primùm ex quo genere, rerum præter naturam
existentiū cognitio speranda sit. Tria nanq; in uniuersum numerantur corū quæ
à natura declinant. Vnum, affectiones actionem lædentes. Alterum, illarū causæ.
Tertiū, symptomata. Itaq; maximè principes causæ quū agunt, hac appellatione
dignātur: dicuntur tamen subinde ita, etiamsi nondum quicquā agunt, ideo quod
agere possunt: ut cruditas morborū causa dicitur, licet morbū nondum intulerit.
Voco autem cruditatem, non solùm frustratam in uentriculo concoctionem, sed
in uasis quoq;, iocinore, corporisq; mole uniuersa. Symptomatum genus in tres
secatur differentias: actionis offensam, corporibus accidentia, excrementorū im-
moderationem. Omnium uerò horum causa corporis est dispositio: quam siue
morbum appelles, siue affectū, nihil interest. Cognoscitur aute merito ex sympto

matis cauſæ rationē reſpectu ipſorum obtinere. quædam enim ex ipſis neceſſariò affectus conſequuntur, quædam non neceſſariò, ſed uel ſæpe, uel raro, uel ambigue: quemadmodum rurſus alia ſymptomata affectionis differentiā ex neceſſitate ſequuntur, quædam utplurimum, quædam incertò, quædam raro. Quæ iam ex neceſſitate morbū ſequuntur ſymptomata, Græci pathe gnomonica nuncupant. Atq; hæ ferme morborū notæ cenſendæ ſunt. Quæ uerò non neceſſariò, uel morbi differentiā, uel morē, uel magnitudinē indicant. Sed exemplo quodam cuiuſq; prædictorū uim oſtendam, ut eo adiutus, ſimiliter in omnibus ad eandem methodum teipſum exerceas. Fingamus igit membranā coſtas ſuccingentē phlegmone laborare. Affectio hęc nimirū phlegmone eſt, ſymptomata quidem neceſſariò habens tumorem præter naturā, ruborem, dolorē: quorū duo iam non ſubincidunt, ſolus autem dolor relinquitur, qui in coſtis prouenies punctionē excitat. Dolet igitur homo, quia phlegmone afficitur. doloris autem ſpecies pungens eſt, quòd affectæ particulæ ſubſtantia membranoſa ſit. In coſtis uerò prouenit, quia illæ affi ciuntur. quinetiā dolor latiſſimè ſpargitur, quòd membrana coſtas ſuccingēs plurimùm extenſa ſit. Porrò febris ex neceſſitate ſequitur, tum propter affectū, tum particulæ ſitum, quorū alterum ſi abſit, febris neceſſariò nō ſequitur. Neq; enim ſi digitus phlegmone laborat, ſtatim febris inuadit, quoniā procul à corde ſitus eſt. Neq; quū membrana coſtas ſuccingens affecta fuerit, mox affectus, uel ſcirrhus, uel œdema contingit: quanquā difficultas ſpirandi neceſſariò partē infeſtet, quia reſpiratorij cuiuſdam inſtrumēti portio eſt. Atqui ſpirandi difficultatis ſpecies nō propter partem, ſed affectū erit. quippe dolor, ſpiritus inſtrumenta plurimùm diduci prohibet: ideoq; actionē reſpirationis uſu nondum expleto diſſoluit. Vnde ad ſecundam actionē celeriter accedere neceſſitas eſt: ſed tantū quietis, quantū in naturali habitu, intermittunt: atq; ſic ſpiritus paruus & frequēs redditur. Iam quis dem pulſuū alteratio, ex neceſſitate membranæ coſtas ſuccingentis phlegmonen comitat: tum ea quæ à febribus, tū quæ ab affectæ partis ſpecie ſeparari ne queat. quoniā uerò neruoſa pars eſt quæ phlegmone infeſtatur, cum contentione ſimul ac duritia. Hæc igit neceſſariò membranæ phlegmonen ſymptomata conſequuntur. Cæterùm unū ex his eſt quę neceſſariò ſequunt, nempe decubitū in latere affecto minus eſſe moleſtū, quàm in oppoſito, uel in utroq; ſimiliter. Nā quum duplex membrana obhæreſcat, ſi quidem exterior eius circa oſſa pars uali diore phlegmone laborat, facilius in oppoſitū latus reclinant. etenim in affectam partem cubitus compreſſionē affert. Si uerò altera interior ægrotet, quod utplurimum accidere conſueuit, in oppoſitum recumbentes maiore dolore torquentur, quia pars inflammata ipſis pendeat. quòd ſi in patientē locum, minus dolebunt: ut qui neq; ab oſſibus prematur, neq; pendeat, ſed ab utroque liber ſit, aliſq; non affecto inhæreſcat firmiter. Porrò utriſq; membranæ partibus affectis, in utrunq; latus æqualiter decumbunt. At uerò quòd dolor quibuſdam ad præcordia peruenit, aliis ad clauiculam, id tum propter partis ægrotæ naturā fit, tū quia phlegmones ſymptoma dolorem intendat. Quoniam enim ad clauiculas uſq; membrana illa aſcendit, et totum ſeptum tranſuerſum, ubi ſuperiores eius partes phlegmone affliguntur, iugulum conuelli uidet: ubi inferiores, dolor ad præcordia peruenit. Igitur exigua planè inflammatio in coſtarū medio fieri debet, ne in alterutrā partem dolorem afferat, ut magna in utranq;. At uerò quædam reſudare, ac tenuē ex inflammata parte ſaniem effluere cōtingit, tum morbi, tum partis gratia, quemadmodum in omnibus oris partibus inflāmatis, & oculis. Siquidem ex humorū influxu inflāmatio eſt, ſi pars rara, non ut cutis obſtructa denſaq; fuerit. Quū igitur copioſa ſimul & tenuis in inflāmata parte humiditas ſubſiſtat, etiā pars rarior plurimùm foras effundit, quòd ſi econtrario pauca ſit, & craſſa fluxio, tū corpus denſum,

ſum, modicū ad tuſſim quidem irritabit, cæterùm nihil expuetur: quemadmodū ſi fluxio fiat copioſiſſima, etiā plurimùm tuſſient ægri, nec minus expuēt. Ac tuſſis ab hoc affectu inſeparabilis eſt: excreatio uerò poſt tuſſim non ite: uerùm ſæpe contingit. Si igitur quid ſputo reijciant, idipſum neceſſariò colorabitur, nō tamen eodem perpetuò colore, quia nec in parte inflammata eiuſdem ſemper naturæ eſt excrementū. Quum igitur ſanguinolentū uel bilioſum extiterit, talis in pleuritide plerunq; fluxio eſt quæ phlegmonen efficit, humoris in affecta parte contenti colorem ſputum recipit. Rubrū, quum id quod in eam membranā defluit, cruentū eſt. Flauum, quū bilioſum eſt. Si uerò pituitoſus humor primùm cōſtrictus, putrefactus, fluxionis phlegmonen generantis autor fuerit, tū ſpumoſa reijcient. Quin & nigra excreāt nonnunquā fluxione exaſſata, ſiue ſanguinea, ſiue bilioſa fuerit. Hæc igitur omnia una cum affectæ partis, ipſiuſq; affectus dignotione fluxionis differentiā indicabunt. Quare conſtat tum cuiuſq; partis ægrotæ naturā, tum communionē cum uicinis neceſſariò eſſe cognoſcendam, ad morbi, eiuſq; loci inuentionem. quod autē nihil refert, poſitū, uel compoſitionē, uel cum aliis ſocietatem, cōmunionemq; dicas, quis ignorat: Cæterùm ex prædictis liquere arbitror, actionem quoq; ac uſum ſingularum partiū cognitu eſſe neceſſariū: ad hæc morborū & ſymptomatum generationes, poſtea cauſas etiā morbos facientes. etenim hæc ad quanq; particulam, ac ipſius affectiones cognoſcendas, & morbi differentias, neceſſaria uidentē. Item magnitudo, & uniuſcuiuſq; morbi mores ex his ipſis deprehendunt. Magnitudo quidem & ex ipſorū affectus magnitudine, & ex ſymptomatis illum conſequentibus: mores ex morbi differentia, & ſymptomatis eum comitantibus. ſtatim enim in propoſito exemplo melancholicus humor præpolens longè perniciоſiſſimus eſt, quoniā idē maximè malignus plurimùm erodit, ægre concoquitur & expurgatur: tum quòd copioſiſſimi caloris index eſt, à quo aſſatus dicitur. Omniū uerò mitiſſimus ſanguis eſt: quippe dulciſſimus, & concoctu facilimus. Reliqui duo humores inter hos conſiſtunt medij, quantū ad ſimplicitatem & malignitatē attinet. Iam uerò ex ſymptomatis aliud, quod eſt nihil prorſus expuere, lethale eſt: quòd detineri à phlegmone ipſum fluorē indicet: tū quòd intus manendo totus corrumpetur. Porrò non laborioſe, ſed ex facili excreare, ſalubriſſimū eſt. Si uerò iam ſputū coctum fuerit, etiam hoc ſalubrius eſt. Cæterùm pulſuum ſymptomata, morbi morē repræſentāt, atq; alia omnia quæ ex conſenſu contingunt, deliria, ſopores, faſtidiū, urinæ deiectiones hoc aut illo modo factæ. Proinde exercendum nobis eſt in his omnibus, ſi morbum, partem affectā, morē, magnitudinem, & eorum differentiā uolumus cognoſcere. Ex quibus præſagire licebit quò morbus uergat, & dexter auxiliorum uſus conſtabit. Etenim præſagia medicum à mortis crimine uindicant, ægroſq; reddunt obtemperātes. Ex multis uerò tempus auxiliorū prædocet. Porrò quòd dexter illorum uſus quidem & ipſe princeps artis pars ſit, et tota hæc diſputatio inde proſilierit, omnibus manifeſtum eſt. At qua ratione ex prædictis comparet, paulo poſt aperiemus. nam modò his quæ expoſui, ſinē prius imponere cogito. quippe morborū, & eos ſuſcipientium particularū cognitio in uno nobis exemplo declarata eſt: cui ſi alterū adijciamus, quid quæſo mali fuerit? Nam excrementorū ſpecies permulta docet. Succedit ipſi corpus unde excreationē fieri cernimus: ut ex ambobus coeuntibus ſtabilis una indicatio proueniat. membranoſo etenim, uerbi gratia, corpore execto, euidenter apparet talem quandam partem exulceratā eſſe, quæ in ſummo membranæ naturam obtineat: quod autē ſuperatū eſt, id nequit oſtendere: attamen locus per quē fit excretio, ad affectam partem nos deducet. infra nanq; deiectum, inteſtini ulcus innuit. ſuprà uomitu reiectū, uentris, tuſſiendo redditū, membranarum quæ aſperas arterias integunt. ſi per urinas, ueſicæ uel naturalium meatus. Hæ igitur ipſæ partes, item quæ cōſenſu & primario affectu laborant, inter ſe diſcerni conuenit,

C principatu,consequentia, magnitudine, & paruitate: adde accessionē causarum utrunq; deprauantium: multi siquidem ob stomachi affectum, uel cerebro con-
sentiente,uel oculis suffusione laborantibus, melancholiæ symptomatis infestan
tur. At his si animum diligenter adhibebis, cōmemoratos affectus cruditates &
recrementa in uentriculi orificio collecta sequi deprehēdes. Itidem eosdem simul
intendi cum illis quæ os uentris lædunt, & remittere cum his quæ hoc iuuare di-
cuntur. At uniuersam de affectis partibus tractationē transigere in præsentia mihi
propositum non est, quemadmodum nec aliud quicquam eorū quæ in arte me-
dica absoluta sunt: uerùm solam inueniendi ipsa methodū ostendere, ac quomo-
do ea fini artis coniuncta sit. Atqui necessarium est, ut uarijs se modis quisq; exer
ceat in omnibus nostris cōmentarijs. Quod igitur in rem præsentē requiritur ap-
ponētes, ad methodos cōmemoratas discedemus: atq; hic rei formā esse censeto,
ubi uerò materiæ accesserint,totam iam substantiā, quum omnia particulatim re-
censuero, sicut modò in paucis exemplis factitaui. & hæc tibi artis integra pars
erit. Supereſt ut ostendamus ad cōmodum remediorum usum, partis quam cura
mus,essentiæ,figuræ,ac situs cognitionē requiri. Substantia enim docet, quahū
primi morbi in intemperie consistentes à naturali modo recedant,quantumq; eas
facere,refrigerare,exiccare,& humectare illos cōueniat. Figura uerò ipsos per se
morbos docet,de quibus antea diximus: tum eorū magnitudinem simul indicat.
nam quantū quodq; à naturali statu egressum est, in tantā magnitudinē peruenit,
cuius occasione rursus deprehenditur, quantū ipsa per contraria immutāda sint,
ut ad naturam reuertantur. Itaque hæc proportione morbis ex intemperie relpon
dent. At proprium, eximiumq; euacuationis modum ostendit ex oculis & figu-
ris, quas sortitum est instrumentū laborans. id autem cōmunionem cum ijs obti-
net, quæ à positu indicationem sumunt. quæ autem inter ea proportionē habent
ad magnitudinis conditionem,tum ad remediorum usus quantitatem, non opus
D est dicere. eximia uerò ac præcipua deinceps apponemus,quoniam & usus ad la
nationem eorum est maximus,quę indicationibus à figura sumptis immiscentur.
quin & hic exemplis exiguis,ut methodum cognoscamus, sermonem interpreta
mur. Obstructio sanè unus ex instrumentarijs affectibus est: potissimū uerò iocis
nori tum propter eius constructionem, tum actionem accidit. etenim uenæ quæ
à portis in totam uisceris cauam partem distribuūtur, oculis earum quæ in gibba
sunt sensum latentibus cohærent. Defertur autē totum alimentum ex uentriculo
ad locum unum hepatis,quē ab eo quod modò dictum est, portas appellant. ne-
mo enim in ciuitatem ingredi potest, nisi portas primò transeat: neq; alimentum
ad iecur peruenire, prius quàm in hoc loco fuerit: unde in totam iecoris causā par-
tem distribuitur, deinde per dictos uenarū terminos in gibbum transumitur. Ni-
hil igitur miri est, uiscus hoc crebris obstructionibus ob uiarum angustiā, & sub-
stantiæ peruicacis copiam corripi. Hæc igitur curatio fuerit, nempe ut antequam
augeatur,uariecq; distribuatur,& homo febricitet,cibi & medicamenta attenuan-
tia exhibeantur. Porrò ubi illa fuerit adaucta, nō modò his auxilijs, sed uacuatio-
ne etiam utendum est: quam quibus locis fieri conuenit,tum uisceris figura, tum
situs demonstrat. Hic igitur aggressi, quædam in cauis partibus contenta ad inte-
stinum dirigemus: quæ in gibbosis existunt, per urinas uacuabimus, simili modo
quæ in thorace & pulmone continentur, si uacuari desiderent,à figura ac situ edo
cti tussiendo expurgabimus. haud secus quæ in cerebro hærent, ad nares trahere
oportet. Non minus autem partium phlegmone laborantium sanatio ex situ & fi
gura sumitur. Etenim & horum princeps scopus est humoris in partē inflamma-
tam decumbentis euacuatio. quomodo autem hæc administranda sit,instrumen
tariarum partiū natura docet. Ab ipsis igitur instituti,fluxiones in coxam procum
bentes,per uenas poplitis & tali uacuabimus, quemadmodum ea quæ in uulnis
continentur.

A cōtinentur. In thorace collectos & pulmone,per interiorem cubiti uenam demo-
liemur. Quæ uerò in capite & ceruice infestant,per humeralem. Optima nanque
& facilima est euacuatio,quæ per proximas & affectę parti communes uenas con
fieri solet. Cæterùm id quod inflammationem attulit,per halitum digerere,& hoc
sanè ex morbo indicationem habet: uerùm particularem auxiliorum usum uarian
dum esse,partis affectæ situs ostendit. qui nanq; in summa cute affectus constituti
sunt, ijs tale resoluens esse medicamentum conuenit, qualis phlegmonæ species
indicat. Qui in alto latent,hoc acrioribus pharmacis indigent,quò magis ab exte
rioribus recesserunt. quare nonnunquā si uehementer admodum in alto lateant,
cucurbitulis utimur: quod in summa cute ortis inflammationibus nimis quàm
aduersum est. Ita si adstringentis medicamenti usus erit,loci id desiderantis positū
inspiciemus. Nam si eò medicamentum adstringens peruenire posset,nihil indu-
bie prohiberet quò minus adhiberemus. Si autem minus potest, considerandum
uenit,ne quando ex proximis humorem in locum affectum propellamus. Proin-
de uel miscenda est adstringēti pharmaco uirtus quædam eiusmodi, quæ ueluti id
manu ducat,uel eo non utendum est. Maximum siquidem incommodum affer-
re noui qui ex pulmone sanguinem reijcientibus, medicamenta adstringentia to
ti thoraci undiq; apposuerunt. Nam præterquam quòd uis eorum in pulmonem
non penetraret, etiam sanguis qui in thorace continebatur, in uiscus illud ageba-
tur. Atq; de his satis esse dictum arbitror ad præsentem disputationem. Tantum
igitur adhuc præfatus, quòd methodus hæc forma solùm commentarij huius ex-
tet,aliud aggrediar. Cæterùm singularum corporis partium scientia ac discursus
uelut uniuersa substantia est,quam in alijs cōmentarijs transegimus. De præsagijs
igit posthac uerba facturi sumus: quoniā tum ad alia quædam, tum ad curationē
potissimum conducunt. Itaq; necessarium est ei,qui præsagiendi artem uolet con
B stituere,antea considerasse,an sicut uniuscuiusq; animantis natura propriū uiuen-
di tempus obtinet, ita morbi singuli, ut nullus illorū quatuor diebus solui possit,
cuius naturale tempus statum duos menses cōtinet. An rursus morbus diuturnus
fieri,& celerrimè solui possit. Nunc tamen quia medicina futurorum diuinatrix fa
cta est,nō amplius uel idiotis quæritur,num quædam ars futura præsagire queat,
an minus: sed iam omnes hoc posse consentiunt,eoq; medicum interrogant,quo
certo tempore morbus solui debeat, quanq; ad præsentem commentarium nihil
mali accesserit, si nūc primùm præsagiendi nos artē constituere fingamus. etenim
reliqua omnia simili ratione tractauimus. Vnum sanè & primùm necessarium ui-
detur, si præsagiendi aliqua facultas extet, nonnulla certo sequenti tempore esse
uentura. Porrò cōsiderabimus deinceps, quomodo quis hæc quæ & quid sint in-
ueniat. nō enim omnia futura ex ægrotante necessariò pendent. Nocturnus enim
uncinorum tumultus, & canum latratus, uel nuncia quædam tristia ægros red-
dunt insomnes: quæ nec fiunt necessariò, nec præsagiri certò possunt. An igit quæ
morbi ratione proueniunt,necessariò fiunt,& certò prænoscuntur,an neq; hæc u-
niuersa? Potest enim humor aliquis superfluus in corpore intus ad particulam ali
quam uitæ necessariā confluere: quemadmodum contrà alius ex nobili parte in
obscuram transmigrare. Porrò eum qui in nobilem partem inuectus est, summū
periculum ex necessitate sequitur: at qui in obscuram repente inopinatò labitur,
laboranti salus erit. Iam uerò in huiusmodi constitutionibus securitatem & peri-
culum prænosci licet: non tamen quo desinat,accuratè queas inuenire. In quibus
uerò non adhuc recrementa defluunt, sed partem aliquam obsederunt, in his fu-
turum est prænoscere: quum sciamus naturæ facultates, quibus animal guberna-
tur, non esse exiguas, nec earum differentias. quinetiam quæ cum sanguine per
totum animal feruntur excrementa, siue immoderata copia, statum unumquodq;
coquendi tempus habent, modò cuiusq; recrementi naturam inuenerimus. Sic

C enim artificio de eius coctione coniectare licebit, siquidem omnia circa ægrotum
recte administrentur. Nam errores in his commissi, aut morbi solutionem remo-
rantur, aut mortem accelerant. Atqui huius certe toto hoc sermone, si alterius cu
iusquam, meminisse oportet. Sola nanque præsagia eueniunt, ubi is ipse qui ea
rat, medicus optimus est, & æger, nihil delinquit. At eiusmodi medicis prognostica
cam facultatem esse arbitrari, qualem diuinatores profitentur, ridiculum plane
est. Illi siquidem nono die uerbi gratia, incolumem futurum aiunt, non apponen-
tes, omnibus probe administratis. Etenim tales omnia uel auspicato, uel inauspi-
cato cessura esse prædicunt, medicus uero non ita prædicit: uerum si omnia ut par
est euenant, septimo die uidelicet morbum solutum iri. Si error committatur, si
quidem paruus fuerit, morbi solutio ex septimo in nonum diem transibit: si ma-
gnus, in undecimum. si uero adhuc maior, in decimumquartum: si maximus, pe-
riculum certe salutis sequetur. Aduertit enim semper medicus animum his duo-
bus, ceu sibi mutuo contrarijs, nempe morbo, & naturæ. Primo ex fortioris co-
gnitione uel seruatum iri, uel perditum hominem prænoscit. Deinde alterutrius
excessu certum morbi tempus præsagit. Nec mirari oportet, si utriusq; uiribus per-
spectis, uictorem deprehendas. Videmus enim gymnastas, ex primis luctatorum
insultibus, non solum uter sit superaturus prædicere, uerum etiam præter uicto-
riam sæpe quod & aduersarium celerrime sit prostraturus. * Itaque medicus tum
sanitatem, tum mortem præsagiet: idq; non ex alijs quibusdam exercitatio-
bus, sed accurata roboris morbi & naturæ cognitione. Cæterum ex ijs ipsis etiam
alterutrius terminos reperiet. Quippe cito morbus, si uirtus fuerit robusta, solue-
tur: Sin imbecillis illa, morbus autem ualidior, mors accelerat. Sed excessus ma-
gnitudo, tempus termini indicabit. Hos ergo scopos animaduertens medicus de
exitu poterit prædicere. Porro quibus modis scopos dignoscet, diffusius in libris
D de Crisibus pertractatum est. Sed etiam nunc generalis methodus, ut aliorum o-
mnium, ita & horum dicetur. Proinde robur ex proprijs functionibus cognoscen-
dum est: magis autem ex ijs quæ pulsum ædunt: quoniam huius opifex uitalis fa-
cultas est. Magnitudo autem morbi ex ipsis symptomatibus. Quatenus autem
natura morbum, uel morbus naturam superat, ex concoctione & cruditate de-
prehendemus: uirtutem rursum ex recrementis: uentris uidelicet, per ea quæ de-
jciuntur: uasorum, per urinas: totius corporis, per sudores. Ita ex alijs uniuer-
sis superfluitatibus, quæ in una particula, aut pluribus habentur: quemadmo-
dum thoracis per tussim: uesicæ autem, aut renum, per ea quæ cum urinis mitte-
runtur. Iecinoris cauæ partis, & mesenterij uirtus noscitur ex ijs quæ per ima de-
scendunt. Superioris uentriculi, & stomachi, ex ijs quæ uomitu rejciuntur. Ad
hoc omnibus est commune, puta morbum prius non posse solui, quam in ex-
crementis signa concoctionis appareant, siue aures laborent, siue oculi, siue alia
qua particula fuerit exulcerata. Et ut summatim dicam, concoctiones crisis uelo-
citatem ad salutem significant. Cruda uero, incocta, & in prauos abscessus con-
uersa, nullam crisim, uel labores, uel mortes, uel morborum recidiuas nunciant.
Hæc de præsagijs impræsentiarum sufficiat. Omnia siquidem quæ de his dici pos-
sunt, peculiaribus libris fumus executi, pluribus sane particulatim, sed fere omnia
theoremata complectentibus, quales sunt de pulsibus, de diebus criticis, & de cri-
si inscripti. Vnde quidem præsagia quis sumat, hisce commentarijs ostensum est.
Ac mihi sane uidetur medendi methodus iam finem habere: quandoquidem eos
qui à morbis conualescunt, recreare conuenit: alijs qui his sunt proximi, prospe-
cere: reliquos qui inculpata sanitate fruuntur, in ea conseruare. Quumq; tres ita-
ca hoc medicinæ partes uersentur, conabimur etiam de harum constitutione pro
uiribus compendiose disserere. Quoniam igitur, sicut antea quoq; dictum est, mia
sunt in uniuersum genera rerum præter naturam existentium, causæ uidelicet, affe-
ctus, &

* Hæc in Græco desiderãtur

A ctus, & symptomata: prouisio utique pars artis erit, quam & propriè uocant pro-
phylacticen, in primo genere consistens. Quando enim uel copia humorum, uel
prauitas, uel obstructio, uel corrumpens uirtus corpori innascitur, metus est ne sta
tim homo ægrotet, aliquando etiam extremè periclitetur. Porro difficile huiusmo
di causæ queunt cognosci, utpote hominem minimè infestantes, sicut uenenum
canis rabiosi, cuius nullum signum peculiare in corpore contineri inuenitur an-
tequam commorsus rabie propemodum conflictet. Quare necessarium est me-
dico ægros interrogare de omnibus quæ ipsis accidũt. Quum tantum copia quæ-
dam, uel humorũ prauitas in corporis mole suboritur, aut uiscus aliquod obstruit,
licet nobis ea dignoscere per quædã symptomata media quodammodo eorũ tum
quæ sanis insunt, tum quæ ægris accidunt. Etenim quę in sanis sunt, omnia secun
dum naturã inculpata habent. quę ægris accidunt, præter naturam, & culpata exi-
stunt, quæ in horũ medio consistunt, ex genere quidem eorũ habentur quæ mor
bis eueniunt, sed tum exigua magnitudine, & uiribus imbecillia, ut solitæ uniuſ-
cuiusque functiones non impediantur. Si nanque dolor capitis, uel alterius cuiuſ-
piam partis fuerit, adeo parua est ut hominem nondum lecto decumbere cogat:
at siue grauitas uel in præcordijs, uel capite, uel alia parte, aut uiscere, neque hæc
satis est quæ à solitis functionibus hominem remoueat. Insuper nec tumor corpo
ris, uel gracilitas, uel coloris priuatio, & mouendis membris pigritia, uel somno-
lenta dispositio, uel uigiliæ à munijs ad uitam necessarijs abducere sufficiunt: imò
nec cibi fastidium, uel appetentia aucta. Ambo siquidem corpori non adamussim
sano accidunt, quemadmodum si citra rationem se uel potum appetere, uel negli-
gere, uel in stomacho morderi aut uentriculo, uel se lassos sentiant. talis enim figu
ra est illorum quæ ægrotaturis contingunt. Porro affectuum qui illos generant
correctio summatim contrarijs, uti prius ostensum est, celebrat. Particulatim uero
B loquẽdo, omne superuacuũ expurgari debet, distinctione prius facta, siue copia,
siue qualitate, siue utroq; delinquat. Quod in naturalem statũ redire potest, cõtra-
rijs alterare oportet, crassum & uiscosum attenuando, tenue incrassando: commu
niter autẽ utraq; cõcoquendo, obstructiones aperiendo. At quæ toto genere præ-
ter naturam sunt, sicut uenena, & animalium uirus iaculantium ictus, alterando
& uacuando. Alterationes quidem per contraria uel in tota substantia, uel una
qualitate, uel duabus moliendo. Porro uacuabimus attrahendi facultatibus. At
quibus auxilijs hæc facias, ipsi affectus docebunt. Si nanq; omnes ex æquo succi
aucti fuerint, per uenæ sectionem uacuatio primaria & maxima adhibetur: dein-
de frictionibus, exercitijs, & balneis, & inedia. hoc pacto uacuandum est quoq;
corpus, si sanguis duntaxat abundauerit. Si uero bilis flauæ uel atræ succus, uel a-
quosa quędam humiditas, uacuatione quidem, sed non eadem ac simili utendum
est. Nam primarum uenarum recrementa pharmaco attrahente purganda sunt,
aliarum per urinas, si quidem aquosa ac tenuia fuerint: bilioſa uero purgatione eli
cienda. Nam si omnes æquabiliter humores aucti fuerint, per sanguinis missionẽ
propria maximaq; euacuatio conuenit: deinde frictionibus, exercitijs, balneis &
abstinentia: sic enim uacuandus est sanguis, si duntaxat is superabit. Si uero flauæ
uel atræ bilis succus, uel serosa aliqua humiditas, euacuatione, sed dissimili, tollen
da est. etenim exilium uenarum recremẽta, trahentibus pharmacis expurganda,
aliarum per urinas, quæ aquosa ac tenuia. Si bilioſa, purgatione elicienda sunt:
quanquam tenuia quoque purgationibus euacuantur. Porro quæ in toto corpo-
ris habitu consistunt, si tenuia, per sudores & medicamenta cuti admota exiccari
debent. At si bilioſa extiterint, primùm purgare, deinde per cutem euacuare con-
ueniet. Quòd si pituita præpolleat, siquidem salsa fuerit, purgationem: sin acida,
alterationem moliri oportet: naturam ad eius coctionem iuuantes. Dulcis multò
facilius concoquitur. Cæterùm coctionem tum quies, tum calfactio moderata,

C ac boni ſucci ciborum mediocrium eſus, & uini modicè calidi potio. At calorem moderatum frictio temperata, & moderatus aquarum calidarũ uſus, cibi ac medicamenta mediocriter calfacientia poſſunt efficere. Obſtructos meatus detergent cibi, potus & pharmaca quæ attenuare nata ſunt. Quorũ materias inuenire, acitudicare, cõmentario quodam, quem de ſimplicium facultate inſcripſimus, ſeorſum docuimus. Quinetiam in libro de uictu extenuante traditum eſt. Proinde tempus iam eſt, ut ad eos qui ex morbis reſiciuntur digrediamur, in quibus nec cauſa eſt præter naturam, nec affectus, ſola uerò gracilitas cum uirtutis imbecillitate. Tales igitur in naturalem habitũ reducuntur, ex motibus ac alimentis refecti, corroboratiq; Materias ſanè quibus hęc confieri poſſint, in libris de ſanitate tuenda indicauimus. At ne quid ſermoni deſit, dicetur etiam nunc totius ualetudinis tuendæ, non ſolùm eius quæ corpora reficit, analepticen uocant, compendioſa methodus. Ac primùm quodnam ipſorum genus exiſtat, id ne quod præſentem ſtatum tueat, an hoc ſolo à medicatorio genere differat, q; paulatim uitiata corrigit: quippe corpus ſi priorem ſtatum conſeruaret, artem quæ illi præeſſet, nequaquam deſideraret. Verùm quia corrumpitur, nec idem perpetuò manet, factum eſt ut arte, quæ eius incommoda perſpiceret, indigeret. Si ergo corporis ſubſtantiam uacuari, inaniriq; ſolùm contingeret, eam nimirum cibo potuq; reſtitueremus. Si uerò aut humorum copia, aut excrementorum prauitas coaceruetur, opus erit exercitijs huc ſpectantibus, ut humorem cum uacuent, tum expurgent: ſuperflua conquant, cauſasq; omnes quę ſanitatem ipſam uitiare poſſunt, euitẽt: nempe refrigerationem, exuſtionem, laſſitudinem, cruditatem, temulentiam, uigilias, triſtitiam, iram, furorem, & id genus alia. Non enim neceſſe eſt ſingulis recenſendis
D immorari, quum argumentum initio propoſitum iam abſoluerimus. Inſtituerat enim nõ de omnibus medicinę partibus in tranſcurſu percenſere, ſed quemadmodum alias artes, ita & hanc à finis notione conſtitutam eſſe, demonſtrare: quod quum iam perfectum ſit, ſummatim totam medicinæ rationem repetamus: ſimilitudinem quam cum alijs artibus factiuis habet, oſtendentes.

EST igitur medicina una factiuarum artium, non tamen ſimpliciter, ut ædificatoria, fabrilis, textoria: ſed ueluti ea quæ collapſas ædes inſtaurat, & ueſtes laceras reſarcit. Quoniam uerò & harum ipſarum duplicem eſſe conſtitutionem oſtendimus, nempe artifice exempla ex ſe fingente, aut extrinſecus ſpeculante: medicam artem ſecundi generis eſſe demonſtrauimus. Non enim ex ſe ipſa fingit exempla, uerùm ex anatome totum id diligenter ſpeculata, uitiatã emendare conatur. Differt in hoc ab artibus prædictis, quòd plurima, natura operante ſubminiſtrat: uniuerſam tamen ſpeculationem, ex qua medicus corrector & miniſter eſt, cum alijs effectiuis artibus ſimilem obtinet. Etenim ſimilarium ſubſtantiam, & inſtrumentariarum generationis modum perno uit: unde affectibus inuentis, ſingulorum curandorum ſcopos inuenit.

FINIS.

REVERENDO

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D. IACOBO COLINO, ABBATI SANCTI AMBROSII APVD BITVRICENSES, Ioannes Guinterius Andernacus S.

QVoties apud me res eas conſidero, Pater ampliſſime, quibus hominum uita, ſalusq; continetur, in admirationem priſcorum curæ diligentiæq; animus agitur. Quid enim illi intentatum, inexpertumq; reliquerunt? Culmina montium inuia, ſolitudines abditas, omneisq; terræ fibras, deniq; hortos, prata, nemora perſcrutati inuenere, quid quæq; herbæ pollerent, ad quos uſus earũ folia, & radices ſpectarent. Nullus orbis angulus, nulla regio tam diſſita, quam non medicaminibus comparandis acceſſerunt. Alia ſiquidem ex Mæotidis paludibus, alia ex Aethiopide ab exuſto ſideribus axe, alia ultra Herculis columnas, alia demum aliunde ultro citroq; humanæ ſaluti conquiſierunt. Atq; hæc prima fuerunt medicinæ rudimenta. Deinde poſt longum uſum, præclariſſima condidere de his uolumina, nihil occultatum habentes, quod proderſſe poſteris exiſtimarent. Hippocrates enim medicinam adhuc uagam, nulloq; commendatam artificio, in ordinem doctiſſimè coëgit. Hunc ſubſecuti ſunt complures, tum philoſophi, tum medici, quorum alij de medicinæ præceptis monumenta reliquerunt: alij de herbarum effectibus libros ædiderunt. Nec medici ſolùm, aut ſapientiæ ſtudium profeſſi, uerùm principes etiam & populorũ gubernatores in hanc exercitationem ſtudioſè operam dederunt. Nam Mithridates ille maximus ſua ætate regum, in reliqua ingenij magnitudine medicinæ peculiariter curioſus fuiſſe dicitur. Quippe ſingula ab hominibus ſubiectis exquirens remedia, antidotos mirificas compoſuit. omitto nunc Euacem Arabum regem, qui de ſimplicium effectibus ad Neronem ſcripſit. Quis igitur non antiquorum in reperiundo curam, in tradendo benignitatem uereretur? Illi ſiquidem laboris uiam ſuis uirtutibus aperuerunt, nobisq; iter intelligentiæ ſuæ reliquerunt ſapientia. Verùm quum omnia nunc in deterius ob craſſam ac ſupinam recentiorum autorum negligentiam conuerſa uideam, non poſſum non grauiter humani generis uicem indolere. Ad quos enim alios cauſas malè acceptæ rei literariæ referemus potius quàm ad iſtos ſpurios, & degeneres, & medicorum nomen ementitos Rhapſodos, non ſcriptores, quibus curæ nõ fuerit uel hoc ſatagere, ut bonorũ autorum ſcripta euoluerent: aut ſi non intellexerunt, quod eſt ueriſimile, condiſcerent? Vbi germanus nunc medicinæ genius? O quantum mutatus ab illo Hectore. Falſa pro ueris, aſcita pro natiuis in hominum animos irrepſerunt. Adulterata, diſtorſa, confuſa, interuerſa ſunt omnia, nulla fide, nullo nec pudore, nec iudicio. Sed ne cui uidear rem grauius ac ſe habet, exaggerare, producam nonnulla in medium, quæ meapud æquum iudicem facilè tuebuntur. Nullum olim medicamentum extitit nobilius, efficacius, gratiuſq; Theriaca. Atqui hæc nunc à barbaris ſcriptoribus ita eſt corrupta, ut magni etiam inter medicos nominis uiri in ipſa rei ſumma fœdiſſimè hallucinentur. Auicenna ille Arabs, quem iuniores medici principem excellentiæ uocabulo nominarunt, ſerpentes propriè Theriacæ conſecratos ignoraſſe uidetur, dum nunc Tyrum, nunc uiperam tanquam diuerſas illorum ſpecies adhiberi præcipit. non enim legit egregius iſte Galeni interpres, ferè dixeram, obſcurator, ubiq; ἐχιδνᾶν, quæ dictio Latinis ualet uipera, non alias beſtias ab illo autore adhiberi. Sed condonandum uiro cenſerem Græcæ eruditionis imperito, ut Arabicis duntaxat Galeni tralationibus, uſus ſit, ubi tamen ſemper Tyros pro ἐχιδνᾶν habetur, niſi etiam ſui imitatoribus magnam ad errores feneſtram aperuiſſet. Alius enim uiperam ex communibus ſerpentibus unum eſſe ſcribit, non quæ maſculi caput nimia coitus dulcedine abrodit. Alius uiperæ uocabulo aſpides intelligit. Alius Tyrum ex cornutorum ſerpentiũ numero ſtatuit. Non deſunt qui hominum nomina, praua decepti tralatione, pro uiperis uſurpent. Atq; hæc omnia ſine iudicio, ſine diſcrimine, & clauſis, quod aiunt, oculis iudicãt. Roges forſan, unde tanta recentiorũ ignorantia? Inde nimirum, quòd omnium literarum meliorum, totiusq; antiquitatis imperiti in medicinam, diſciplinarum omnium præſtantiſſimam, ueluti in roſas porci, irruunt. Non Græcis doctrinis eruditi, non Latinis, ad quæſtua-

riam quandam artem potius quàm medicinam se conferunt. In qua si casus aut fortuna, uti solet pessimos quosq; primùm euehere, aspirarit: commentarios scribunt, eosq; stolidissimis opinionibus, uanitatibusq; operosissimis replent. Quod si uero antiquos autores, per quos hæc professio consummatur, totuissent intelligere, aut Aristotelem, aut Galenum, aut Nicandrum, aut Plinium quoque, non hæsitassent quid esset Græcis ἐχίδνα, Latinis uipera: nec Tyrum, quæ dictio est Arabica, ab illa distinxissent. Theriacæ uerò medicamen omnium laudatissimum etiam hodie integrum, incorruptum, germanumq; haberent officinæ. Quod olim reges in tanto habuerunt precio, ut suismet ipsi manibus conficerent. idq; non immerito. Quippe huius solius medicamenti beneficio uere diuino uenerandi patres in longam usque senectutem ab omni morborum contagio liberi uiuebant. Hodie contrà uilissimi quiq; homines, & circumforanei præstigiatores non dico præparant, sed dolos in ea exercent, uulgo solo antidoti nomine imponentes. Atque is nunc est quæstus multò uberrimus. Quapropter ego, ut clarissime, ne diutius ueram illam studiosi homines desiderarent, aggressus sum Galeni commentarium de Theriaca ad Pisonem, quem pro tui diligentia conuertere, æquum ratus, quum tot sint ueritatis interpolatores, etiam uindices aliquot & redintegratores existere. Ex hoc enim unico libro manifesti euadent multorum errores, hactenus forsan incogniti. Siquidem Galenus indidem omnia, tam accuratè, tam luculenter, & doctè prosequatur, ut nemo sit tanta ingenij crassitie, tantaq; prauitate iudicij præditus, qui non ipsum peroptimè, alios pessimè dixisse pronunciet. Hanc igitur operam nostram tuo, Reuerende pater, nomini consecrare uisum est. Primum ob egregia tua in me officia. deinde quòd studiosorum hominum maximus sis & amator, & patronus. Id enim sedulò cogitas, id perpendis animo, quomodo uidelicet literas possis erigere, earumq; cultores Principi tuo omnium clarissimo, commendare. Hoc nimirum eximiæ eruditionis, uirtutisq; est argumentum. Hoc ueram animi nobilitatem indicat. Ob quam te obsecro, perge sicut alias literas, etiam medicinam, quæ tibi nunc supplex, implorat opem, fouere & ab iniuria uindicare. Ac debebunt tibi non modò eius disciplinæ studiosi, uerùm ex æquo omnes, quibus sua salus chara est. Sin autem onus tibi soli graue molestumq; uidebitur, συμφράδμονες aderunt, eximius ille præsul Baionensis, eiusq; frater Guilielmus Langæus, uiri tum literis, tum humanitate, tum prudentia spectatissimi: quibus trabonali quodam amicitiæ uinculo conIunctus es. Interea laborem hunc nostrum, quẽ ob communem fructum suscepimus, ne contemne. ut si utilis fuerit, maiora aggrediar: sin minus, ad meliora animum conuertam. Vale.

CLAVDII

CLAVDII GALENI
PERGAMENI AD PISONEM DE THERIACA LIB.

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

LIBRVM hunc de Theriaca in tuam, optime Piso, gratiã magno cum studio, omnibus uidelicet accurate perpensis examinatisq;, componere nõ sum grauatus: idq; hoc potissimum nomine, q; te ad cognitionẽ eius indipiscendam, haud frigidè affectum cognouerim. Nam ædes tuas aliquando pro more meo ingressus, complures sanè, & diuersos à consuetis libros tibi propositos offendi. Quippe soles alioqui, postquam ciuilium actuum expedieris negocia, ueterũ philosophorum scripta reuoluere, hisq; animum applicare. Porrò commentarium quendam de Antidoto hac conscriptum, tunc non sine uoluptate legebas: & me tibi astantẽ, ilico amicis intuitus oculis, comiter etiam alloquebaris: ac deinde iterum me audiente librum relegebas. Auscultabam uerò & ipse, quoniam commentarius non indiligenter, sed cura erat compositus abs quodam Andromacho nomine, qui artem non modò rerum experientia probè calluerit, sed etiam seriomis elegantia rationem in ipsis curiosè exercuerit. Itaque præcellere ipsum nostratibus, quòd in his rebus plurimùm ualeret, illius ætatis reges, meo quidem iudicio, persuasum habebant, forsan patria quoq; nonnihil ad medicinam exquisitè discendam uiro opitulante. Cretensis siquidem erat natione: ac uerisimile est illiusmodi uirum ut plerasque alias herbas, ita etiam unum quoddam medicamentum salutare hominibus ex regione ipsius importasse. Porrò quum tu illius scripta perlegeres, dici uix queat, quantum gauisus, uereq; sim admiratus, quòd diligenter adeò mentem ijs quæ ab illo dicebantur attenderes. Qua de causa etiam multùm fortunæ nostri temporis hominum gratulabar, qui te tanto artis studio teneri conspicerem. Siquidem bona aliorum hominum portio, solas aures medicinæ uerborum lenocinio cupit demulceri: tu uerò non solùm ea quæ dicuntur libenter audis, uerùm etiã quę non exprimunt, propria insitaq; prudentia ingeniose inuenis. nonnulla opera quoq; tam accuratè pernouisti, & perspicis, ut nos, qui diligenter ac studiose didicerimus. Quod nimirũ ego in te cõtemplatus non potui non obstupere. Contemplatus autẽ sum, quũ gnatus tuus charissimus ex quadã equitandi necessitate abdominis affectu laboraret: ut qui sacris administrandis publicè esset præfectus, ceremoniarũ gratia, quę diuis Romanorũ necessariò fiebant, quam ob rem uel generosissimos quosq; pueros concinnè equitantes, saltantesq;, tanquã equis sacra quædam & ipsos obire oportebat. Quum igitur filij tui natura admodum teneri, locus hic undiquaq; cõtusus uiolẽter, à subiectis partibus abscederet, ac deinde pure collecto, incisione etiam opus haberet: puer sanè tanquam iam tum esset, patienter omnia sustinens, dextrè curabat: ceu ex quodam philosophiæ studio, fortitudine ac magnanimitate ad præsens malum probè instructus exercitatusq;. At tu in curationẽ diligenter incumbens, animũ omnibus, quæ à nobis fiebant accommodabas. ut si quando nonnihil etiã neglectim, ac oscitanter fieret, statim accuratius exequereris, admoneresq; secundum Hippocratẽ, ne teme re quid cõmitteremus. Sed hoc etiã laudabilius aliquid abs te fieri magis animaduerti: nempe si quando medicamentum quoddam à medico impositum, suo in loco minus rectè hærebat, id tuismet digitis transpositum, aptè uulneri applicabas, ut miraculum esse uideretur, te tam repente ex tuo erga filium amore, & naturali dexteritate, artis absolutionem ostendisse. Atq; id ipsum tibi usuuenire comperio.

C quod & Plato ſapientiſſimus commemorat, in multis ut eſt conſentaneũ, frequen-

Diſciplinæ rerum ſunt recordationes.

„ ter ſpeculatus, & ueri gaudens neceſſitate. Hæc autẽ ipſius eſt ſententia: Diſcipli-
„ næ rerum ſunt recordationes, animuſq; uidetur omnium habere notitiam: quæ
„ tunc nimirum apparet, quũ uſus poſtulat. Ita in te quoq; filij ſolicitudine, præſens
artis experientia, præter noſtram opinionem apparebat. Nec id ſanè immeritò,
quum ſis adeò ad optimum quodq; percipiendum ingenioſus. Neq; in hoc medi-
camento Theriaca eras negligentior: uerùm & facultatem ipſius & miſturam ſcire

Quare Theriaca apud omnes celebrata.

ſtuduiſti: adhæc, tempus, menſuramq; uſus, adamuſſim perdiſcere, ſiquidem hoc
eſt proculdubio apud uniuerſos homines celebratiſſimũ, tum quòd pollicito ne-
minem fruſtretur, tum ob ipſius actionis efficaciam. Siquidem nullum à feris, quę
hominem ſolent interimere, commorſum, hac ſtatim epota antidoto, periiſſe, me-
moriæ eſt proditũ. Nullus eadem præſumpta, haud multò pòſt morſu impetitus,
beluæ ueneno ceu illam ſuperante interiit: quod ſubinde nõnulli prætores etiam,

Vetus medicamenti probatio.

penes quos uitæ & necis poteſtas eſt, experiuntur. Atq; medicamentũ probare uo-
lentes, an quod promittat, præſtare quoq; poſſit, in hominibus iã ob praua quæ-
dam & illegitima facinora, ad mortem iudicatis, de ipſo faciũt experimentum; nos
autem quũ in hominibus id nõ poſſumus, in aliis quibuſdam animantibus idem
facientes, ueram medicamenti probationem inuenire conabimur. Nanque gallis
qui domi non enutriti, neque nobis ſunt contubernales, ſed potius agreſtibus, &

Theriaces probatio.

ſicciore præditis temperamento, captis, feras obijcimus. & qui inter illos non bi-
berint ex medicamento, protinus intereunt: qui uerò biberint, conualeſcunt, & à
morſu uitam retinent. Interdum uerò, medicamentum num adulteratum ſit, hoc

Experimentũ adulterati medicaminis.

quoq; modo probare conuenit. Si epota Theriaca non purget, qui purgans ſum-
pſit medicamentum, hoc ipſo iudicamus antidotum eſſe præſtantiſſimam: quemad-
am purgationem, ei qui medicamento uſus ſit purgante, impedierit, ut tali experi-
mento à ueri medicaminis inuentione nunquã aberrauerimus. Multæ ſiquidem

D

A quibus fraudes fiant in medicamento.

à ſubdolis improbisq; in hoc quoq; fraudes fiunt: ac uulgus ſola antidoti opinio-
ne deceptum, ab ijs quibus ars eſt mercenaria, plurima pecunia medicamen uel
praue confectũ redimit. Non deſunt enim ex ſanis pariter, qui tota, omnisq; ipſo-

Qui Theriaca potiſſimum utantur.

rum uita aſſiduè medicamentum uſurpent, præſertim qui ob inhumanos, illiberа-
les q; mores non citra ſolicitudinem degunt, ſed perpetuò ſuſpicionem habent, fa-

Marcus imperator uſus Theriaca.

cilè ab inimicis ſibi ſtrui inſidias. Nonnulli uerò corporis iuuandi gratia, quotidie
medicamentum aſſumunt, quemadmodum ſanè diuum Marcum nos quoq; no-
uimus, qui legitimè aliquando imperium geſſit, & adamuſſim, ut erat uir pru-
dens, corporis ſui temperaturam intellexit, affatim, & ueluti alimento quodam,
medicamine eſſe uſum. Ab illo nanque uiro potius medicamentum bonæ exiſti-

Antidotus à Marco bonæ exiſtimationis cepit initium.

mationis cepit initium, & uirtus ipſius actionis hominibus innotuit. Quippeim
peratori ſecundam ualetudinem emolita antidotus, auxilij fidem potiſſimũ com-
parauit. Verùm illius principis tempore, ad eorum duntaxat cognitionem, qui
uiderant, Theriacæ opus perueniebat. Sub huius autem ſeculi maximis impe-

Comparat imperatores cum dijs.

ratoribus, uſus eius prodijt in publicum. Omnibus enim licet nobis ipſorum
bonis probè uti, & liberaliter curare, alio ab alio medicamentum capiente. Quo-
niam non ſolùm hoc nomine cæteris omnibus præcellunt, quòd imperium à dijs
ſint adepti, ſed etiam quòd uniuerſa bona, uniuerſis libenter impartiant, ſicut &

Mira imperatorũ dexteritas.

dij ipſi tantum ex æquo gaudij concipiunt, quantus eorum numerus exiterit, qui
ab ipſis redduntur incolumes. Præterea cenſent maximam regni eſſe partem com-
munem omnium ſalutem: quod ſanè in ipſis etiam ſum admiratus. Non enim
in hoc duntaxat medicamine conficiendo ponunt induſtriam, ſed ita ſunt in o-
mnibus erga commune benigni munificiq;, ut, ſi quando amicis aliquibus uſus
uenerit, mirum ſit quam prompte, ac quanta alacritate medicamenta commu-
nicent; eaq; non ubi uſus neceſſitas ingruit, tunc conficiũt, ſed ad iſpum temporis ar-

A ticulum expromptam quoq; illorũ compoſitionẽ egregiè poſſident. Quum igitur
Antipatrus qui Græcas ipſorum epiſtolas facere creditus eſt, & propter morũ gra-

Antipatrus.

uitatem, & abſolutam in dicendo facultatẽ, magno in precio habitus, nephritico
infeſtaretur affectu, grauemq; ex eo, & intolerabilem dolorem conciperet, ſtudiũ

Studia imperatorum in amicis ſeruandis.

ipſorum amicis ſeruandis quauis laude digniſſimum cognoui, miriſicamq; circa
medicinam, animi contentionem. Ita nanque uarijs differentibusq; ſymptomatis
obſiſtentes, cum morbo longè pulcherrimis medicamentis certabant: præſtantiſ-
ſimorum medicorum inſtar, qui uel omnem uitam in ipſius exercitatione contri-

Arria curata ab imperatoribus.

uerint. Iam uerò Arriam multò omnium mihi chariſſimam, quæ & ipſa ſupra mo-
dum ab eis commendabatur, quòd diligentem philoſophiæ nauaret operam, &
Platonis maximè libris gauderet, in lecto quandoq; grauiter decumbentem, ut-
pote ſtomachi diſſolutione affectam: iacentemq; adeò ſupinam, ut ne cibum qui-
dem potuerit capere, atque ideo in atrophiæ periculum ueniret, non aliter quàm
medici expertiſſimi mulierem curauerunt, propinantes ei uinum, meo conſilio,
ex abſinthio confectum. Huius ſiquidem potu ilico ſtomachum ab imbecillitate

Vinũ abſinthites ad ſtomachi imbecillitatẽ.

uindicauit, & ſine mora appetitus officium recuperauit. Cęterùm quid in filio tuo
euenerit, nimirum adhuc in memoria retines. Quum enim facto abſceſſu, tu qui-
dem ut benignus pater, tardior ad ſectionem eſſes, tempus autem humorem con-
tentum excerni poſtulaſſet, ipſi medicamine exhibito, magna nos ipſius ſolicitudi-

Hiſtoria de Piſonis filio.

ne liberarunt. Applicatum nanque emplaſtrum, locum quidem incumbentem
acutius quàm ſcalpellum, diuiſit. totum uerò humorem ſubditum euacuauit, ut
puer hinc non amplius dolorem perſentiſceret. Hac igitur circa iſta medicamina,
uti uides, honeſtate regia præditi, haud immeritò quoq; theriacam diligenter præ-
parant, ſingula quæ miſcent, accuratius probantes ipſi, quò nihil prætereant. atq;
hanc ob cauſam miriſica antidotum opera ędere. Etenim uaria conſtat miſtura, &
B multiplicem in operibus uſum exhibet: quo nomine illum qui primus confectu-
ram ipſius molitus eſt, admiror. Quippe uidetur non temere, ſed exacta quadam
ratione, atq; explorata admodum cura compoſitionem ipſius inueniſſe. Non e-
nim ſicuti medici, qui ſe à profeſſione Empiricos appellauerunt, neglecta natura-
rum ratione, unumquenque ſine artificio curant, turpiter quædam ex inſomnijs,
quædam uerò ab ipſa fortuna ad ipſam artẽ medicamenta capere ſe pronuncian-
tes: ita nos quoque medicinam tractamus: uerùm quæ ratio ipſa prima, ſolaq; po
teſt inuenire, eadem exactè omni conſideratione diſquirentes, magno ſtudio com
perimus. At quæ inuenire nequit, ea ſenſuũ experimento iudicamus. plerunq; ne

Inſtrumenta probationis medicamentorum.

ipſi quidem ſoli ac unico ſenſui iudiciũ de eis concredentes. Neq; enim calcem q
candida ſit, quemadmodum nix, uiſu duntaxat frigidam indicare ſatis eſſe cenſe-

Calx.

mus. neque roſam quòd rubra ſit, ideo etiam calefacere ipſam ilico pro certo ha-

Nix.

bemus, ſed una cum uiſu ſenſum quoque tactus adhibentes, illam quidem cale-

Roſa.

facere, adeò ut urat certò inuenimus: hanc uerò quòd frigiditatẽ econtrario in ea
tactu percipiamus, ex refrigerantium numero eſſe firmiter habemus perſuaſum.

Tactus medicamentorum iudex uiſui adhibetur.

Atq; hoc pacto reliquorum adamuſſim medicaminum ſingulorum uirtutem ipſo
ſenſu iudicantes inuenimus aliud eſſe ſalſum uel acre, aliud amarum uel dulce,
guſtatus nimirum probatione. Quòd autem aliud calefacit, aliud refrigerat, aliud

Odoratus quædam iudicat.

humectat, aliud exiccat, tactus ſubſidio eſt condiſcere. Multorũ uerò ex ipſo odo
ratu probationem molimur, & facultatis robur ex uehementi exhalatione depre-

Quomodo germanum medicamentum cognoſcatur.

hendimus, imbecillitatem uirtutis ex remiſſo odore. At probatum ne ſit, an mi-
nus quodlibet medicamentum ſimplex, ſenſus ipſius iudices ſtatuẽtes cognoſci-
mus. Atque his primùm illa experti, & fide ex uſu ſenſuq; aſtructa: ita deinceps
experimento rationem adiungentes, ac in omnibus, ueluti ducem ipſam ſequen-
tes, tum ſimplicibus medicamentis congruè utemur, tum compoſitionem ipſo-
rum rationis artificio præſtantiſſimam reddemus. Nam morbi cuiuſque natura

C comperta, ac uarietate, differentiáque temperamenti ſimplicium medicaminum cognita, ſic compoſita præparamus, unicuique morbo quod congruum eſt, uaria ipſorum compoſitione diſtribuentes, ſingulisq; hominibus pro corporis ipſorum ſtatu, ut medicamentaria pars medicinæ præcipit, artificioſe adaptantes. Multa nanque, uti non ignoras, penes nos eſt ad uſum parata medicamentorum facultas, adeoq; diuerſa, ut non ſolùm in compoſitione uirtutis diuerſitas uideri queat, ſed etiam ſimplicium medicaminum alia ex tota ipſorum ſubſtantia unam quandam & ſimplicem uirtutem indicent. Quemadmodum Scammonia, bilem ſuam trahere apparet. Epithymum, quod ab Attica importatur, atræ bilis humorẽ ex uentriculo purgare cernitur. Coccus gnidius, pituitam & totum aquoſum humorem educit. Hæc ſiquidem medicamenta ex tota ipſorum parte, totáque ſubſtantia huiuſmodi humorum eductionem moliri conſpicimus. Non enim fidem Aſclepiadi Bythino medico adhibemus, cuius ſententia eſt: Quũ homo iampurgatur, tunc etiam humores hos ſtatim aliquam ſubire mutationem. Quippe, quoniam autor fuit de corpore hypotheſeos, atomorum coaceruatione & meatibus contentæ, naturæ opera de medio tollens neceſſariò, conſentaneum erat & hunc de humoribus ſermonem ipſum dicere, tanquam id quod ab eo adducitur, à ratione ſit alienum, & omnino fieri nequeat. Quis enim ſanæ mentis crediderit, ram ſubitò quàm medicamentum corpus attigerit, humoris qui excernetur, ſubſtantiam generari? Quis contrà non facilè ſibi perſuaſerit, humores hoſce prius quoq; ſecundum naturam corporibus ineſſe: quũ uideat Arquato morbo laborantem, eo tempore quo medicamentum bilioſum humorem purgans cepit, & bilem ſubitò copioſam excernere, & affectu expeditè liberari? Eum uerò qui aqua intercutem affligitur, neutiquam medicamento quodam ſimulac fuerit aſſumptum, omnem aquam uentriculo inſidentem, citò admodum uacuare, atq; ex tam ſubita uacuatione nullum ſanè humorem, aut certè pauciſſimũ in particulis infarctum D haberet? Verùm hæc Aſclepiades, pueriliter dogmatis neceſſitati inſeruiens, ambitionis ſtudio, ut dixi, uidere ſe diſſimulat, omniáque probabilibus potius figmentis conatur inuenire, quàm propriam cuiuſque medicamenti facultatem uere confiteri. Nos autem quum hæc uideamus, ſciamúsque id quod poſſit ratione uniuſcuiuſque medicaminum naturæ uirtutis proprietatem uerè agnoſcere, hic quoque medicamenta natiua quadam facultate, conuenientem ſibi ſuccum attrahere, compertum exactè habemus. Quemadmodum etiam ex eo quòd Magnes lapis ferrum ad ſe attrahit, uirtutem quandam attractricem ei ineſſe natiuam uidelicet rationabiliter nobis ipſis perſuaſimus. deus enim quum ſit, quemadmodum natura in nobis (iuxta Homeri ſententiam) ſimilia ſimilibus adiungens, ita diuinas ipſius facultates oſtendit. Ac reliquorum omnium naturam pari ſtudio examinamus, ut uim quoque ipſorum per quam operantur, exquiſitè perſpicamus. Nam dum examen illorum molimur, alia, ſicut dictum eſt, per totas ipſorum ſubſtantias functionem obire deprehendimus, alia mixtam quoque in ſubſtantia uirtutẽ habere, & duplici fungi actione tam manifeſtò ſæpe, ut etiã quam maximè cõtraria ab eis fieri in corpore conſpiciamus, atq; id miraculum eſſe uidentibus apparet. Lapathi igitur folia comeſta uentrem cient. ſemen autem aſſumptũ aſtringit. Similiter & Braſſicæ ſuccus, & uetulorum gallorum ius, & cochlearum marinarum humores aſſumpti, aluũ mouent. Olus autem ipſum Braſſicæ, & illarum carnes comeſtæ, uentrẽ comprimunt. Aloë ſquamaq; eris ſupercreſcentes ulcerũ carnes aſtringũt: & humores qui ſub ipſis naſcunt, ſubinde exiccant. Aſſumpta uerò per os, uniuerſum corpus purgãt. Lac ubi à nobis diuiditur, contrarias in uſu facultates oſtendit. Nam ſerũ ipſius bibitum, uentrẽ reſoluit. Caſeus ingeſtus exactè ipſum cohibet. Nonnulla uerò tam inopinabile quippiam in temperatura facultatum

Medicamenta ex tota ipſorũ ſubſtantia uirtutẽ oſtendentia.
Scammonia.
Epithymum.
Coccus gnidius.
Aſclepiadis ſententia puerilis.

Medicamenta proprium ſuccum attrahere

Quædam medicamina diuerſis conſtant uiribus.
Lapathi folia, & ſemen.
Braßica.
Cochleæ marinæ.
Aloë.
Squama æris.
Lactis partes.

A facultatum quæ commiſcentur efficiunt, ut auditoribus quoque nullo fieri modo poſſe uideatur, niſi ſuis ipſi oculis id quod accidit contueantur. Trifolium itaque herba, quæ hyacintho ſimilis, quum uere flores emiſerit, etiam ſemen agreſti Cnico perſimile obtinet, decocta admodum: deinde morſibus aranei, uel ſerpentis quoq; ex aquæ fotu adhibita ipſis medetur, & dolores ſtatim ſedat. Sin autem in alio non commorſo ſanum locum eodem fotu circundederis, ſimilem ſenſum, ſimilesq; dolores ijs quos morſus inuehit, omnes conciliat: ut reuera miraculo dignum opus eſſe uideatur, uidelicet herbam & morſum ſanare, & ferarum modo ſanam partem praue afficere. Iam uerò ex medicamentis quædam hominum nutritioni minimè conueniunt. Cicuta enim, ſturnos quidem nutrit, & lethalem in ipſis uim nõ exercet: nos autẽ, quemadmodum probè noſti, interimit. Veratrum, cothurnicũ cibus eſt, homines malè corrumpit. Nonnulla uerò partes etiã quasdam corporis, priuatim uitiant. Nam lepus marinus pulmonem exulcerat. Cantharis ueſicam peculiariter afficit. Econtrario pleraq; medicamenta, quibuſdam corporis partibus eximiè curandis, ſunt idonea. Patienti igitur iocinori, ſæpe Eupatoria herba perſtrenuè auxiliata eſt. Glans unguentaria, Myrobalanõn uocant, lienẽ adiuuat. Sarxiphagon, quæ Latinis ſaxifraga dicitur, & Betonica, renes pulchrè afficiunt. Et ſimiliter alia aliorum, ut experientia obſeruauimus, propria ſunt medicamina: quæ nos, ut dictum eſt, diligenter perſcrutati, cuilibet morbo, ut conueniunt, admolimur: Hippocratis doctrinam longè optimam in his quoq;, ut in alijs omnibus, æmulantes. Quòd enim exactiſſimam de medicamentis artem ſecerit, cum ex alijs pleriſq; ab ipſo conſcriptis eſt cernere, tum ex ijs quæ ſecundo
» de morbis publicè graſſantibus libro in hunc modum prodita reliquit. Medica-
» mentorum modos ſcire conuenit: ex quibus qualia conſtant. Non enim omnes
B pta, poſſunt præpararí: nempe ſiccari, uel tundi, uel concoqui, ſimiliq; modo con
» fici. Huc accedit explicandum quæ ſingulis conueniant in quibus morbis, quo
» morbi tempore, qua ſpecie, quali uictu, uel anni tempore, quomodo tractemus,
» & id genus alia. His enim uti uides, generalius nos docet, ut qui & medicamentorum naturas diſcere nos adhortetur, & tempus exquirere, quo medicamenta debent aſſumi. Denicq; eorum qui aſſumunt, temperaturas inſpicere. Sunt enim nonnulli proculdubio, qui tam facilè ea poſſunt capere, ut etiam ſæpius concoquant, uel nihil ab ipſis incommodi, ſed aliquando nutrimentum experiantur. Quidam tam inepti medicaminibus aſſumendis exiſtunt, ut nequaquam uti ipſis poſſint, & ſtomachus auerſetur, ac ante uſum facilè diſſoluatur. Hæc igitur & ueterum medicorum præſtantiſſimi ab ipſo edocti, optimas ſic medicamentorum compoſitiones effecerunt, ex ſingulorum natura confecturæ artificium inuenientes, quæq; intenſa ſunt ipſis qualitatibus, aliorum miſtura remittentes. Simili ratione acria hebetantes, & ut ſummatim comprehendam, pro reliqua cuiuſque uitij differentia, & hominum temperie, medicaminibus cum artificio utentes. Quare ut animum induco meum, Theriacen hanc, de qua totus hic liber ampliter diſſerit, ex plurimis optimiſq; medicaminibus præpararunt. Quum enim conſiderarent morſus noxiarum ferarum eſſe ineuitabiles, & uenenoſorum medicamentorum ſymptomata lethalia: ad hæc quum perpenderent hominum naturas permultum inuicem differre, & aliud alij medicamen idoneum: meritò exactam ipſius, & uariam fecerunt miſturam, ut huius rei gratia, certò ipſa in his omnibus finem aſſequeretur: atq; ob uſus neceſſitatem, magno ſtudio ab hominibus affectaretur. Nihil ſiquidem inter uitæ mala difficilius eſſe mihi uidetur uirulentis medicaminibus, & feris noxijs. Etenim ab alijs etiã grauiſſimis fuga nos præſeruamus: illa maximè hominibus imponũt, quòd uidelicet aliquis nulla præmunitione adhibita, frequenter uenenum, neſciens imprudenſq; aſſumit. deinde

Trifolium.

Mira trifolij uirtus.

Cicuta.
Veratrum.

Lepus marinus.
Cantharis.
Eupatoria herba.
Glans unguentaria.
Saxifraga.

Hippocratis ſententia de medicaminibus exhibendis.

Φιλοφάρμακοι.
μισοφάρμακοι

Veterum modus componendi pharmaca.

Theriace.

Nihil grauius uenenoſo medicamine & feris noxijs.

C commorsus à fera quadam, subitò interit. Ego autem ex quodam historię libro ac-
Historia de pernicioso bellandi modo. cepi, quomodo aliquis bellum cõtra Romanos gerere uoluerit, nulla militaris or-
dinis potentia munitus. Homo uerò hic, inquit, Carchedonius, complures ollas
feris, quæ repente possunt occidere, refertas aduersus hostes proiecit. Illi autem
non intelligentes, quis mitteret, eoq; neutiquam sibi cauentes (quippe tales emit-
ti sagittæ inter hostes non solebant) protinus collapsi perierunt. Atq; propterea ho-
mo ille frequenter eiusmodi astutia, tanquam & ipse fera quædam existeret, inimi-
Primatibus & exercituum ducibus Theria- ca necessaria. corum manus effugit. Quam ob rem putauerim & uobis primatibus, & exerci-
tuum ducibus ad tales usus hoc esse habendum medicamentum, quòd nonnun
quam bellandi incidat necessitas. Olim itaq; citra ferarum quoq; mistionem con
fectum medicamentum, similiter ad huiusmodi mirificè faciebat. Quum autem
medici semper in huius præparationem certatim incumberent, ac aliud commi-
scere cogitaret, in hunc modum quidam cõsiderauit, miscuitq; ipse beluas. Aiunt
autem Andromachum hunc uirum fuisse, medicũ mehercules memoria digną,
haud multò ante nos natum. Quippe Neroni conuixit, cui etiam ipsam dedica-
uit, tum uires, tum confectionem carmine complexus. Quod tibi hîc subtexam,
ne ipsius historia careas, tam studiosus alioqui & cupidus literarum. Illud tamen
præfabor, Theriacen non solùm quòd ferarum morsibus probè conueniat, sed e-
tiam quòd feræ ipse deinceps in confectura misceantur, congruè ex utroq; signi-
ficato esse nominandam. uersus autem hi sunt.

ANDROMACHI SENIORIS, NERONIS ARCHI-
atri ex uiperis Theriace, cui nomen est Galene.

D
Accipe quas habcat uires, clarissime Cæsar,
Antidotus multis consociata modis.
Accipe securæ Nero libertatis alumne
Magna salutiferæ robora Theriaces.
Ad quid ualeat Theriace. Dicitur hæc Grays hilare, simul eudios atq; Galene:
Ad portus diros haud medicina leuis.
Ad medicamenta lethalia. Nec si Meconis perfrigida pocula succi
Hauseris, insignem uim negat illa suam.
Nulla cicuta potest hanc uincere, nullum aconitum:
Nec quoq; frigidior succus hyoscyami.
Feruida non thapsus, lethalia pharmaca Medæ,
Sanguineumq; ualent ulcera cantharidum.
Ad noxias feras. Vipera nigrescens ictu, infestusq; cerastes,
Arida seu dipsas, non superare potest.
Scorpius aduersum hanc, itidem nil promouet aspis
Quæ in reliquis uirus exitiale tenet.
Non dryas inuisus contra hanc occurrere pugna
Audeat, in latebris sed manet ipse suis.
Dryinos, necnon hemorrhun, sanguinis expers
Qui uirus fundit, hac potione domas.
Non hoc offendunt inimica phalangia potu,
Quæ horrifico uexant sumpta dolore uirum.
Non hydrus, aut Epicherstus, ubi sub sydere cancer
Percalido primum pascere solet aquis.
Nulla tibi amphisbena nocet, siccosq; pererrans
Campos exitium nulla rubeta feret.
Huic fidens Cæsar prato oblectare per æstum,
Nec Libyæ, curæ siet harena tibi.

Quin

A Quin stomachum curat medicamen, quum æstuat ægrum
Assiduè uexans, insuper asthma uelox.
Nec oberit labijs cherydrus pestifer atris,
Qui occurrens, animam non sinit esse diu.
Vel quum uentriculus turbatur flatibus, undam ut
Interius surdam concitet ipse chyli.
Vel quum difficili uertuntur tormine uenti
Intestina, colon pulsus ubi exagitat.
Vel quum iam totos confuso felle per artus
Vt propius nequeat esse colos oculis,
Regius infestat morbus, non ulla ciborum
Cura adsit (quamuis Iuppiter annuerit
Tempora longa) animo sed tristes limina uitent
Eius qui medicam polliceatur opem.
Si uideas pallore malo candentia membra,
Tollet hydropa suis uiribus antidotus.
Et fuscata statim lustrabit lumina, rebus
His quoq; si incipiat, non uereare pthisin.
Sola etiam Tetanum, Tendonum spasma, profundi
Theriace hæc adimet pondus opisthotoni.
Vel quum thoracis pungit membrana locellos
Pulmones reprimens desuper ipsa leuers,
Vel quando horrificos patitur uesica dolores
Vlceris, illius prædomitusq; porus
Impedit urinam, coles & reddere eandem
B Appetit, & crebro proruit in uenerem.
Quum renum sæuit crucians iniuria lumbos,
Hoc poterit potu tristis abire dolor.
Pectoris & labem sanioſam pellitat ægri
Multos usq; dies hæc potio antidoti.
Pestiferamq; luem curat, quæ tempus in omne
Spiratu grauis est, intima conficiens.
Atq; canis rabidi uirus quod morsibus indit
Lætus odorata euaseris antidoto.
Hinc tu sume fabæ pondus, quam lympha creauit
Vmbratilis, cœno & tecta simul foliis.
Nempe fabæ Nili, grauitatis nomine, ternis
Antidoto calidam consocians cyathis.
Sumito, quando capis somnum, uel luce reuersa,
Vel uno pariter pocula bina die.
Luce bibent ipsam, quibus est sol tristis, ut inde
Lenimenta mali quod furit, accipiant.
Nocte, quibus tenebræ gratæ minus ordine uerso,
Ante thorum pulchre sumpta medela facit.
Virulenta animans quos læsit uulnere diro
Aut cui lethalis capta fuit potio,
Apponens hilares affectis pocula, eodem
Noctu & luce simul fac medeare modo.
Quin & perpetuò spiranti nocte quietem
Præbebis Cæsar hac potione leuem.
Principiò expertus uir arte uenabitur angues

a

C Audaci,miros celeritate,manu.
Hos quum triſtis hyems abijt,non amplius arctos
Terræ ſeceſſus intus habere uides.
Miſſis iam latebris ſubeunt nemora ampla uirentis,
Quæſitum marathri ſemina grata oculis.
Confectio. Hæc uiſum refouent ſerpentibus,atq; bubulcos
Quos metus exercet ſæpe dolore leuant.
His ipſis caudas,& perdita colla ueneno
Præcides,uacuos uentriculoſq; adimes.
Quippe uenenatos utraq; ex parte dolores
Ictibus emittunt: caudaéq; uirus habet.
Ergo ſecas ipſis ceruicem,atq; extima, quantum
Intus pygmei tenditur arcta manus.
Virulenta cadunt pariter cum ſanguine,motis
Extremis, † Hilaren † Italicam facies.
† Græcè eſt ἀν τολίην, quaſi dicas orientalē † ex Oriente ficis. His tibi ſic factis carnes in fictile mittens,
Vnà compoſitas igne parabis acri.
Lymphæ quod ſatis eſt infundes,germen anethi
Cum anguina iunctum carne coquens pariter.
Aſt ubi ſpina cadit cocta de carne recurua,
Deſuper & beluæ noxia terga tument,
Exime,quo feruens frigeſcat miſtio flammis:
Infeſtas carnes & procul amoueas.
Abſtrahe ſerpentum ſpinas,uirus redolentes,
Quas perſentiſcet non malè docta manus.
D Carnibus adijcias ſicci panis & bene piſti
Quantum paſtillos fingere ſufficiat.
Verùm ubi iam pilæ fundo contuſa rotundæ,
Cuncta,ſuper nigrum tu modò funde ſolum.
Protinus hîc etiam cum cortice ſquilla piloſi
Illita cui circum paſta ſit, incaleat:
Dum ſic aſſetur,nec fiat durior inde
Cortice,nam ardeſcet leniter igne cinis.
At poſtquam calefacta nimis diſrumpitur,ipſam
Deponis,carnis portio tripla manet.
Et pilis eruum binis demittis acerbum,
Piſtilloq; moues,quod teris,inferius.
Aufers & riguos paſtillos inde figuras,
Quos ut ſicceſcant ſole procul referas.
Quinas amborum triadas,de lance duabus
Drachmis depoſitis pondere connumeres.
Tot piperis calidi,mæconis,magmatis adde,
Magmatis hedychroi par modus inijcitur.
Bis ſenis ſiccæ drachmis folia ingeris alba
Roſæ,coniunges irin & illyricam.
Hoc glycirriſſa modo,necnon opobalſama odora
Scordion & dulcis ſemina buniados.
Sed myrrha & coſtus,crocus & qui ducitur antro
Corycio binas accipient triadas.
Iam caſea & nardus quæ extremis fertur ab Indis,
Iuncus apud Arabas uictima facta deis.

Thus,

A Thus,piper obſuſcum,dictamni germina, rheon,
Præterea ſtœchas,zingiber atq; calens,
Praſſion,& terebinthina, & calaminthe & petroſelinum,
Quinq; ſimul folium,ſingula pondus idem.
Actutum poſij quaternas ponito drachmas,
Tot ſtyracis faciens,atq; chamæpytios,
Meu totidem drachmas,& amomi poſtulat tua,
Nardus,quam generat Gallica terra,ſimul.
Lemnia creta pares,phu ponti, itidemq; Chamædrys
Semina Cretenſis,Malabathri folia.
Torrida chalcitis,& aniſum,& Gentiana
Succus hypocyſtis, hoc quoq; pondus amant.
Balſameum fructum,gummi,ſemenq; marathri,
Et cardamomum quod tenet indus ager,
Acacia,hypericum,ſeſeli,thlaſpi,ſagapenum,
Ammi, quater drachmas ſingula ſuſcipiunt.
Caſtorium, terræ malum,nigrumq; bitumen
Iudaicum,daucí ſemen,opopanaca,
Galbana opima itidem, necnon centaurion æquè:
Ternis hæc ſcrupulis ſingula conſocias.
Omnia permulto ſubigantur in orbe phalerno
Quæ lachrymas referunt humiditate chyli.
Sed lignoſa teres, minuatim melle remiſcens
Quod regio nutrit Attica præcipuum,
Phœbe tuum munus prompto comitare fauore,
B Seu nunc te oblectes per iuga Theſſaliæ,
Seu Rhodon,aut Burinnam habitas nunc,aut Epidaurum,
Des hilarem regi perpetuò Antidotum.
Nempe tuam gnatam Panaceam,nam ipſe ſalutem
Abs te ortam ſacro ſemper honore colet.

ΤΕΛΟΣ.

Quum itaq; uerſus hi non ſine ingenij dexteritate à uiro ſint compoſiti: neceſſa rium mihi uidetur inſpicere,cur tandem in tali ferarum numero,nō alterius quàm uiperæ carnes in miſturam eſſe idoneas cenſeamus. Ipſe enim nihil de his, uti uides, ſcriptum reliquit. ego uerò has minus alijs feris tabificam uim obtinere autumo. Nam baſiliſcus,belua ſufflaua, & triplici frontis apice munita: uiſus etiam ſolùm,conſpectuſq;,& ſibilo auditus,homines momento perimit. Porrò ex alijs animantibus ſi quod illum iam extinctum, iacentemq; attingit, & ipſum ſubitò interit. Quare omne aliarum ferarum genus,propinquitatem ipſius deuitat. Dryinus ſerpens ſic nominatus, quòd in radicibus quercuum uiuat: tam malignus ad perdendum proditur, ut eius qui ſupergreditur imprudens,cutis à pedibus excorietur,tota crura intumeſcant:& quod magis mirificum eſt, manus quoque ipſas curantium eodem modo pericliari. Si autem quis aggrediatur eum perimere, olfactu mulctatur,adeò, ut quemlibet gratum odorem, prauum eſſe exiſtimet, nec alterius præterea rei queat ſentire. Hæmorrhus & hæmorrhois ſuis ipſorum nominibus ſimilem hominibus perniciem inferunt. Quippe percuſſi,ſanguine per os & nares totoq; corpore effuſo,intereunt. Quemadmodum à dipſade cōmorſi, cauſo febri malè conficiūtur. Nam & multa ſiti, & æſtu uehementi,interdum ſtomachi motu uexati, diem obeunt. Acontias ſerpens, ubi ſe multùm extenderit, ceu iaculum quoddam, corporibus inſiliens,ſic perimit. Inter Aſpides nominata

Hæmorrhus

Dipſas

Acontias

C ptyas ceruicem exporrigens & ex interuallo metita rationalis cuiusdam animã-
Ptyas lis modo, uenenum corporibus inspuit. Harum igitur ferarum una (nam triplex
Aspidum species est, hæc uidelicet, cherſea, id est terrestris, & cheledonia) per-
Historia de regina Cleopatra. hibent reginam Cleopatram, quum uellet latere custodes, statim & citra suspicio-
nem, mortem sibi conscisse. Quum enim Augustus deuicto Antonio eam tã-
pere incolumem uellet, ac uiuere, studioſiusq; (licut par erat) seruare, ut Roma-
nis tam insignem mulierem in triumpho ostenderet: hæc, aiunt, re intellecta, opta-
uit regina adhuc ex humanis potius decedere, quàm priuata Romanis uideri. Et
tunc molita est sibi hac bestia mortem conscisscere. Præterea memoriæ produnt,
ipsam duas omnia fidissimas mulieres ad se uocasse, quæ ad pulchritudinem cor-
poris mundo subministrando erant accommodatæ (nominabantur Nacra, &
Carmione: hæc comam decenter implicabat: illa extremos ungues dextrè præci-
debat) deinde iussisse, ut feram uuis ficubusq; tectam importarent, quò, ut dixi,
custodes falleret prius expertura in ipsis mulieribus, an subitò possit perimere. Et
hæ quum actutum perissent, deinde ipsam sibi exitium attulisse. Ob quam rem
Augustum uehementer fuisse attonitum commemorant, partim ob harum erga
reginam amorem, ut cum ea mori non dubitarint: partim quòd illa generosam pò-
tius mortem oppetere maluerit, quàm in seruitute uiuere. Etenim aiunt ipsam,
manu dextra capiti admota, & diadema, sicut est consentaneũ, tenente, fuisse in-
uentam, ut uel eousque spectatoribus regina esse uideretur. Quemadmodum &
Polyxena. tragicus poëta scribit nobis Polyxenam & ipsam mortuam, quæ tamen accuratè
prænouisset cum decoro se occasuram. Porrò qui mulieris prosperum ut fallaci
custodes, conatum, ferq; autem ad occidendum, pernicitatè sermone uolunt osten-
dere, referunt ipsam suummet brachium magno morsu, eoq; alto, uulneratis, &
beluæ uirus in uase quodam ipsi allatum, uulneri infudisse. Quo sic transmisso,
D haud multò post nescijs custodibus prompte interijsse. uerùm hanc historiam ami-
mi gratia commemorare uisum est, quòd te in omnibus disciplinis diligentẽ stu-
xtrumq; uideam. Ad hæc, ut intelligamus quàm subitam hæ feræ necem conci-
ent. Etenim exitio inferendo haud dubiè sunt præcipites. Ac in magna Alexan-
Nouum mortis genus in magna Alexandria. dria subinde sum contemplatus, quàm celeriter perimerent. Quum enim quen-
dam hac pœnæ lege damnatum, humaniter, citoq; uolunt occidere, adhibentes
ipsius pectori feram, iubentesq; paululum obambulare: ita sine mora hominem
tollunt è medio. Vides igitur, quàm nos decenter nullã ex huiusmodi feris, quòd
tantam habeant in ipsorum corporibus uim noxiam, medicamento admiscemus.
Atque ipsarum uiperarum corpora non integra antidoto immittimus, sed ampu-
Capita uiperarum quare amputentur. tatis capitibus, caudisq;: ita reliquis ipsarum partibus in mistura utimur, idq; non
obiter, nec sine ulla facientes ratione. Sed quoniam capita pessimum humorem,
nempe ipsum uirus in se cõtinent, ideo ipsa præcidere conamur, ut minus ex ipsis
rum uirtute medicamentũ recipiat, quum natura eorundem uim quandam mu-
tatricem in uirus obtineat: quemadmodum & in testibus semen, in mammis lac
Viperæ caput. mutatur. Vipera autem inter omnes alias feras caput habet pernicioſius. Siquis-
dem aiunt ipsam os aperire ad suscipiendam maris genituram: qua accepta, ca-
Viperæ complexus. put illius abrodere. Atque hunc ipsis esse praui complexus modum. Deinde fœ-
tus ex semine prognati, naturali quadam ultione, parentis uterum erodere, & fo-
ras prorumpere. Ac ita ipsos patris uindices, matrem perimere. Quod nobis egre-
gius Nicander uersibus suis ingenioſe scriptum reliquit. Sunt autem hi:

Ne sis in triuijs quum morsus uipera coniunx
Fœmellæ fugiens agitatæ uulnera abhorret,
Et quum dente caput magno maris amputat atri
Fœmina dira nimis, labijs & mordicus hærens,
Sed catuli ultores patris sunt protinus, ut qui

Perrumpant

A Perrumpant latera occisæ iam rara parentis.
Caudas, atque ipsa extrema corporis tollimus, tanquam caudæ partes, & ut arbi
tror, sordidiorem substantiæ portionem magis trahentes: adeoq; crebrius, motus
gratia trahentes, quemadmodum partes quæ proximæ sunt caudis piscium, ma-
gis nutrire ob frequentem morum dicuntur. Ne mireris si his amputatis, reliquæ
animantium partes efficacius reddant medicamentum, natiua ad salutem uirtute
etiam carnibus ipsarum indita: ueluti in alijs animantibus, pleraſque partes, non
paucos affectus strenuè sanare nouimus. Nonnullis igitur capita murium com-
busta, ex melle illita, alopetiam curare possunt. Et milui caput aiunt similiter po-
dagricis auxiliari, si quis ex eo usto sine plumis, quantum sub tribus digitis insparg
gere possit, cum aqua uolet bibere. Et partium nonnunquam solæ particulæ ali-
quos morbos persanant. Itaque cameli cerebrum arefactum, potumq; ex aceto,
comitialibus morbis medetur, & mustelæ similiter. Item hirundinis cerebrum ex
melle ad suffusiones oculorum facit. & ouillum simili modo confectum, ad den-
titionem infantium est utilissimum. Taurini cornu rasura cum aqua pota, sangui-
nis eruptionem cohibet. femoraq; usta, sanguinem stringunt. & sæpenumero
solutam aluum ea ipsa sistunt. Ceruini cornu ramentum adustum, & cum uino
tritum, deinde circumlitum, uacillantes dentes cõfirmat, sicut & bouis talus idem
posse traditur. Idem educit rotundos lumbricos cum lacte potus: ex oxymelite
lienem consumit. Et leucas tollit illitus. adhæc mediocriter uenereus est. Et casto
ris testiculi similiter poti, conuulsionibus medentur. Iam uerò non desunt anima-
lia, quorum fel homines potest iuuare, adeps, medulla, lac, cutis, sanguis ipse, &
serpentis senectus. Quin & stercora ipsorum quibusdam auxiliata uidimus. bo-
uillum itaque stercus aridum, combustum, tribus cochlearijs hydropicum iuuat.
Murium stercus cum aceto tritum, alopecias curat. in potu autem sumptum, ue-
B sicæ calculos comminuit. Adeps anserinus, inflammationibus ex rosaceo mede-
tur. Et cerui medulla, blandissimum est medicamentum. uaccini lactis potus dy
sentericos adiuuat. Fel hyenæ, uisum exacuit: illitum, suffusiones discutit. hippo
potami cutis usta, & ex aqua leuigata, si corpori admouet, panos digerit. Quem-
admodum & uiperæ pellicula in puluerem redacta, impositaq; alopetijs, mirifice
pilos regenerat. Aspidis exuuium ex melle tritum, & illitum, acutissimum uisum
conciliat. In summa, multa est talium materia, quã nunc rescribere tempestiuum
non esse iudico, ne liber fiat prolixior. quum etiam sola quæ prædiximus, ad ser-
monis demonstrationem sufficiant. Illud uerò scitu est necessarium, tota ipsorum
animalium corpora frequenter hominibus auxiliari. Cancer enim fluuiatilis tri-
tus, illitusq;, spicula & surculos extrahit. Cantharis similiter leuigata, cum bry-
oniæ radice pota, lumbricos educit. Scorpius si assus cum pane comeditur, con-
terit ueſicæ calculos. Terræ intestinum ex uino assumptum idem facit. Sin autem
ea in melicrato contrita quis regio morbo laborans sumat, statim purgatus, libe-
ratur. Sæpe etiam cum rosaceo Cerato imposita, podagricorum inflammationi-
bus conueniunt. Accipiter in susino unguento decoctus, hebetudini oculorum
medetur. Scarabæus in oleo decoctus, si in aurem stilletur, dolores ipsius medica-
tur. Alauda usta si editur, mirificè colicos subinde iuuat. Et quò magis uim in ipso
rum corporibus admireris, illud tibi studioſius percensebo. Multa nanque & ui-
sa solùm, robur suum ostendunt. Stellio, scorpiones uisos sustringit, atque ita peri
mit. Amphisbena (est autẽ animal biceps, quemadmodum sanè & nauigia utrin-
que proram habentia, cui natura ex superfluo substantiæ bina capita est largita)
hoc inquam animal, aiunt, si mulier grauida supergressa fuerit, malè abortum fa-
cit. Quare non est mirabile, si etiam uiperarum corpora, amputatis illis partibus,
adhuc auxiliandi robur obtineãt. Nanque ostendi, ut puto, diligenter, & tota ani
malium corpora nonnunquam hominibus auxiliari. Interim eũ solas ipsas par-

Partes caudis proximæ magis nutriunt.
Murũ capita.
Milui caput podagricis utile.
Cameli cerebrũ comitiales sanat.
Hirundinis cerebrum.
Ouis cerebrũ.
Taurinum cornu.
Femora usta.
Cerui cornu.
Bouis talus.
Castoris testiculi.
Stercora animalium.
Bouillum.
Murũ stercus
Adeps anserinus.
Cerui medulla.
Lac uaccinum.
Fel hyenæ.
Hippopotami cutis.
Viperæ pellicula.
Aspidis exuuium.
Cancer fluuiatilis.
Cantharis.
Scorpius.
Terræ intestinum.
Accipiter.
Scarabæus.
Alauda.
Stellio.

C tes. Aliquando partium quoque ipsarũ particulas minimas. Illud autem sermonẽ perscrutari magis est necessarium, quod & uulgò admiratione dignum esse uidetur. Siquidem ipsæ feræ, quum sint corporibus inimicæ, & tam subitò hominem perimant, quomodo iterum morsibus ab ipsis factis possint succurrere, & solæ hominem ex tali periculo perseruare. Vetus quidam sermo est, quædam animalia ubi inter mordendum sanguinem humanum, ex uulnere manantẽ, contigerint, commorsos occidere, ubi uerò sanguinem non gustauerint, sed ita uorantur, multos seruare incolumes posse. Sicut etiã de Helenio, à Græcis inquilinis Nicopellato, idem memoriæ proditum esse dicunt. Nam Dacas, inquiunt, & Dalmatas id telorum cuspidibus circumspargere, atque sic postquam sanguinem uulneratorum attigerit, posse necare: esum uerò ab ipsis esse innocuum, neq; maliquicquam ipsis facere. Ad hæc ceruos ab ipsis sagittarum ictu trucidari, neque ipsa commesta, mali quid edentibus adferre perhibent. Verùm hæc ratio non mihi uidetur sufficere, ut quod quærimus possit inueniri, quũ experientia nitatur, & solùm quod accidit commemoret. Etenim Empiricos non recipio, quoniam & ipsi idiotarum modo, propositum speculantes, rem quidem admirantur, cæterùm causam ipsius ignorant. Nam qui neutiquam requirunt discere, sed detrectant ipsam ratione inuenire, ac solùm facta probantes, experientiam sæpius uisorum satis esse medico asserunt, eundem admirationis modum cum idiotis, uti est uidere, obtinent. His autem diligentiores fatentur quidem medicos eruditius aliquid idiotis meritò habere, sed nequeunt inuenire, & inquirere superuacuum esse arbitrantur. At nos multò accuratius in medicinam incumbentes, ac quæ fiunt uulgi dextaxat more nolentes inspicere: neque experientiam repudiamus, sed ei rationem coaptantes, quum datur occasio, absolutam ita, & rationalem necessariò reddemus autem, nõ ut solùm disquirendi studio quomodo fiat, assequamur, uerùm

D etiam aliquid ad dextram curationem ex inuento condiscamus. At hic ideo insistemus rationi, utrei, quæ fit, causam inueniamus. Miraculum enim uideri queat, quòd si ex inquirendi ipsius studio prompte & ipsa tanquã respondens subitò reperiatur. Et ut magis sermoni fidem adhibeas, ex alijs quibusdam, quæ manifestò ex operibus apparent, demonstrationem producam. insuper ex ijs, quæ ferisimponuntur duntaxat, & per os sumuntur. Nam à Crocodilo læsis, ipsius adipem uulneri impositam, summo esse præsidio nouimus. Item muris araneis morsus æquè lethales, ab ipso rursus in puluerem redacto, superpositoq; citra dolorem iuuari. Similiter qui à uipera sunt percussi, periculum effugiunt, si mira ipsius corpora uulneribus ipsis applicuerint. Nec talia citra rationẽ in ipsis, ut dixi, euenniunt, nec tantum obtinent uirtutis ut possint perimere, si respicias distillationem facultatis in altũ penetrantis. Quemadmodum sanè in cataplasmatis idem quoque fieri cernimus, uirtute in corporibus ipsorum moderata, quæ mederi inceps queat, non autem occidere: uerùm quod in Theriaca accidit, manifestiorem habet rationem. Dico autem propterea feras has noxias, ab ipsis commorsas iuuare, quòd copiosior uis tabifica simul cum capitibus amputatis, tollatur. Ad hæc uim in alijs partibus reliquam confectionibus nos obtundimus, dum ipsas coquimus: & salis, anethiq; non parum aquæ miscentes, nec condimenti seluti gratia talia contemperantes, sed ut corpora eliqueſcant. Atq; hoc modo ipsa parum cum uirus, aut nullum prorsus habere facimus. Plurimum autem uirtutis auxiliatricis præparatio exhibet. Quomodo igitur feræ tot & talibus mistæ medicamentis, amplius queant perimere, quum malitia ipsorum coruptrix sit exoluta? Insuper uerior ratio uidebitur, si in quibusdam quoque similibus demonstrationẽ adferam. Cantharis nanq; sola exhibita, uesicam exulcerat, & inimicum est ipsi medicamentum, & ualida sæpenumero uirtute hominem iugulat: mista uerò alijs quibusdam,

Crocodilus. Muris araneiictus curatio. viperæ percussus.

Cantharis.

A Isosdam, econtrariò ipsius ueneficæ fit auxilium, & uehementer urinam prouocat. Succus autem papaueris, quòd per se potus exitialis sit, neminem latere existimo. Succus papaueris. sin autem cum alijs nonnullis sit præparatus, ægrotos ita subinde iuuat, ut maximè salutiferum ipsis medicamentum esse uideatur. Itaque Phreniticorum deliria haud raro strenuè curauit, ex pernigilijs uirtute priuatos, somno reconciliato mitificè restituit. Iam ab araneis commorsos, ipsi aranei triti, & cum uino poti, malo liberant: ut hinc maximè possis quod à me dicitur, credere. Si nanque uel solum ui- Araneitriti. num feris mistum à periculo reddit securos, nimirum & Theriaca ex tot talibusq; confecta, salutiferum quoddam medicamen potius quàm exitiale redditur. Illud enim in medicaminum misturis fieri fetendum est, puta singulorum quæ miscentur uirtutem non magis conseruari, ita ut eadem maneat, nec mutetur, nec in ullam qualitatem tranſeat, sed aliquam omnium unionem effici, tota ipsorum temperie per tota mista, & una quadam alia ex illis uirtute profecta. Quomodo etiam in mullo, quod Græci ὑπόμυν uocant, fieri conspicimus. Quum enim exacta Mulsum. uniusque temperatura facta fuerit, neque mellis gustum, mel mistum omnino præsentat: neque uinum amplius uinum esse in misstura apparet, uerùm statim duobus congressis diuersum quiddam, id iam ipsum multi naturam induens, ex ipsa Theriaca fieri arbitrator: non adhuc uniuscuiusque mistorum uim & qualitatem eandem manere, sed uniuersis omnibus confusis, & in unitatẽ quandam naturam coeuntibus, unam, diuersamq; à reliqua ex omnibus medicamentis simplicibus naturã procreari. Si etenim ex individuo & uacuo iuxta Epicuri & Democriti opinionẽ constant omnia, uel ex quibusdam corpusculis, & meatibus secundum medicũ Asclepiadem (nam ita permutatis solùm nominibus pro individuis

B meritò pharmaca manerent inalterabilia, quæ in nihil mutari, neq; omnino suam ipsorum qualitatẽ exuere possent. Sed quia sermo hic ueritati repugnat, ut ostenderamus, & omnia ut dixi alterantur, mutanturq; facilè, tum mutuã inter se temperaturam suscipiunt, necesse est omnibus quæ miscentur, per tota contemperatis, ualidius imbecilliori præpollere. Cuius rei gratia nos artificialibus misturis, quibus quædam & impatilia, immutabiliaq; substantiæ corpora essent. Atque ideo iam sæpe ego sum demiratus, quomodo, quũ in quolibet tam subitas fieri conuersiones, tantamq; temperamentorum mutationẽ uiderent, sustineant deinde eiusmodi elementorum principia statuere, et præcipuè iam citatus medicus Asclepiades. ad hunc enim peculiariter uerba potius habeo: quoniã manifestiores etiam in corpore cõuersiones, mutationesq; nõ indicat. Quid nanq; sibi uult, quòd solo digito in frigidam impositio, totius corporis mutatio actutum oritur, uel quòd pro uentorũ uariatione corpora nostra simul mutant? Ego itaq; ex familiaribus quendam noui in lecto adhuc decumbentem, ex capitis ipsius consensu uenti flatũ cognouisse. Quum enim capitis grauitate laboraret, statim uentum qui spirabat, Austrũ esse deprehendit. Iam mulier grauida solo tonitru exaudito, & horribili quodam spectaculo uiso, infantẽ eiecit. Interdum quũ repente uolumus auxiliari, & uelocem præsidij sensum ægro moliri, celerrimam in corporibus mutationẽ fieri uidemus. In quibusdam igitur uirtute admodum dissolutis, admirandus ille Hippocrates subitam uirium refectionẽ recreationemq; dextrè fieri consulit, ut incita tionis robore solutionis imbecillitati medeamur. Subinde etiam paucum aliquod oblatum ipsis alimentum statim refocillat, uiresq; eorum restituit, corporis mutatione, sicut opinor, statim uergente in melius, non autem corpusculorum quæ existunt impatilia, eoq; taliũ nobis sensus nequeũt imprimere. Quis enim in tantillo

Virilũ refectionem quibuscũ sulat Hippocrates.

C temporis momento corpuscula composuerit? aut quis sic ex impatilibus constructus repente occurrentia perceperit? Etenim certa corpusculorum transpositionis compositio, figuræ quidem solam efficit mutationem, cæterùm alterationē, qualitatemq; aliam ex alia generare neutiquam potest. Atq; huius rei gratia putabam uirum non modò, quod in medicamentis fieri apparet, congruenter ob placitiratione tollere: sed naturam quoq; ipsam omnia in nobis dispensantem, nihil esse arbitrari. Singula enim quæ nascuntur, ex corpusculorum compositione, & complexu fieri autumat. Quam ob rem etiã mirari mihi subit, quoties ad ipsum mentem dirigo, qui tam mirifica naturæ opera, potissimumq; artes, quę in ipsius hominis generandi initio fiunt, non uideat, quomodo quidem infans in uteri loco formetur, quomodo formatus iam dextrè nutritur, quot & qualibus uinculis tenerrimis ipsum ad maturum usque partum intus continet, quali uerò diuina arte & similitudine imaginem in generatis efficit, in qua re præsertim corpusculorũ quoque hypothesis ipsius non citra dedecus coarguetur. Non enim solis parentibus, sed proauis etiã quibusdam fœtus redduntur similes. Porrò mihi uetus quædam historia indicauit, quòd quum deformis quidam opibus potens, formosum uellet procreare puerum, depinxit in lato ligno elegantem alium puellum, dicebatq; mulieri inter coëundum, illam picturæ figuram inspiceret. Hæc autem defixis intuens oculis, & (ut ita dicam) totam illuc mentem aduertens, infantem non quidem patri, sed picto similem peperit, usu opinor, naturæ, non corpusculis quibusdam, picti imaginem transmittente. Quoniam autem uir huiusmodi naturæ mysteriorum imperitus esse corpusculorum gratia sustinet, & propter usus obscuritatem, incertitudinemq; suos ipsius discipulos tam mirificis operibus fidem accommodare non sinit, ad externa ipsum, omninoq; apparentia, traducere cogito. Quis nanque artes ab animalculo araneo factas inspiciens, non credit etiam telam per dilucida adeò, tenuiaq; fila parari? ut etiam aliqui dicant texendi artem homines primum ipsi referre acceptam. Quis nõ adducitur, ut mirabilem quandam rem naturam esse pronunciet, si opus uideat quod ab ursa efficitur? Etenim hæc omnibus quæ generant animantibus, similiter parit; caro autem sola generata, informis & inarticulata est, nullam obtinens figuram: statim uerò à parente, naturali arte figuratur. Nanque lingua uelut manu quadam utens, æditum fœtum effigiatum reddit. Verùm contra hos sermonem finiam. Quippe consuetus in contentiosis orationibus ceu freno quodam equum solito ferocius currentem, mensura sermonem ipsum ualidè coërcere. At quum manifestò, ut animum induco meum, ostenderim, ne amplius tibi sit mirabile, easdem feras & perinere, & auxiliari, propter uariam tum confectionem, tum misturam medicaminum, quæ ipsis contemperantur, deinceps antidotum præparare aggrediar. Non enim ars est exigua qua confectura ipsius molimur. Siquidem & dolus, quem in feris sæpe uenatores ipsarum machinantur, & in alijs misturis præparantiũ imperitia, inutile frequenter medicamentum effecerunt. Plericq; enim ipsorum uenandi arte uolentes ostendere, et præsertim qui etiam medicamenta quædam ad res huiusmodi inuenire profitentur, habere quidem se medicamina mentiuntur: haud enim unquam nos, ipsos habentes inuenimus: dolo autem in beluis, ut dentibus imponunt. Primùm ipsas haud congruo tempore uenantes, sed multò post ucrationem, quum non amplius uigent. Captas autem ipsas crebro sibi ipsis assuefaciunt, & cibis nõ solitis enutriunt, imò carnes ipsis permittentes, & continuè mordere cogentes, ut uirus ex earum ore uacuetur efficiunt. Quinetiã effas quasdam obijciũt, quę dentium foramina obstruant, atq; hac ratione morsus fiunt imbecilles, ut uidentibus magnum sit miraculum, talis ipsorũ ad fraudem parandam artificij imperitis. Simili modo etiam in pharmacis, misturum haud mediocris (ut dixi) est inscitia. Quid multis opus est? in optimis, quæ immittuntur: Casia dico &

Artes naturæ in formando fœtu.

Fœtus non parentibus solùm similes.

Historia elegans.

Aranee artes.

D

Vrsæ artificiũ.

Impostura uenantiũ uiperas

Fraudes in medicamentis.

Cinamomo

A Cinamomo ipso haud modica inuenitur differentia, & multos ex ijs qui præparant solet decipere. Nam quod uocatur cinamomum mentiens, uero simile est, nisi quòd gustu & odore longè sit inferius. Atqui xylocinamomum hac re differt: quòd lignosum sit, ualida habeat uirgulta, nec similem suaueolentiam prę se ferat. Porrò inter ipsius ueri cinamomi genera aliud in montibus nascitur, non tenue, nec longum, magis suluum colore. Aliud aliquantulum nigricat, & tanquam fibris quibusdam intertextum. Aliud adamussim album reperitur, non durum, ex facili fragile, parua radice. Est & aliud quoddam casiæ rubenti simile, leue, & odoratum. Præstantissimum omnium est, quod ab indigenis mosylon dicitur, cinereum colore, uirgultis gracilibus, nodis frequentibus, uehementerq; odoratum, quod etiam potissimum nos præponere consueuimus. Est enim odore longè optimum, suauissimumq; & gustu acre nobis apparet, mordax admodum. Mansum, rutam præ se ferre uidetur. Ad hæc, leue est, & facilè potest confringi. Casia uerò itidem nisi in dijudicando fueris expertus, frequenter solet imponere. Est enim & pseudocasia, hoc est mentiens casia, mirum quàm germanæ similis, sed odore minus grato coarguitur, corticem medullæ adhærentem obtinens. Nam optima laudatissimaq; rubescit & rosam expirat, sicut etiam dulcem gustum præfert, fistulis plena, & uinum naribus obolens, & aromatum modo uehementer odorata. Atque hæc zingiber ab indigenis nominat. Iam uerò in pipere oblongo, dolos fieri te ignorare haud est ueri simile. Siquidem nonnulli adulterantes ipsum æquale cũ germano pondus habens, pyretri uel sinapi modico indito, ita gustus mordacitate gustantem fallunt. Verùm in his exercitatus, & qui gratius in cibis, asperiusq; gustu nouit deprehendere: necnon arboris radicem ei adhærentem curiosius inspicit germanũ piper inuenit, et falli ab ipsis nequit. Porrò quum multa in alijs quoque uniuersis sit examinatio, quemadmodum in his pariter tibi percensui, ego faxior. Cæterùm consuluerim singulis ipsis accuratè exploratis, medicamentum præparari. Nam unius cuiusdam uitium omnia subinde corrumpit. Scriptura aumachus in medicamentis accuratus, cuius etiam prius mentionem feci, in hunc modum medicamentum præparauit. Pastillorum Theriaces drachmas uiginti quatuor: pastillorum squilliticorum drachmas quadragintaocto: piperis longi, succi papaueris, unguenti hedychroi, singulorum drachmas uiginti quatuor: rosarum siccarum, iris illyricæ, glycyrrhizæ, seminis napi syluestris, Græci buniada appellant, scordij, opobalsami, cinamomi, agarici, singulorum drachmas duodecim: myrrhæ, costi, croci, casiæ, nardi, schœni, id est iunci, odorati floris, thuris, piperis albi & nigri, dictamni, prasij, reu, stechados, petroselini macedonici, calaminthæ, terebinthinæ, zingiberis, quinquefolij radicis, singulorũ drachmas sex: polij, chamæpyteos, styracis, amomi, uuæ, meu, nardi gallicæ, rubricæ lemniæ, phu pontici, chamædris creticæ, foliorum malabatri, chalcitidis tostæ, gentianæ, anisi, hypocistidis succi, balsami fructus, gummi, marathri seminis, cardamomi, sesilis, acaciæ, thlaspis, hyperici, sagapeni, ameos, singulorum drachmas quatuor: Castorij, mali terræ tenuis, dauci seminis, bituminis iudaici, opopanacis, centaurij tenuis, galbani, singulorum drachmas duas: mellis libras decem, uini pharerni quod satis est. Porrò Xenocrates & ipse non mediocri studio in huiusmodi uersatus, in reliquis sanè Andromacho similiter antidotum præparauit, solùm uerò pro quatuor sagapeni drachmis, duas medicamento commiscuit. At Damocrates præstantissimus ipse quoq; medicus factus, integrum librum de antidotorum confectura uersibus eleganter complexus, omnes misturas his similiter in medicaminis præparatione temperat: sed in simplicium mensuris ab ipsis discrepat. Nam quæ illi singula drachmis quatuor medicamento inijciunt, hic duabus sigillatim

Cinamomum.

Casia.

Piper.

Compositio Theriaces.

C miſcet. Contrà quibus binas drachmas ſingulis temperant, ipſe unam drachmam immittit. Magnus, qui noſtro tempore Archiatrus euaſit, alia omnia ſicut hi uini in confectura ſeruãs, ſolo cinamomo ab ipſis euariat. nam duplicatũ huius pondus, medicamẽto ipſe adiungit, ita uerò in chalcitide, ita quoq; in ſagapeno, ab Andromachi ſententia diſcordat. Quippe duas drachmas ueluti Xenocrates, in melicamentum conijcit, quũ Andromachus quatuor mittat. Verùm in ſagapeno Democrati etiã refragatur. Etenim hic unam drachmam, Magnus duas medicamento inijcit, augetq; uini menſurã. Quippe duos ſextarios infundendum cenſet, aliꝰ ut uſus poſtulat, qualicunque uini menſura utentibus. Demetrius, qui & ipſe noſtra tempeſtate primarius medicus conſtitutus eſt, in omnibus aliꝰ iuxta Andromachi ſententiam medicamentum præparat, ſolo ſquilliticorum paſtillorum pondere ab eo diſcrepat, & aliꝰ uniuerſis ſcriptoribus. Siquidem illi quum drachmis quadraginta menſurã complectantur, ſolus hic quadraginta ſex drachmas duntaxat antidoto admiſcet. Nam quum tanta in ſcripturis ſit differentia, nos Andromachi, tanquam præſtantiſſima utimur, & in regios uſus ita præparamus. Porrò confectura ipſius hunc in modum confit. Etenim utilem tibi ac dextram rationem præparandam cenſeo, ut ſi quando medici inopia, dexteritate ingenij prædituus uoles conficere quamoptimè conficias, loco magiſtri præparationis, ipſorum nis adminiculo fretus. Cæterùm ante illam confectionem conueniebat etiam unguenti hedychroi, quod ei indítur, ſcripturam pernouiſſe. Eſt igitur laudatiſſima præparatio apud Magnum hiſce uerbis expreſſa: aſpalathi radiculæ corticis, cardamomi aromatici, ſchœni floris, phu, coſti, aſari, xylobalſami, aſiæ, ſingulorum drachmas ſex, cinamomi drachmas uigintiquatuor, amomi tantundem, amaraci drachmas uiginti, nardi indicæ drachmas ſexdecim, foliorum malabathri drachmas ſex, myrrhæ drachmas uigintiquatuor, maſtyches drachmas ſex, croci D drachmas nouemdecim, excipiuntur uino phalerno opobalſami, contactu ſings paſtillos, & in umbra deſiccas. Simili modo ſquilliticos quoque orbiculos parare conuenit: ſumitur ſquilla recens, paruæ magnitudinis, oblinitur non (ut quidam uolunt) luto, nam id ſordidum eſſe mihi apparet, ſed fermento. Nam ſacile tenerrimo torrentur, ut interea nonnihil etiam ipſius aſſumat. Deinde ubi probè in furno, uel in patinis, ubi panes coquuntur, ut æqualis fiat toſtio, incaluerint, ſumptis interioribus ipſius partibus tenerrimis, leuigare diligenter oportet: eruo quoque farina laudatiſſima, recentiſſimaq;, pari portione admiſcebitur, ut Democrates præcipit. Nam Magnus dimidiam partem immittens, parum mihi admiſcere uidetur. Andromachus autem duas inijciens portiones, multùm. Aequalis autem modus fingendis paſtillis optimus eſt. Atq; hac ratione trita cum eruo ſquilla, orbiculos formabis mediocres, & in umbra repoſitos in uſum ſeruabis. Deinde poſt hæc, uiperæ ipſæ quæ ad totius confecturæ copiam ſufficiant ſumendæ ſunt, non quouis tempore, ſed potiſſimum ueris initio captæ, quum latebris relictis foras in aprícum prodeunt, & non adhuc uirus tam prauum occupant. Intus enim deliteſcentes, quum nulla ex parte digeruntur, maligniorem etiam uim rabificam in ſe contrahunt: egreſſæ uero, exuuium ſolent, ſicut omnia ſerpentium genera, deponere, quod eſt craſſiſſimum quoddam integumentum, tempore quo delitue runt contractum, atque tunc magis quàm animantis ætate ſenium exiſtit. Quapropter non ſtatim ipſas capere oportet, ſed permittere aliquandiu & aëre frui, & conſueto cibo ueſci. Porrò ueſcuntur hæ feræ tum herbis quibuſdam, tum animalibus, quibus aſſuetæ ſolent nutriri, cuiuſmodi ſunt bupreſtes, cantharides, & quas uocant pityocampas. Hæc enim idonea ipſarum ſunt alimenta. Porrò erunt animalia colore ſufflaua, admodum robuſta, collo ualde prominenti, oculis ſubrubentibus, inuerecundis, ferinum cernentibus, capite latiore, corpore & uentre craſſiora, meatu ad extrema magis caudæ, quæ non inuoluta eſt, ſed potius conuerſa,

A uerſa, inceſſu, quieti proximo. Hac enim re fœmina à maſculo differt: ad hæc quòd caninos dentes duobus plures habeat, quemadmodum ſanè & Nicander hiſce uerſibus dicit,

Maſculus emittit, notus color, ipſe caninos
Binos, perpetuò monſtrat ſed fœmina plures.

Et ſanè hoc tempore captis, primùm capita & caudas amputare quatuor digitorum longitudine cõuenit. dum autem partes has abſcindis, inſpicere conſilium eſt, num his amputatis, exanguia protinus, immobilia, prorſusq; emortua eſſe animalia uideantur. Nam ſi tales offenderis beſtias, nihil ad medicaminis miſtionẽ conducere ipſas cenſeto. At ſi motũ quendam in ipſis reſiduum conſpicias, tum ſanguinem conſeruare aliquandiu poſſe, has ceu præſtantiſſimas antidoto præparandæ immittes, ut quæ haud ignauam, exoleſcentemq;, ſed ualidam ad ſeruandum uim habere appareant. Deinde tota adamuſſim cute ipſis detracta, adeps ceu nullius momenti, omniaq; interanea, tanquã excrementorum receptacula eximentur: mox reliquũ corpus in uas quoddam fictile quamelegantiſſimè conſtructũ, uel in lebetem probè exterſum, ſplendidumq; indetur, ac prunæ impoſitum, citra nidorẽ ex aqua fontis incoquetur ſale recenti, cum mediocribus anethi non aridi uirgultis adiecto. Deinde carnibus iam bene coctis, quod nimirũ cognoſcis ubi ſpinæ ab illis ſoluuntur: & lebete ab igne depoſito, diligẽter carnes à ſpinis ſegrega, tritiſq; ipſis panis quammaximè puri, & ex ſyncera facti ſimilagine, quantum paſtillis formandis ſufficiat, admiſceto, quemadmodum etiã Andromachus autumat. Nam Magnus & Damocrates definitam quandam huius menſuram ipſis adiungi uolunt, æquali ſiquidem panis modo, æqualem carnium adiungentes, ita ipſas cum pane ſimul conterunt. Poſtea iuſculi quod ſatis eſt affuſo, paſtillos mediocres confinges, atque opobalſami modico ſubactos, in umbraq; repoſitos, B ad totius medicamenti confectionẽ reſeruabis. Reliqua contundi et cribro quàm licet ſubtiliſſimo concerni expedit. Nam leuia admodum inſigniter iuuare mihi uidentur, quòd corporibus facilius apponantur. Porrò quæ conſpergenda ſunt leuigandaq;, hæc conteres, & uino conſperges, quod laudatiſſimum eſt phalernum: non dulce fauſtianum, ſed acre, & quod omnibus uocatur actum. Deinde omnibus hunc in modum contritis, mellis quantum ſatis eſt adijcitur: erit autem ſatis, quemadmodum ſcripturæ continẽt, libræ decem diſcoctæ mediocriter, ut quicquid in eo cereum eſt, flatulentumq; in coctione ſeparetur. Delígendum autem mel hymettion nuncupatum, quod apes probatiſſimum efficiunt, thymum hoc in monte, cui nomen Hymetto, naſcentem depaſtæ. iam uerò reſinam, galbanumq; ſeorſum prius eliquata medicamini in mortario ſic adiunges, ac deinde omnibus in unitatem redactis, tritiſq; diligenter, rurſus manu in opobalſami modicum intincta. ita antidotum in uitreis autem argenteis uaſis repones: non autem uehementer ipſa replebis, ſed relicto quodam ſpatio, quo medicamentum perſpiret. adhæc frequenter operculum detrahes, ut & liberius exhalet, & maturior uſus tibi ipſius contingat. Quippe haud modico tempore ad concoctionem indiget, ut quando uſus poſtulat, antidotus probè ſit concocta. concoquitur autẽ plurimùm duodecim annorũ ſpatio: qui autem uigentiore ipſa, ualidoreq; uti uolunt, etiã quinto anno & ſeptimo exhibuerũt: præſertim in his qui à uirulentis beſtijs, & à cane rabido commorſi ſunt. præterea in medicamẽtis lethalibus, hi enim quũ grauem ab eiuſmodi noxã acceperint, potentiore etiã medicamenti præſidio indigent. Eſt autẽ potens medicamentũ ad uſq; triginta annos. Nam in aliꝰ affectibus ubi tanta noxæ cauſa non eſt, ſufficere uidetur, quũ uſus exigit, uel ſexagenarium. Plericq; igitur dum uim ipſius uolunt experiri, primùm medicamentum quoddã purgans exhibentes, deinde nõnihil ex antidoto propinantes, ſic de ipſa faciunt iudiciũ. Si nanq; ualida, uigensq; fuerit, neutiquã purgationẽ fieri permit-

Beſtiarũ probatio quæ ad medicamen uti les, quæ non.

Coquendi uipe ras modus.

Tempus uſus theriaces.

C tit, ſua ipſius potentia medicaminis purgatorij efficaciam euincens: quòd ſi autem
ita fuerit purgatus, ut qui antidotum non aſſumpſiſſet, liquidò conſtat, utres eſſe
inualidas, & uetuſtate confectas, ut ne quidem medicaminis uirtutẽ ſuperare pos-
Menſura potionis theriaces. tuerit. Cæterum menſura ipſius potus in omnibus idem nõ eſt, quemadmodum
neque liquor quo ipſam exhibituri diluimus. Siquidem in prædictis auellanæ nu-
cis magnitudine ex tribus uini cyathis dilutam, propinare affectis conſueuimus:
in aliis autẽ uitijs & menſura, & liquore uariè utimur. Nam ad affectuũ differen-
tiam ea adaptantes, tum medicamenti quantitatem metimur, tum congruum ma-
ſturæ humorem iudicamus. Non enim ſolùm ad ferarũ morſus, & lethalia medi-
camina auxiliari ſolet antidotus, uerùm ad maximas etiam alias affectiones pra-
Galene uocata theriace. ſentaneum eſſe remedium, experientia ac uſu à nobis compertum eſt. Iraq; Gale-
nen ipſam in propoſitis uerſibus Andromachus ideo arbitror uocauit, quoniam
ceu ex quadam affectuum tempeſtate tranquillitatem quandam, ipſam nempeia
Ad quos ualeat morbos. nitatem corporibus conciliat. Capitis igitur dolores longos & uertigines ſanare;
ad hæc auditus difficultatem & oculorum hebetudinem ſedare poteſt. Nonnun-
quam uerò & guſtus inſtrumentum laborans reficit. Subinde in phreniticis men-
tis abalienationem generoſè ſomnum inducens ſedauit. Inſuper animi perturba-
tiones & implexas imagines ſomnis abigit. Comitialibus quoq; ipſis uehemẽter
ſolet auxiliari, copioſam ex capite humiditatem abſumens, & liberũ ſpiritui uani
tum efficiens. Iam & ſuſpirioſos iuuat, quũ craſſæ quædam pituitæ in polmonis fi
ſtulas impactæ reſpirare hominem prohibent, promptè diſſecans, ut facilè egerat
tur, attenuansq; fixos uiſcoſosq; humores. Sanguinẽ reiſcientes admodum iuuat,
ſi quis ipſam cum ſymphito decoctam, dilutamq; aqua exhibuerit. Sæpe ſtoma-
chi uitijs mederi ſolet, & nauſea laborantem, cibumq; non capientem ſuauiter re-
ſtituit: interdum etiam appetitum ſine ratione intenſum, ex mordaci quadam &
D acri ſubſtantia ipſum infeſtante. mirificè repreſſit. Inſuper lumbricis inteſtinos
cupantibus, eoq; ſtomacho inſatiabiliter cibum appetente, medicamentum hoc
propemodum enecatos magna fame, feliciter liberat. Præterea maximũ latumq;
helminthem generatum, qui omnem aſſumptũ cibum depaſcitur, eoq; reliquum
totum corpus emaciat, mirabiliter ab inteſtinis educit. Hepaticos quoq; & lienoſos ſæpe curat, obſtructiones aperiens, & iocinoris lienisq; affectibus uultis. Item
arquatum ex aliquo iecoris uitio oborientẽ, ſtrenuè perſanat, bilem expurgans, &
ueluti abſtergens, tũ ut iecur bilem à ſanguine examuſſim ſegreget, efficiens. Ali-
quando lienes induratos ſoluit, paulatim ſordidam, ſuperfluamq; in eis ſubſtantia-
am abſumens. Conterit & renum calculos, & quicquid terreũ, ſordidumq; in eis
continetur, facilè expurgat. Veſicæ difficultatem ſedat, & exulcerationibus in eis
ſubinde eſt præſidio, & difficilem uentriculi concoctionem imbecillitatemq; refi-
cit, uentris corpus excalfaciens confirmansq;. Ad inteſtinorum ulcera, ipſasq; dy-
ſenterias, & lyenterias, eſt utiliſſima: ilioſis quoq; & diuturno coli uitio obnoxijs
prodeſt, præſertim quum inteſtina uacant inflammationibus, acres ipſorũ humo-
res conſumens & inteſtinorũ flatus per uaporem diſcutiens. Eſt quũ cholera affe-
ctis egregiè conducit, corporis ſtatũ corroborãs, multasq; fluxiones ſiſtens. porrò
maximum ipſius opus ſæpe in cardiacis innoteſcit, quippe dum corpus multis co-
pioſisq; ſudoribus diffluit, & robur ipſius diſſolutum eſt, neq; uinum frequenter
continere morbus poteſt, antidoti potio & ſudores ſiſtit, & uirtutem collapſam ue-
luti erigit, ualidamq; efficit. Iam uerò in mulieribus etiam menſes educit & uteri
ſedisq; hæmorrhoidas ſuppreſſas ſubinde aperit. Mirificè uerò & immoderatas
ſanguinis excretiones cohibere conſueuit. Succurrat eñ quòd miſta uariaq; ipſius
us facultas, quã in ſuperioribus ſumus interpretati, ideo alia diffundens, extenua-
ansq; cogat excerni, alia ob natiuq; uirtutis imbecillitatem ſuperfluò excreta, uiri-
bus partium confirmatis ſoleat inhibere. Quinetiã podagricos, omnesq; articula-

A rios morbos tunc potiſſimum adiuuat, quum augmenti tempus præterierit, & ui
goris ſtatus acceſſerit. Nam dolores epithematis lenientibus mitigãs, medicamen
tum propinabis, ut fluxiones cohibeat. quippe hæc antidotus iam infarctas dige-
rit, & alias inuehi prohibet. Maximè prodeſt etiam ſano, ſi frequenter eam aſſu-
mat. Nam humorum ſuperflua conſumit, & totam corporis temperiem inalterat.
Alia uerò medicamenta quæ podagrici in morbi auxilium bibunt, ad pedes qui-
dem humores ferri uetant, ſed huius ſuperfluitatem non diſcutientia, maiorem
quendam morbum faciunt. Nam fluxione per corpus oberrante, pulmo ſemper
ob reſpirandi neceſſitatem motus, ac propter corporis ſui raritatem ad illam excí-
piendam facilis, totam ipſe ad ſe trahens, ita hominem ſuffocat. quod ego in mul
tis contemplatus experientia didici, atq; huius rei gratia omnino ab hiſce medica-
mentis abſtinere conſuluerim. Theriaca uerò in talibus uti etiam uehementer ad-
hortor. Etenim humorum ſuperfluitates exiccãs prodeſt, & alias colligi non per-
mittit. Plericq; igitur initio aſſiduè hac uſi potione, in totum ab affectu liberati ſunt.
Atq; hac opinor ratione etiam aqua inter cutẽ laborantes, multùm ſubinde adiu
uit, dum humorem ipſos affligentem abſumeret, & inſitum calorẽ perfrigeratum
excalefaceret: præſertim hydropas, quos anaſarcas & leucophlegmatias appellãt,
inſigniter adiuuare conſueuit, in totũ ipſos corpus diſtribuens, & undequaq; cor
poris humiditatẽ exprimens. Quapropter etiam prauo corporis habitui, quam ca
chexiã dicunt, optimum eſt remedium, ut quæ corporis habitũ coaugmentet, ſu
perflua digerat, naturã ad ſuas functiones fortiter obeundas præparet. Hoc auxilij
modo etiã elephantícis crebro ſuccurrimus. Nam quum multus humor ſit corru
ptus, cuius uis totam corporis molem putrefaciat, antidotus morbum ſolet euin-
cere, dum fluxiones, & ſanguinis corruptionẽ impedit. Ad hæc tetanícos haud ra
rò perſanauit, neruos calefaciens, tenſiones ipſorum relaxans: quemadmodum
B etiam partium reſolutiones ſæpe curans, ſpiritu recreato in naturalem ſtatum re-
duxit, & motus particulis reddidit. Mirari uerò antidotum licet, quum non modò
ipſam corpus ægrotum ſanare conſpiciamus, ſed etiam animo ſubinde affectibus
noxio poſſe auxiliari. Quippe uitia ex melancholia ſedat hoc medicamen conti-
nuè exhibitum, ceu exhauriens, exugensq; atram ex uaſis & liene bilem, ſicut &
beſtiarum uirus: quare ad febrim quartanam potiſſimum pulchre conuenit. Siqui
dem febris hæc ab atra bile oborta, promptè antidoto tollitur, præſertim ſi artifi-
ciosa ipſa utaris. Ego igitur multos quartana laborantes, hoc præſidio facilè à mor
bo uindicaui. Nam uomitu prius, ſecundum cibum ipſos uacuans: deinde inſe-
quenti die abſinthij ſuccum exhibens, ut bilis edulceſcat contemperaturq;, ita ho
ris duabus ante acceſſionem antidotum exhibeo, ac mirificè ipſam frequenter ui-
di proficere, ut protinus qui caperet, ſine morbi acceſſione maneret, & aquæ pa-
uorem morborum peſſimum, hoc medicamentum ſæpe tollere conſueuit, & mi-
rabiliter tantorum malorum concurſui reſiſtere. Non enim corpus duntaxat ipſis
inareſcit, & conuellitur interdum, febriq; acri intus uritur, ſed animus etiam deli-
rat & grauiſſimum ipſis adfert ſymptoma. Quippe aquam timent ac propter mul
tam ſiccitatem humidi tenentur deſiderio, & à potu abſtinent, quia mente alienati,
id quod auxiliari poſſit, non conſiderant. Fugientes enim aquam, pauentesq; mi
ſerrimo mortis genere intereunt. In quibus potiſſimum methodicos ſum demira-
tus, qui cauſas ad curationem eſſe inutiles dicant. haud enim ſcio quomodo his
queant mederi, quũ ſimplex morſus exiſtit, & ſimilis à non rabioſo cane illato ap
paret. quem enim curationis modum ipſis indicabit uulnus corporis obiter inſpe
ctum, nec interiore cauſa ab eis examinata, nec ipſorum oculis animaduerſa? A ra
tionali autem medico ſola ratione, & diligenti examine adinuenta. Quamobrem
qui in methodicum malè curantem inciderit miſer, ceu irrationalem quandam &
& ipſum beſtiam exiſtentẽ, omnino moriturus eſt, meritò per illius ſectam occum-

C bens. Quoniam ob dogmatis sequelam, causam inquirere non dignatur. Quive
rò rationali medico feliciter inciderit, neq; tam prauis symptomatis facilè corripie
tur, & mortem propter illius artificium euadet. Nam huiusmodi medicus eo qui
cõmorsus est, suscepto, statim accuratè perquiret, qualisnã canis fuerit qui ipsum
momordit. Si enim audieris gracilem corpore, siccum, oculis rubentibus, cauda
demissa, spuma ex ore fluente: præterea lingua foras porrecta, & tanẽq; bile colora-
ta, obuium quenq; insiliisse, citraq; rationem cucurrisse: deinde rursus subitò con
sistentem, cum ira quadam magis furenti, non ipsi prauisos momordisse: hæc ita
quam, si in eo sic habere audieris, statim rabiosum canẽ fuisse intelliges. Itaq; qui
nus haud simpliciter quemadmodum Methodicus curabis, sed confestim ipsum
etiam amplius efficies, carne multo interuallo orbiculatim præcisa, ne facilè ad ci-
catricem perueniat: sed foramen diu, minimum quadraginta diebus, pateſcat, ut
per hoc canis uirus emãnet, cauterijs igitur admodum candentibus locum adure-
re solemus, & alijs uti medicamentis quæ extrahendi uim obtinent, nec uirus intra
carnem manere sinunt. Ego autem considerans aliquando antidotum ipsam oleo
ex rosis confecto ceu medicamentum, quod linteolis concerptis excipitur (cemmo
ton Græci uocant) in uulnus indidi, ut cucurbitulæ cuiusdam modo exugeret, &
ex alto, quod corrumpendo corpori erat, extraheret. In summa, Theriace & extra
secus imposita, & epota rabiosorũ morsibus præsentanei medicaminis cuiusdam
instar exactè opitulatur. Cæterùm nobis etiam in pestifera lue, sola hæc antidotus
malo correptis prodesse adeò uisa est, ut nullum aliud præsidium tanto malo resi-
stere fuerit idoneum. Nanq; pestis, tanquam & ipsa existat quædam belua, haud
paucos interim, uerùm ciuitates quoq; totas depascẽs, malè conficit. Quippe pra-
ua quædam aëris ad corruptionem prompta mutatio efficitur: & homines quum
respirationis necessitate periculum euitare nequeant, ipsum aërem, ueluti uenenũ
quoddam ad se per os attrahunt. Quamobrem etiam Hippocratem illum, multis
modis admirandum, laudo, qui luem illam ex Aethiopia Græcos inuadentẽ non
aliter curauerit quàm aëris mutatione alteratione q;, ne talis amplius inspiraretur.
Quum igitur ignem per totam Athenarum urbem incendi iussisset, non simpliciẽ
lignorum materiam, uerùm serta floresq; suauissimos alimentũ ipsius esse consu-
luit, unguentaq; pinguissima & odorifera ipsis superfundi, ut aërem purum hoc
modo redditum, homines in mali subsidium respirarẽt. Simili ratione Theriacem,
ceu ipsa quoq; ignis quidam purgatorius existat, præsumentes in pestifero aëris
statu neutiquã malo corripi sinere nouimus: corruptis iam posse mederi, aëris in-
spirati malitiam inalterantem, mutantemq;, ut quæ corporis temperaturam infici
magis prohibeat. Quapropter consilium est, ob has tam repentinas aëris constitu
tiones, aliasq; noxarum causas oborientes, in prospera quoq; ualetudine crebro
antidotum assumere, quò & externis accidentibus corpus resistat, ac ubi iam affe-
rit affectum, illam inuenias propitiam. Quæ ueluti bonam quandam temperiem
salubremq; statum corporibus inducit, dum humorum superfluitates abiumit,
partes perfrictionibus emortuas recalfacit, & insitam uirtutem naturæ functioni-
bus probè obeundis corroborat. Quum enim natura sanitate fruitur, tunc etiam
sine impedimento uentriculus cibos concoquit, ac uenæ ipsos promptè in sangui
nem redigunt, iecur bilem ex facili segregat, cor purum sanguinem suscipiens, u-
niuerso deinde, ut iam nutrire queat, corpori transmittit, excretiones ipsas mode-
ratius molitur, recrementa corporis, per totam respirationem salubriter digerit.
Maximè uerò in peregrinationibus antidoti potionẽ consuluerim, quũ in frigido
aëre per hyemẽ iter aggrederis. Iam uerò ad animi prudentiã acrimoniamq; non
esse inefficacẽ pernoui. Quippe sensus ualidè suo fungi munere efficit, mentemq;
uaporibus liberatam subtiliorem reddit. Breuiter, totum corpus ita ab iniurijs se-
curum facit, ut ne à deleterio quodam possit infici. Nanq; uaria & tantæ mistura
medicaminis

Ad pestem uaㅣlet Theriace.

Hippocratis in abigenda peste consilium.

Theriace animo quoq; conducit.

A medicaminis uirtus eiusmodi firmitatem producit, præsertim quum bestiarum mi
stura constat. Proditur enim, Mithridatem magnum illum bellatorem, non The
riacam, ut quæ necdum esset, sed aliam antidotum uarijs quoq; misturis composi
tam, ipsiusq; dictam nomine (Mithridatios enim appellatur) præsumentem, ob fir
mam corporis constitutionem ex illa præparatam, non potuisse ueneno poto inte
rire. Quum enim bellum aduersos Romanos gerens, à Pompeio uictus, in extre-
mis medicamenti ueneno sanus mori cogeretur, medicamento epoto, eoq; copio
so, ipse quidem non interijt: filiæ autem, quæ ob eximium erga patrem amorem
cum eo mortẽ uolentes opetere, eiusdem medicamenti potu subitò conciderunt.
Deinde quũ mortem ille obire statim non posset, ueneno propter antidotum præ-
sumptã inefficaci, uocato quodam ipsius amico nomine Bysloco, iniunxit, ipsum
iugularet. Atq; sic pharmaci opus ferro absoluens, mori ipsum uiolenter coëgit.
Vides igitur quantum efficaciæ ad firmam corporis habitudinem conciliandam
uariæ mistionis medicamina obtineant, & potissimum Theriace ob tantam, ut di-
xi, bestiarum uirtutem. Cæterùm medicamen hoc meo consilio sumes proba frui-
tus cõcoctione, nec cibis repletus. Mensura aliàs alia rectè uteris. Interdum enim
fabæ Aegyptiacæ magnitudinem cum duobus aquæ cyathis capies, ubi exiguum
ad concoctionẽ ipsius interuallum erit, interim uerò auellanæ nucis magnitudine
bibes, quum plus temporis ad pharmaci distributionẽ habiturus es. Porrò inspice
& anni tempus & regionem, ubi medicamentum assumes. Nam per æstatem neu
tiquam id capere consuluerim. Quippe statu aëris calido, etiam ex antidoto cor-
pus longè calidius euadens, offenditur, atq; hoc mirabilis ille Hippocrates consi-
derans, medicamenti exhibitiones ante caniculæ ortũ, & sub ea, difficiles esse tra
dit: quoniam febrim hoc potissimum tempus hominibus aduehit. Quapropter
& ætate florentibus, & multò naturali calore præditis, neq; multùm, neq; sæpe ex-
B hiberi medicamen est consilium. Quemadmodum ijs qui iam declinant, & pluri-
mùm, & crebro non ex aqua, sed uino magis assumi profuerit, ut corporis uirtus
iam emarcescens, & genuinus calor extinctus, refocillari, accendiq; ipsius possit
beneficio. At in pueris omnino medicamentum est uitandum. Quippe cuius ma
gnitudo illorum uirtute maior sit, & corpus ex facili dissoluat, natiuum spiritum
citò extinguat, quemadmodum sanè & lucernæ flammam oleum igne copiosius
adhibitũ promptè extinguit. Ego itaq; ex historia memini puellum aliquando ex
intempestiuo antidoti usu dissolutum. Etenim diuturna febri laborabat, gracilis
admodum corpore, & uiribus imbecillis, ut qui uix multa diligentia posset super-
esse. Quæ quum ego ex medica ratione conspicerem, etiam uehementer ipsi phar
macum dari prohibebam. Nam quidam eius curationi præfectus, qui uidelicet pa
trem se esse diceret, & tyrannicam imperandi facultatem potius haberet, quàm ex
ratione consilium audiret, temere & uiolenter admodum me compulit ut infanti
medicamentum exhiberem. Quod iam assumptum concoqui non potuit, fortius
uidelicet eius uirtute qui ceperat. Verùm totũ ipsius habitum dissoluit, aluumq;
fecit profluentem, atq; ita propter irrationalem medicamenti usum, noctu insans
perijt. Porrò si in calidiore nonnunquã uerseris regione, caue medicamine utaris,
aëris caliditate illic sufficiẽte. Qua de causa etiã hominibus primo † Iulij ortu cali-
dissimis, & multa inde siccitate præditis medicamentũ esse mihi uideẽ incongruũ.

Elegans historia de Mithridatis morte.

† *in Græco habetur ἡλίᾳ, id est solis.*

Sales Theriaci

DE SALIBVS THERIACIS.

PRæparantur & sales quidam ex his bestijs. Nam illorum etiam me-
minisse necessarium mihi uisum est, quò nihil in libro desideretur. Fa
ciunt ijdẽ ad omnia prædicta, modicè longoq; temporis spatio præsi
dium præbere habiles: frequenti autẽ usu paulatim adiuuantes. quo-
circa plerique ex ijs qui utunt, ubi non uelox ab eis præsidiũ sentiunt,
nequaquam posse opitulari arbitrantur, maximè, quia igne corpus ipsorum in ci

C nerem redigitur, dicẽtes auxiliatricem eorum uirtutem per uſtionem euaneſcere. Ego quidem aſſero ſales, etſi uim theriacæ imparem habeant, non tamen omnino robur opitulatoriũ in eis obliterari. Multa ſiquidem ignis commercio redduntur meliora, interim latentem ipſorum naturam in apertum ædunt. Nonnulla uerò ad quem uolumus uſum accommoda efficiuntur. Aurum itaq; per ignẽ iudicamus: & adulterum igne coarguitur: atq; flamma exactè purgatum, germanum eſſe comparet. Iam ferrum igne molleſcit, & flexum nobis ad multos uitæ uſus habile efficitur. Nunquid etiam plurima quæ in corpus ingerunt, nutriendis nobis ignis beneficio redduntur idonea? Panis ſiquidem & reliquorum animalium, & pleriq; carnes crudæ adhuc appetitus uſui ſunt inutiles, coctæ, tunc etiam corporum alimenta ſiunt. iam uinũ ipſum ſtatim ab uuis expreſſum, crudum incoctumq; eſt: ſolis autem æſtu coctum, tunc & ſuauiſſimum & maximè potabile redditur. Porrò multa in arte medicamina quandiu ueterem ipſorum naturam retinent, acerrima eſſe, & corporibus inimica experientia docet; domita uerò ignis neceſſitate curationi ſiunt congrua. Itaq; chalcitis, cruda quidem corpora contingens, facilè cruſtas excitat: cocta uerò, cicatricem ulceribus inducit. Item lapis phrygius crudus, acerrimus eſt: ignitus autem, & cum alijs quibuſdam tritus, præſens ſit oculorum remedium. Spongiæ combuſtæ cinis, ſanguinis fluxionẽ potenter inhibet. Idem mihi etiam in theriacis ſalibus fieri apparet. Omnia enim ſola combuſta, ac intergræ accenſæ beſtiæ, prauam uim corporibus inditam ex uſtione deponunt, & ab igne auxilij ſymmetriam ſortiuntur. Peculiariter autem & maximè ſales medentur affectibus ſumma in cute obortis, leucis dico, lepris, impetigini agreſti, nam ſuperfluitates cuti ſubditas acresq; potiſſimum diſcutiũt. plurimi igitur ipſos manducantes, ſudoribus largiter diffluentes, corruptam uacuant ſubſtantiam, utpe-

D ideo, ni fallor, Græci phthiras appellant. Dentes optimè abſtergunt, & flaccidas partes denſant, fluorem ipſis illabentem reprimunt, à putrilagine reſeruant, erodi ipſos non ſinunt. Hunc in modum præparantur. Conabor enim tibi rurſus horũ quoq; confecturam ſermone deſcribere. Viperæ prædictis ſimiles, & eodem tempore captę, numero quatuor, non biduo plus poſt uenationem, ſumuntur: uerum ſi fieri poſſit eodem die, quo ſunt captæ. Deinde ſalis ammoniaci, ſin minus, communis, colore albi, & leniter ſplendeſcentis, modius Italicus: mox cum ipſis tunditur minutatim Gentianæ creticæ libra una ſemis, Mali terræ rotundi libra una ſemis, Centaurij tenuis comæ libræ duæ, Cardamomi, praſij, ſingulorum uncię ſex, Scordij montani, † Selini, chamedryos creticæ libra una, rutæ ſatiuæ ſeminis libra una. Melle attico hæc uniuntur, & ſelibra ipſorum in ollam fictilem uacuam conijcitur. Deinde quatuor ſerpentes uiuæ, mox ſquillæ teneræ, & uehementer recentes quinq; minutim concidunt. ita reliqua aliorũ pars dimidia adijcitur: ac ubi cooperueris ollã, lutoq; diligẽter obliueris, quatuor ipſam foraminibus aperies, ut per ea uapor coctionis menſurã indicet. Nam primùm fumus exire uidebit copioſus, obſcurus, admodũq; turbidus, notãs ignẽ iam beſtias inuaſiſſe: quando te animũ quoq; diligenter aduertere moneo, ne tandem huius fumi aërem ex uiperarũ exhalatione infectũ inſpires. Poſtea ubi uapor ceſſauerit, & tenuẽ quandam flammã per foramina eijci conſpexeris, tunc ipſa cocta eſſe quamoptimè cenſeto. atq; ita ollam de igne tollito, tota die & nocte refrigerãs. Deinde apertos exemptosq; carbones diligenter tundito, & cum hiſce miſturis cribrato, rutæ agreſtis ſeminis, hyſſopi cretici, ſingulorum uncijs nouem, fœniculi ſeminis agreſtis, nardi gallicæ, ſtachios ſcytici, ſingulorum uncijs ſex, petroſelini macedonici † uncijs quatuor, amomi uuæ uncijs tribus, origani heracliotici ſummitatum uncijs nouem, hormini ſeminis torrefacti uncijs tribus, thymi attici ſummitatum uncijs nouem, malabathri Indici foliorum uncijs quatuor, baccarum iuniperi laconici carnis libris duabus,

Confectura ſalium.

† *Apud Paulũ*

† *Paulus, Macedonici, malabathri, ſingulorum uncia una.*

A bus, adiantũ ſatiui ſeminis uncijs ſex, piperis albi & nigri ſingulorũ libris duabus, ſilphij radicis uncijs decem, zingiberis non forati libris duabus, ſatyrij ſeminis uel radicis, pulegij montani, ſeſilis maſſaliotici rufi, tortili montani ſeminis, hedyoſmi, ſingulorum uncijs ſex, caſiæ optimę uncijs duabus, cinamomi uncia una. Conare autem ipſa contuſa cribrataq; rurſus contundere, & cribro frequenter incernere, ut adamuſſim fiant leuia: atq; ſic in uaſis uitrijs repoſita non ſtatim uſurpare conuenit, ſed poſt decem ferè dies. Porrò ego ipſos præparaui beſtijs non combuſtis, ſed ipſarũ paſtillis, quemadmodum in theriaca oſtendi cõfici, miſcens ipſos quoq; ijs quæ cum beluis comburuntur, ut quam habeant in ſe amarulentiam, eam in aduſtione deponant, tanta paſtillorum menſura adiecta, quantum uiperarum numerum habere coniecturabam. & facti ſunt longè preſtantiſſimi, nec cinerium ex aduſtione referentes, neq; colore nigri, ſed etiam qualitate uſu ſuauiſſimi redditi, & uires ad quæ dixi peculiariter ipſos facere, euidentiores obtinentes. Hic eſt de theriaca & ſalibus theriacis liber, diligenter, ſi quid iudico, à me examinatus, hac maximè cauſa, quoniam & tu in omnes diſciplinas ſtudioſè incumbis. Memini enim te quũ literarum ſtudijs egregiè inter ciuilia adhuc negocia uacares, uel dicto quodam problemate iudicare ſcriptores nonnunquam deficere, multasq; conari occaſiones inuenire, atq; hoc agitare. Etenim deos aiebas dum non uaticinantur, nihil eloqui. interdum uerò etiam oracula ſilent. Eſt quum & mare tempeſtatibus nauigari non poteſt, agmina fluuiorum ſiſtuntur, & paulò poſt rurſus fluere incipiunt. item terra fructus non ubiq; producit. quare tuum ego exemplum imitatus, nihil ex his quæ de theriaca quæruntur, omiſi, ſimulq; te adhortor, ut libenter pharmaco utaris. quoniam longæuum uitæ tempus, uſum ipſius exhibere obſeruatum eſt; quod meritò ut tibi à dijs contingat, exopto.

B

FINIS.

IOANNES GVINTERIVS ANDERNACVS, IOANNI MILETO PARIENSI, MEDICO REGIO S.

Vm multæ res in medicina nequaquam ſatis adhuc ſunt noſtri temporis hominibus cognitæ, tũ perdifficilis, Milete eruditiß. & perobſcura tractatio eſt, de pulſibus: quæ alias ad naturarũ diſcrimen noſcendum, & morborum ſpecies eſt utiliſſima, ne dicam neceſſaria. In urina enim totum corporis habitum, omniaq; ægritudinũ genera uelle contemplari, extremæ eſt dementiæ. Quanquam hodie uulgus medicorum in illa ſe ita exercet, ut nullas præterea corporis notas, ſi diuis placet, ad curationem deſideret. Pulſum uerò, qui in primis diſcendus erat, in poſtremis habeat, ac conſuetudinis potius cauſa manum ægro admoueat, quàm ut illum, cuius differentias penitus ignorat, in morbi iudicio exploret. Hoc tamen in ore frequenter habent triobolares iſti medici, ſi aut ex alimento, aut ſumpto medicamne ipſis neſcijs, æger citatiorem ædat pulſum, febri laborat. Quæ quum ita ſe habeant, ut ipſe probius nouiſti, aut doctiſſime, uolui in iuuentutis uſum Galeni de pulſibus ad candidatos libellum in publicũ ædere: unde omnia, quæ ad eã rem ſpectant, examuſſim queant condiſcere. Et tibi laborem, ſi quem in hoc uertendo inſumpſi, nuncupare, utpote pulſus explorandi expertiſſimo. Es enim, præter meliorum literarium peritiam, inter huius noſtræ ſcholæ profeſſores qui medicinam tractant, artificio, & ratione experimentis aduncta, hominibus medentur, facilè princeps. Quare quum optimè, quid pulſus in morbo ualeat, intelligas, hilari fronte uigilias noſtras ſuſcipies, dum maiora eius guſtus tibi parauerimus. Vale. Lutetiæ Pariſiorum.

CLAVDII GALENI
PERGAMENI DE PVLSIBVS LIBER AD MEDICINAE CANDIDATOS.

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

QVAECVNQVE medicinæ candidatis chariſſime Teucre, de pulſibus ſcire fuerit ex uſu, hoc commentario perſcribemus; uniuerſam uerò ipſorum artem alibi memorię proditam habes. Itaq; omnes arteriæ tum ſibi inuicē, tum cordi, pulſandi modo reſpondent. Quæ cauſa eſt cur ex una ipſarum animaduerſa, de omnibus ratiocinationē queas colligere: non tamen uniuerſarum ſimiliter motionem percipere quiſquam poterit, uerùm in particulis excarnibus euidentius, in carnoſis obſcurius. Quæ autem arteriæ ſub craſſa carne latent, aut oſſibus intus incumbunt, aut alias partes obiectas habent, has moueri neutiquā ſenſeris: modò animans naturali habitu ſit præditū. Sin macie confectum, etiā ſpinales arteriæ ſæpe abdomen tangentibus, motum repræſentant: & quædam in artubus, quæ prius latebant. Semper uerò pulſationem ædunt ſenſibilem arteriæ, & temporum, & quæ partem ſuperiorem pedis, & quæ internam brachialis, quod κάρπον Græci uocant, regionē perreptant. His minus, nec tamen obſcurè pulſant, quæ poſt aures in capite, & quæ intra brachium ſitum habent. Iam aliæ nonnullæ quæ non adeò multa carne teguntur, uerùm nullam promptius, neq; decentius, neq; uſui commodius attigeris, iſs quæ in brachiali habentē omiſſis. Hæ ſiquidem conſpicuæ potiſſimum ſunt, loco uidelicet excarni: quarū cauſa nihil in corpore, ſicut aliarum complurium detegas eſt neceſſe. Huc accedit, quòd in rectum porrigendunt: quod ad exactam pulſuum dignotionem non parum adfert momenti.

DE QVANTITATE DIASTOLES.

Iam uerò tangenti tibi, arteria in omnem attolli dimenſionem uidebitur. Sunt autē totius corporis dimenſiones tres: in longum, altum, & latum. At quū animal ſecundum naturā mediocriter habet, arteriā uehemēter attolli deprehendes: quū ſecus, una harū dimenſionū uel deficit, uel excellit. In quo memorē eſſe te conuenit, qualis pulſus naturalis erat. Et ſi quidē eū, qui prēter naturā eſt, latitudine maiorē inuenias, Latum appellabis: ſi longitudine, Longum: ſi profunditate, Altum. His contrarios, minores uidelicet naturali, ad portionē uocabis, anguſtum, breuē, & humilem. Ex iſs autem qui triplici dimenſione ſimiliter in habitum naturæ contrarium uertuntur, undiquaq; imminutus, Paruus dicitur: omni parte auctus, Magnus appellatur. Atq; hæ quantitatis diaſtoles in pulſu differentiæ inueniuntur.

DE QVANTITATE MOTVS.

Propriè ad motū pertinent, celeritas & tarditas: hæc quidem ſoluta quædā motio, illa uerò coacta urgensq;. Iudicīū de his quoq; ſumemus, naturali ipſas conferentes. In qualitate occurſus impetusq; pulſuū uehementia, & remiſſio cōſiſtunt. Vehementia qdem, quū tangens manus ualidè repellit: Remiſſio, cum languidè. Porrò mollicies & duritia ipſius tunicæ arterię, qualitates ſunt. Mollicies, quū ueluti carnoſior etiā in occurſu arteria apparet: Duritia, quū ueluti ſiccior, & corij modo rigidior. Dignoſcit itaq; & talis pulſuū differentia protinus unà cum arterię motu: quanq; ipſius propria nō ſit quēadmodum tres modò cōmemoratę. Ex illis enim celeritas & tarditas, motus qualitate cōprehendunt. Vehemētia & remiſſio, ictus modo. Magnitudo & paruitas, ad quantitatem diaſtoles pertinent. Diaſtole uerò non ſine motu conſiſtit. Cæterùm molle corpus & durum, ut tale ſit, motu præter rea non indiget. Has igitur quatuor pulſuum differentias, ictus uarietas continet.

DE QVIETE

DE QVIETE TEMPORIS, QVO ARTERIAE attolluntur & ſubmittuntur.

Huc accedit alia iuxta ictuum interuallum differentia. Solent enim ſic medici appellare tempus quod ictus duos intercedit, quo uidelicet arteria attollitur & ſubmittitur. Conuenireq; medicinæ candidatis puto, ut primùm ſeſe exerceant in ſyſtole, ut quæ minus ſenſu queat percipi. Vocabitur autem mihi aliud ictus, aliud interuallum. Ictus quidem, quū arteria motu ſuo tactui occurrit. Interuallū uerò, quum intra duos ictus quieſcit: cuius ratione pulſus dicitur creber, rarus, & amborum medius, quo pulſus naturales continentur. Cognoſces etiam hos temporis quantitate. Creber nanq; eſt, quū breue quietis tempus fuerit: rarus, quū longum. At quietem ne dixeris, an interuallum ictuum, uel ſyſtolen, nihil interierit.

DE AEQVALITATE ET INAEQVALITATE.

Aequalitas & inæqualitas in omnibus, quas dixi, differentijs accidit. Nā continua harum paritas, æqualitas eſt. Exempli gratia: quū magnitudo pulſuum ordine ſe conſequentium par extiterit, pulſus iuxta magnitudinem æqualis: ſimiliter etiam, ſi ſecundum uehementiā, crebritatem, & remiſſionem ſiue obſcuritatē paritas euenerit. Inæqualitas ſimilitudinis eſt corruptela, quacunq; pulſuū differentia conſtiterit. Erit enim alius pulſus cum magnitudine inæqualis, alius in celeritate, alius in uehementia, & obſcuritate, & crebritate, cæterisq; ad eundem modum.

DE ORDINE ET INORDINATIONE.

Interim etiam per ordinem quendam numero ictuum definito, paribus pulſibus, unus impar coincidit. Atque hoc multifariam euenire ſolet. Etenim tres pares, quartus impar ſequitur, idq; perpetuo ordine: uel quatuor, quintus: & in omni alia pulſuum multitudine ſimiliter. Quoniā ſubinde quinq; pares, ſextus impar conſequitur. Et rurſus ſex pares, ſeptimus impar. Quare ſimilitudo pariū in huiuſmodi nō amplius ſeruatur, eoq; pulſus fit inæqualis: ordo tamen aliquis ſeruatur, ob quod etiam ordinatus eſt. Siquidem per multitudinem parem ſemper paribus pulſibus unus impar coincidens, parium formā corrumpit. Circuituū denique proportio, ordinem aliquem conſeruat. Sin omnino nullus ſeruatur in columis circuitus, inordinatus talis uocatur.

DE INAEQVALITATE IN VNO PVLSV.

Fit etiam in uno pulſu inæqualitas tum circa partes arteriæ, & ſitu, & motu inuicem diuerſas: tum in uniuſcuiuſq; pulſus motu priuatim. In ſitu itaq; partiū inæqualitas cōſiſtit: inde nimirū, quòd arteria ſurſum, deorſum, prorſum, retrorſum, dextrorſum, & ſiniſtrorſum deducta eſſe uidet. In motu, quū citatius, uel tardius, uel maturius, uel ſero magis, uel uehemētius, uel languidius, uel longiori tēpore, uel breuiori, uel ſemper, uel nequaquā mouetur. In ſingulis partibus, dum manifeſtò pulſus interciditur: ex quorū numero eſt & Caprizans. Item quum recurrit: qualis eſt à bis feriendo uocatus Dierotus. In impari motus celeritate, quū incipiens quidem citatior, deſinens autem tardior eſt. Et è contrario incipiens tardior, deſinens citatior. Ac in uehementia, debilitate, magnitudine, & paruitate ſimiliter motu non in duo ſolùm tempora, uerùm in plura etiam partito, quantum ſenſu licet cognoſcere. Hæ igitur ſimplices, & in uno pulſu, inæqualitates ſunt.

DE COMPOSITA PVLSVVM INAEQVALITATE.

Compoſitæ uerò quatenus poſſit alia alij, una uni, una pluribus, et multę multis commiſceri. Ac nonnullæ ipſarum peculiare nomen ſortitæ ſunt, quemadmodum & uermicularis, & formicans, & hecticus. Vermicularis, quum ueluti petreptantis arteriam uermis, fluctuū modo excitati, ſpecies repræſentatur, nec arteria tota eodem tempore attollitur. Quòd ſi cum diaſtoles paruitate accidat, uermiculus nuncupatur: Sin autem cum magnitudine, fluctuoſus ſimpliciter. Conſtat autem & languidum, & crebrum eſſe uermiculare. Qui in extremā incidit debili

C tatẽ, frequentiam & paruitatẽ, Formicans appellatur: opinione quidem citatus, sed rcuera non est. Hecticus autẽ pulsus eandem cum febri nominis rationẽ obtinet. Quippe nullam mutationẽ magnam subit: uerùm semper sui manet similis, implicaturq́, et nunquã soluitur, totius corporis habitu in id genus tum febribus, tum pulsibus, ægrotante. Hæc de pulsuũ differentia, medicinæ nuper initiatis sufficere putauerim. Si enim exactius quispiã eas persequi uolet, totum cõmentariũ de pulsuũ differentia, à nobis conscriptũ, legat licet. Non igitur de pleno, & inani pulsu dicere nunc est operæprecium, neq́ de rhythmis: quoniã ibi accurate de his peregimus, et sermo rudioribus est obscurior. In summã itaq́ prædicta colligẽtes, ad sequentia digrediamur. Magnus pulsus est, qui fit arteria in longũ, latũ, & profundum insigniter dilatata: Longus, qui in longitudinẽ tantũ porrigitur: Latus, in latitudinẽ: Altus, in profunditatẽ. Vehemẽs autẽ pulsus est, qui manũ ualidè ferit: Mollis, in quo arteriæ tunica tenera est. Citatus fit ex arteria, modico tempore dilata: Creber, arteria momentũ quiescente. Aequalis, qui sibi deinceps par est. Sed in uno ictu impar, inæqualis iuxta unũ ictum dicitur. Erunt autẽ & horũ contrarij manifesti, paruus, breuis, arctus, humilis, languidus, durus, tardus, rarus, inæqualis, & inordinatus. Ad hæc patere cuiuis arbitror, aliorum quidem contrariorum uniuscuiusq́ esse mediũ. Aequalis autẽ & inæqualis, medius nullus est, neq́ ordinati & inordinati. Præterea aliorũ omniũ modus, secundum naturã est. Inter hos autem æqualis secundum naturã solus est: reliqui naturales nõ sunt, tum inæqualis, tum inordinatus.

DE PVLSVVM CAVSIS.

Quoniam uerò multifariã pulsus mutari solent (nullam enim inuenies, ut ita dixerim, causam, quæ non & hos mutet) usum mihi est primùm multiplicẽ ipsorum mutationis summam differentiã statuere: deinde de singulis per se membratim differere. Prima itaq́ est ipsorũ mutatio naturalis: altera nõ quidem naturalis, nec tamen iam præter naturam: tertia præter naturã. Obueniunt enim hæ omnes naturalibus differentijs. Alij nanq́ aliter arteriæ natura mouentur, atque oportet primas has nouisse illum, qui cogniturus est, à qua causa, & quatenus mutari pulsum contigerit. At proprium cuiusque adamussim tentando didiceris: ob quod arteriã crebro tangere oportet: præsertim integra sanitate præditi: quumq́ omnis uehemens motus cõquiescit. Item in alijs quoq́ affectibus. Verùm quia omnes experientia cognoscere nõ licet, multi enim iam medicos sæpe desideratũ, quorum in secunda ualetudine copia non data est, optimũ sanè & hic, artificẽ ignaro præstare. Præstat autẽ indubiè, quum eorũ quę multis similiter insunt, scientiã excogitauerit. Est autem cõmunis quædam (ut summatim dicam) uirorũ natura, & alia mulierũ. Tum qui calidioris sunt tẽperamenti, tum qui frigidioris, cõmunem utriq́ hi naturã obtinent. Iam gracilium omniũ, crassorumq́ cõmunis aliqua existit. Ac rarũ est in singulis cõmunitatibus prædictis, quod non multis sit assimile. Quare etiã à uero aberrare illi est rarum, qui cõmunitatem examussim pernouit.

Viri sanè mulieribus magna ex parte tum maiorem, tum uehementiorem longè, tardiorem paulò, & aliquanto rariorem pulsum ædunt. Calidiores natura, maiorem, citatiorem, & crebriorem multò: uehementiorem nõ item multò habent, Gracíliores natura, maiorem, & rariorem multò: uehementiorẽ haud multò. Atq́ hunc in modum natura differunt. Iuxta ætates autem hoc pacto mutantur.

Pueri recens nati pulsus est crebrior, senis rarior: qui intra hos consistunt, omnes proportione respondent ætati, quamcunq́ uel pueri, uel senis propius accedunt. Item pueri citatissimus, tardior senis. Qui verò aliarum ætatũ sunt, medium occupant. At longè maior in raritate differentia est seni cum puero, quàm in uelocitate. Iuxta magnitudinem, & uehementiã hoc intercedit discrimínis. Maximus quidem inter ætates, iuuenũ pulsus: minimus senũ: medius ipsorum, paulò maior in pueris est. Vehementissimus ætate florentiũ, languidissimus senũ, medius ipsorum puerorũ pulsus est. Atq́ sic in ætatibus se habet. Pro anni temporibus: uere

A medio pulsus sunt maximi: uehementissimi, si ad reliqua tẽpora cõferas. Celerita te uerò & frequẽtia mediocres: pariter etiã autumno medio se habẽt. Procedente uere, magnitudo, uehementiaq́ decrescit. Celeritas, & frequentia intenduntur. Ad finem, ineunte iam æstate, languidi, parui, citati, & crebri fiunt. Autumni progressus omnia imminuit, magnitudinẽ, uehementiã, celeritatẽ, & frequentiã. Quare hyeme aduentante, in contraria uertunt. Sunt enim tunc pulsus parui, languidi, tardi, & rari. Respondet autẽ ueris initiũ, fini autumni: finis illius, huius initio. Et æstatis exordiũ, ipsius fini simile est. Sicut hyemis principiũ, eiusdem exitũ imitatur. Quemadmodum pars illa, quæ à media æstate, mediaq́ hyeme æquè ad utrunq́ finẽ declinauit, simili modo uariat. Media uerò æstas partim cũ media hyeme conuenit, partim discordat. Parui siquidem & languidi utrinq́. Citati autẽ, crebriq́ per æstatem. Tardi & rari, hyeme. Non tamen adeò parui æstate, sicut per hyemẽ: sed minus æstate sunt exigui. Rursus hyeme non sic languidi, ut æstate: uerùm minus hyeme langueſcunt. Hoc itaq́ modo pulsus pro temporũ ratione mutantur. Nec aliter iuxta regiones uariant. Nam in uehemẽter calidis, ut media æstate se habẽt. In frigidis multùm, ut media hyeme. In temperatis, ut medio uere. In ijs quæ medium tractũ sortitæ sunt, ad portionẽ respondent. Inter alios autẽ aëris nos ambientis status: calidi, calidis anni temporibus: frigidi, frigidis: medij, medijs, nempe ueri similes existunt. In partu pulsus maiores, crebriores, citatioresq́ fiunt: reliqua secundum naturã seruant. Erunt utiq́, si quid aliud & somni naturales: mutant autẽ hi quoq́ pulsus. Primùm ubi incipiunt, minores, tardiores, rariores, languidioresq́ reddunt. Deinde traditatẽ, raritatemq́ adaugẽt, præsertim à cibo: maiores autẽ & uehementiores pulsus fiunt. Tandem rursus languidi, paruiq́: tardi uerò & rari permanent. Eorũ qui expergiscuntur, statim quidem magni, uehementes, citati, crebri, & quodammodo turbulenti sunt. Paulò post ad mediocritatem ac symmetriã peruenĩũt. Ascitq́ corporis habitus similiter naturalibus pulsus mutant. Nam gracilis natura, si corpulentus fiat, pulsum ei similem habet, qui natura talis est. Contrà crassus si fiat tenuis, pulsum natura gracilibus persimilem ædet. Sed liquet cuiuis, quòd citra uirtutis immutationẽ, gracilitatis & corpulentiæ differentiã examinare cõueniat. Et in alijs ad eundem modum, ut in uno solo, quo de frequenter diximus, mutatio fieri queat. Quæ uerò de corpulentis, seu carnosis diximus, hæc etiã de crassis intelligenda sunt uberius. Temperamenta corporis acquisita, naturaliũ modo pulsus immutant. Post hoc opportunũ erit alias pulsuum mutationes, ex causis nõ naturalibus obuenientes, exponere. Exercitia quidem initio si moderata fuerint, uehementiores, magnos, citatos, crebrosq́ pulsus efficiunt. Multa uerò, & supra laborantis uires suscepta, paruos, languidos, citatos, & longè celerrimos reddunt. Sin autem magis quàm oporteat, immoderata sint, uti uix moueri queas amplius, & longis interuallis, uel necquicquam, sed impense dissoluaris, admodum exiguos, languidos, tardos, rarosq́ pulsus excitant. Quòd si ad uiriũ dissolutionẽ exercitia producas, illi proprios excitabũt. Dicetur autẽ paulò posterius, quales uirtus elangueſcens solutaq́ pulsus faciat. Balnea calida, magnos, citatos, crebros & uehementes gignunt, dum sint moderata. Verùm immoderata, paruos, languidos, citatos adhuc, & crebros. Si interea nõ cessa uerint, paruos, tardos, raros & languidos. Frigida statim, paruos, tardos, rariores, languidioresq́. Postea uerò quoslibet etiã efficiũt. Omnino eñ uel stuporẽ inducunt, uel corroborãt. Quę igitur stuporẽ inferũt, & refrigerãt, exiguos, languidos, tardos, & raros producũt. Calefacientia, roborantiaq́, magnos & uehemẽtes: citatosq́ pulsus concitãt. Archigenes autẽ, citatiores, inquit, potius q̃ crebriores. Modici, magnos, uehemẽtes, citatos, & crebros. Pauciores, ut nõ satis alant, haud æquè ut moderati se habent: uerùm minus pulsum mutãt, & ad tempus momentaneũ.

C Vinum inter cætera similiter cibis pulsum immutat: sed hoc intercedit, quòd ea uino facta pulsuum mutatio, prior desinit, quàm quæ à cibis prouenit. Ad hæc celeritatem, ac magnitudinem magis quàm uehementiã, frequentiamq; adauget. Ferè enim quanto uehementius firmiusq; robur corpori cibus moderatus conciliat, tanto euidentius uinum magnitudinem extollit. Aqua ex omnibus quæ assumuntur, afferuntur, minimè pulsus uariat. Quanquam & ipsa iuxta ciborum rationem similiter immutet. Reliqua uerò omnia, quatenus uel nutrire, uel calefacere, uel refrigerare possunt, eatenus etiam arteriarum motum transmutant. Hac ratione pulsus in causis non naturalibus uocatis euariãt. Deinceps agamus, quomodo ex causis præter naturã, pulsus mutentur: ijs tamen prius commemorationis gratia in medium productis, quæ sermoni rerũ à naturę modo recedentiũ communia sunt. Itaq; aëris status, ciborum copia, quæ uires degrauet, exercitia, balnea, & somni: omnia hæc immoderata, præter naturã existunt. Siquidem naturalium causarũ, & earum quæ non naturales dicuntur, secundum quantitatem excessus in id quod præter naturam est, transeunt. At earum quę non quantitate solùm à naturali habitu recedũt, uerumetiã toto genere, numerus est infinitus, eoq; comprehendi nequit. Ars autẽ in his quoq; cõsistit, infinitũ quatenus licet, generibus, ac speciebus finitis metiens. Nam singulas præter naturam causas, non citra rationem ac immeritò quis dixerit partim ueluti soluere uim uitalem & dispergere: partim tanquam opprimere & grauare. Soluitur itaq; robur, alimenti penuria, morborum perui cacia, animalium affectuum uehementia, dolorum magnitudine, uel longitudine, & uacuationibus immoderatis. Grauatur materiæ copia, instrumentariarum partium uitijs, ut puto inflammationibus, scirris, tumoribus, abscessibus, & corruptelis diuersis. Virtus itaq; soluta, exiguum, languidum, crebrumq; admodum pulsum efficit. Oppressa & ueluti grauata, inæqualitatem, ac inordinationẽ
D pulsuum excitat: & cum aliam quamlibet, tum etiã quæ in uehementia & magnitudine oriri solet. Hæ enim peculiares potissimũ uirtutis oppressæ inæqualitates. Atq; in grauata insigniter, magis uariant. In ea quę parum, modicè. Et plures quidem magni pulsus exiguis: uehementes languidis in noxa leui: è contrario in magna habet. Atq; interim motus in totum pereunt: interim in huiusmodi affectibus interlabuntur. Sed quum interlabuntur, minorem noxam indicant: quũ uerò pereunt, maiorem. Has quidem pulsuum mutationes, quælibet uirtutis solutio, oppressioq; communes sustinet. Peculiares autem cuiq; causa efficiens suppeditat. Postquam igitur uirtus ab alimenti penuria soluitur, pulsus initio languidus, exiguus, citatus, ac frequens redditur. Deinde in medio languidus, exiguus, rarus, & rarus. Postremò summè exiguus, languidus, creber, & falsam celeritatis imaginem repræsentans: huic formicanti nomen est. Vermicularis pulsus & ipse sit robore uitali iam propè soluto, sed paululum adhuc resistente. Differt hac parte à formicante, quod non ita extremam ad imbecillitatem, paruitatemq; contrahat, ac manifestam in uno ictu inæqualitatem habeat: quæ fieri solet quum arteriæ partes non eodem tempore omnes mouent: sed aliæ citius, aut tardius incipiunt. Vnde minus tardus est q̃ paruus. Interdum uerò nequaq; tardus, ideoq; minimè paruus est. Quæ igitur à lethalibus, & acutis febribus syncopę oriuntur, uermicularem pulsum non ex toto habent: qui alias uirium dissolutiones magna ex parte sequuntur, & eas potissimum, quæ citra febres, aut certè cum paruis admodum obueniunt. Quapropter stomachi syncopas formicates, choleras autem, & larga uentris profluuia, sanguinis per nares eruptiones, muliebrẽ fluxũ, omnesq; acutos euacuationum affectus utplurimum uermiculantes comitantur: extremis formicans oborit. At ubi hæc sine febribus incidunt, tunc etiã uermicularem magis deprehendes & manifestum, & diutissimè perdurantem. Ita caularum præter naturam mutationes generatim se habent. Iam uerò easdem membratim prosequemur

A sequemur. Iracundiæ pulsus, est altus, magnus, uehemens, citatus, creber. Gaudij: magnus, rarus, non tamen uehementia differens. Tristitiæ: paruus, tardus, languidus, & rarus. Timoris momentanei & uehementis: citatus, turbulentus, inordinatus, & inæqualis. Nam diuturnus timor, pulsum ędit tristitiæ similem. At si longo tempore omnia hęc perdurent, uehementiaq; nimis extiterint, pulsus, quales in uirtutis dissolutione apparent, consequuntur. Nam eiusmodi uniuersa uitale robur soluunt: statim, quę ualida sunt: tardius, quæ his cõtraria. Dolor, qui pulsum uariat, aut per se ualidus est, aut in particulis principalibus cõsistit, quemadmodum etiam phlegmone. Paruus adhuc & incipiens, maiorẽ & uehementiorem, citatiorem & frequentiorem pulsum efficit. Auctus & ualidus admodum factus, ut iam uim uitalem offendat, minorem, languidiorem, citatum & frequentem. Et quanto perseuerarit diutius, aut uehementior fiat, eò magis singula prædicta intenduntur. Qui uerò iam dissoluit uirtutem, languidos, paruos, falsò citatos, & supra modum frequentes generat. Phlegmone omnis communẽ habet pulsum, ueluti secantem, ut alia pars arteriæ attolli uideatur, alia non: quum uidelicet magis ipsa indurescit. Ad hæc turbulẽti quippiã pulsus hic habet. Ac citatus quidem est, & creber, non semper autem. Incipientis cuiusq; proprius, naturali maior, uehemẽtior, citatior, frequentior. Augescentis adhuc, hæc omnia sunt intensiora, ac iam manifestò durior, & turbulentior pulsus est. Vigescentis clarior, durior, turbulentiorq; est, minor autem quàm prius: non tamen languidior, nisi affectus supra uires fuerit. Quinetiam frequentior fit & citatus. At si diu perseueret, tamq; scirri modo indurescat prædictis accedit pulsus gracilitas, & durities. Atq; hæc cueniunt in phlegmone, quæ in toto animante pulsum immutat, uel ob magnitudinẽ, uel ob partis, in qua consistit, nobilitatẽ. Quũ autẽ non uniuersum corpus cõmouet, ut particulam quandã ipsius infestans, talem habet pulsum, qualẽ
B diximus. Verùm intenduntẽ, remittũturq; singula quę cõmemorauimus pro phlegmones quantitate, uel ipsius instrumẽti laborãtis natura. Nam partes magis neruosæ, duriores, acrius secantes & minores pulsus ædũt. Venosiores, magisq; arteriosæ, cõtrarios. At in his ipsis maior est, qui ab arteriosis prouenit, ad hęc facilè inæqualis, inordinatusq; efficitẽ. Iam igitur liquet, qualis nam iecinoris inflãmatione laborantiũ pulsus fuerit. Item lienis, renũ, aut uesicæ, aut uentriculi, aut coli, pleuriticorũ, peripneumonicorum: & omniũ, ut summatim dicam, quorum partes inflammationem febris comitatẽ, si illa excipias quæ ob symptomatum naturam, necessario inflammationẽ consequentium, & casu concurrentiũ, unumquodq; mutare possunt, & pulsum eatenus alterare continget: idq; ut mistam in ea uersionẽ facta uideas, & inflammationis de qua est sermo, & quã loci natura, uel præsentis symptomatis efficit. Conuulsio enim ijs, quibus septũ transuersum inflammatẽ, procliuis est. Suffocatio, quibus pulmo. Syncope, quibus uẽtriculi os. Atrophia, quibus iecur. Concoctionis frustratio, quibus uentriculus. Vrinarũ retentio, quibus renes. Et partes quidẽ magis sensiles, dolorũ causa pulsus uariant: Minus sensiles, pro affectus duntaxat ratione. Ex his igitẽ omnibus uariè pulsuũ in Phlegmonis mutationes fiũt: & quomodo ipsæ sint distinguendæ, alibi ad plenũ sumus executi: sed etiã nũc quantũ medicinæ candidatis fuerit cõmodum, pertractabimus.

PLEVRITICORVM PVLSVS.

Itaq; pleuriticorum citatus & frequens est, non admodum magnus. sed uehemens etiam uideri queat: quanquã uerò non sit obscurus quidem, non tamen iam uehemẽs quoq;, quantũ ad affectum attinet. Huius enim in omnibus meminisse oportet, quòd operæprecium sit, in quacunq; re, quantũ ad illum attinet, mutationem examinare: determinantes propter quid aliud, & non propter illud accidens. Quapropter pleuriticorum pulsus, neruosiorem quodammodo, & duriorem reddet arteriam, ceu in uehementiã uertens: imponit inexercitatis, qui durum ictum

C à uehementi nequeunt discernere. Ita uerò medicorum uulgus, alijs etiam multis pulsuum differentijs discernendis ineptum, forsan hic scripta reprehendet, quæ quũ non intelligat, rectè dicta suggillat. Sed non conuenit in præsentiarũ de ipsis longius sermonẽ producere: scriptũ nobis est seperatim de pulsuum dignotione. Itaq; exercere præcipio rationẽ simul, & tactum, ut in ipsis operibus pulsum queas cognoscere, non ratione tantũ discernens. Initium uerò in operibus exercitij, disciplina sermone expressa. Quinetiã crebritudinis quantitatẽ uerbis exprimet nemo poterit. Atq; differentiã haud mediocrẽ obtinet, consuetam pleuriticis mensurã excedẽs uel deficiẽs. Siquidẽ excessus, in spirandi difficultatẽ transeunte pleuritide, uel syncopen minitante, fieri necesse est. Defectus in torporem, uel neruorum offensam desinere. Pari modo etiã inæqualitatis species, quæ quidem secũdis modo percipit, propria maximè pleuriticorũ existit, remissa, mollis, facilisq; ad coctionẽ futuræ: intensa, difficilis, & ad coctionẽ continuans nota est pleuritidis. Tales autẽ cum imbecilli uirtute præceps signant periculum. Quũ ualida, uel diutturno spatio concoctę sunt, uel suppurarũt, uel tabidus ipsas marasmus excepit. Itaq; eius quæ concoquit pulsus omnẽ paulatim mutationẽ à natura alienam deponit.

QVVM IN VOMICAM ERVMPIT.

Sequuntur uomicæ peculiares. Iuxta hanc quoq; rationem tabidè marcescentibus, pulsus marasmorũ oboriunt. Est autẽ uomicæ pulsus, nuper quidẽ inuadentis, qualis phlegmone uigentis. Hæc enim ipsarum uomicarũ est initiũ. Interim & inæqualis, & inordinatus. Hecticus autẽ, omnibus. Iam uerò pure expositis ut alijs quidẽ assimilis, sed æqualior. Rupta uomica obscurior, latior, tardior, & rarior.

MARCESCENTIVM PVLSVS.

Marcescentium pulsus nõ uno modo uariat. Quantum uerò licet, differentijs conspicuis distinguere conuenit. Alij quidem phlegmonis nondum solutis paulatim commarcescentes, languidos, citatiores, crebros nimis, & iuxta magnitudinem
D myuros in uno ictu pulsus habent, quos ita uocãt, quasi muris caudæ modo apparentes. Archigenes Græcè ὠϊνενευκότας, & πόδενευκότας appellat: uelut ideas innuentes, & circumnuentes: liquidè nimirum uolens ostendere diastoles breuitatem, cum utriusq; extremi ceu inclinatione. Non enim ut absciſſis uniuersim, sed ueluti partibus utrinq; inflexis, in angustum ac breue contractus est, myurus existens magnitudine, & in utrisq; partibus. Hoc itaq; non his solis, uerùm & plurimis quomodocunque marcescentibus ineſt. Alijs quidem ob inflammationes, omnibus. Iam uerò & aliorum plerisque, nisi utique & illi ob inflammationes quasdam latentes marcescunt. Atque hic ex inflammationibus marcescentium pulsus erit peculiaris, nulli qui aliter emarcuit, accidens. Hecticus autem uniuersis marcescentibus pulsus ineſt, & hoc ipsis communissimum. In secundo iuxta magnitudinem diastoles inæqualitas myurum repræsentat. Quinetiam hoc plurimis ineſt. Tertium uerò crebritudinis. Quippe id etiam omnibus, qui ob inflammationes emarcuerunt, signum adest inseparabile. Quin & ijs, qui propter cardiacos affectus, aut stomachi syncopas acutè periclitantur: deinde à uini potione uelocitatem essugiunt: temporis autem spatio contabuerunt, nisi quis forsan hos quoque ob exiguas inflammationes nobis obscuras perire dixerit. Etenim quidam ipsorum innuentem pulsum habent: nisi forsan hos rursus ob inflammationes, alios sine inflammatione emarcescere dicas. Hoc igitur non est procliue. Obtinent autem tales pulsum hecticum, uel languidum, crebrum insigniter, ac nonnulli eorum, inclinatum. Altera sanè hæc pulsuũ differentia marcescentibus obuenit. Reliqua uerò tertia est eorum, qui rarum habent. Imò etiam his omnino & procedens febris ipsum reddidit crebrum, & extrema uirtutis solutio abundè sat tis id efficit. In medio autem, tota iam febri refrigerata, nondum uerò ipsis pereuntibus, in raritatem fit mutatio; hæc autem species marasmorum senili ætati propria est, quum

A est, quum maximè in pulmone, & thorace aliquid fuerit uitiatum. Hi febrilem duriciem pulsus retinent, etsi rarus sit. In summa, paucis marcescentibus in aliam inæqualitatem pulsus mutatur præter commemoratam iuxta magnitudinem.

TABIDORVM PVLSVS.

Tabidorum, ut uocãt, pulsus exiguus & languidus est, & mollis, citatus mediocriter & hecticus.

PERIPNEVMONICORVM PVLSVS.

Peripneumonicorum uerò magnus est, fluctuosum quid habens, languidus, mollis, quemadmodum Lethargicorũ, præterq; quæ inæqualitate & unius ictus, & ea quæ uocatur Systematica abundant. In uno quidẽ ictu ueluti pertusus, & fluctuans, & interim bis feriens, quẽ Dicroton appellaui, existit. In Systematica alias quoq; differẽtias obtinet, & nunc deficit, nunc coincidit. Quum autẽ omnes Peripneumonici acuta febre infestant, & soporosum quid habẽt, utrũ ipsorum exuperauerit, iuxta illam maximè crebritudinis quantitatem inuenit. Vbi febri magis est iuncta Peripneumonia, pulsus abundè creber est: ubi soporosior, minus creber est.

LETHARGICORVM PVLSVS.

Lethargicorũ pulsus similis Peripneumonicorũ, magnitundne, imbecillitate, mollicie, tardior ipso est, & rarior, minusq; inæqualis, deficiẽs magis q̃ coincidens. Est interdum etiã dicrotus. Semper autẽ Coma refert in altiore quidem cataphora, quã Latini uehementẽ dormiendi necessitatẽ appellant, in quibus hæc dicunt. Nam pulsus morborũ qui iam omnibus suis notis sunt absoluti, persequemur, ut etiã alibi deficientium & nondum satis perfectorũ magnitudinem, & quantã modò habeant, & quanta ipsis potest accedere, possimus cognoscere. Quoniam uerò subinde inæqualitatis meminimus, raro autẽ inordinationis, sciendum uenit hoc in uniuersum, inæqualitates plerunq; inordinationem consequi. Rarenter autem inuenire est pulsum inæqualem ordinatum. Itaq; minores offensæ, inæquales, &
B ordinatos: maiores inæquales, & inordinatos pulsus efficiunt.

PHRENITICORVM PVLSVS.

Phreniticorũ pulsus exiguus est. Rarissimè uerò magnus est uisus, mediocris roboris, durus, neruosus, creber, & ualde citatus. Habet etiam quid comati simile. Interim subtremere uidebit. Est quum spasmi modo abscissus apparet. Siquidem febris proprium in uelocitate accidens, maximè hic euidenter acquisiuit in utroq; diastoles extremo, magisq; exteriori. Integrum est etiam in situ inæqualitatis speciem inuenire, uehementer aliquando in ipsis orientem. Quin & tota tibi uidebitur arteria subinde, sede sua relicta, sursum rapidè ferri, cõcitata magis quàm pulsus modo eleuata. Pari modo etiam deorsum uersus cadit, conuulsa magis quàm depressa. Cæterùm nimia ipsius crebritudo incumbentem minatur syncopen.

Porrò est & aliud quoddam uitiũ, quod siue inter Lethargũ & Phrenitidem medium appellasse conueniat, ut quod cum neutro in totũ conueniat, siue amborum commune, ut mistum ex Phrenitidis speciebus & Lethargi, id quidem seorsim cõsiderabimus: uerùm ipsos pulsus modò exequemur. Ac ne ueluti quoddam ænigma sit propositũ, cum his quæ incumbunt pariter ipsum indicabo. Plerunq; conniuẽt oculis, somnoleti sunt, stertuntq;. Rursus diutissimè fixis ac incõniuentibus intuentẽ, Catochis similiter. Et si roges quippiã, cogasq; sermonem tecum habere, difficiles pigriq; sunt ad respondendum. Sæpe furentiũ instar sonant, minus rectè respondent, & temere nugant. Talis sanè affectus est, quẽ nunc indicare molior, ijs quę ipsi incumbũt, cognitus: proprij nominis indigens. Pulsus autẽ ipsius sunt citati, & crebri, Phreniticis similiter, sed minus. Ita & roboris minus illis obtinent. Lati autem sunt & breues, quiq; motũ extrorsum subitò absciſſum habent: uerùm alio quodam modo, quẽadmodum intrò festinantes, subterfugiunt accelerantes systolen, & ueluti suffurantes diastolen: non tamen in ea respondent phreniticorum pulsui, nam quod tanquam absciſſum est, non possident.

C

CATOCHORVM PVLSVS.

Catochorum pulſus (nam ueteres Græci catochos pro catechomenis ipſis, hoc eſt morbo tali obnoxijs, appellarunt. Catochen uerò, etiam catalepſin, recentiores affectum nominant) ſimiles quidem ſunt cæterò lethargicis, magnitudine, raritate, quemadmodū & totus affectus, à ſpecie affectus haud procul abſcedit, non tamen imbecillis catochorum pulſus, neq; mollis. Verùm in his nonnunquoq; haud parum uariant, quemadmodum & in eo, quòd lethargicis totus habitus ſoluitur quidem & intumeſcit: catochis autem conſtrictus eſt, & continetur. In hunc modum inæqualitate & qualitate differunt inuicem. Aequalis enim catochorum pulſus: lethargicorum inæqualis. Archigenes autem memoriæ tradit, arteriæ locum propriè in ipſis inueniri calidiorem, quemadmodum ijs qui ſpaſmo uexabuntur cum cataphora.

CONVVLSORVM PVLSVS.

Eorum qui ſpaſmum experiuntur, ipſum quidem arteriæ corpus coactum uidetur, & undiquaq; conſtrictū, non ceu ab aliquo contuſum, uel anguſtius redditum, neq; omnino rigidū, ſicut in febre, & præſertim ut acceſſionibus: neq; ut propter duritiem irreuocabile, ueluti quod ex diurno temporis ſpatio tale euaſerit, poſſimumq; cum quibuſdam erroribus, aut uſcerum uitijs, ſed quaſi corpus neruoſum, concauum, ſeu inteſtinū, uel perſimile aliquod ab utroq; extremo prætenſum. Sic autē & motus inæqualis, ſurſum & deorſum arteria chordæ modo tranſpoſita. Neq; enim diaſtoles, uel ſyſtoles ſignificatio eſt, uerùm turbationi magis ſimilis eſt, quaſi exiliente arteria ſurſum, rurſusq; intrò contracta, quod etiam nè diſcreto quidem tempore ipſi accidit, ſed uno fæpe alia ipſius pars ſurſum feriuidetur, tanquam ejaculata: alia intrò, ceu à quodam attracta. Atq; hęc uelociter mo
D ueri, illa tardè: iam uerò & uehemens eſſe magnusq; conuulſorū pulſus apparet. Hic autem eſt neq; imbecillis, neq; paruus, non tamen ſecundum imaginationem uehemens, aut magnus. Nam ictus multis imponit, dum propter tenſionē robuſtus apparet: propter turbationem uerò exiliens. Vnde etiam ſublimior interim apparet, & ueluti ſtrepitum quendam aſperū ad tactum efficit. Ac neminem qui fuerit in his exercitatus, pulſus iſte latere potuerit, ut qui nulli uel tenſione ad utraq; extrema, uel motus conuulſione ſimilis exiſtat. At ubi cataphoræ miſcetur, motus difficillimè poteſt deprehendi: ac ſolus ille qui utrunque adamuſſim per ſe cognoſcere eſt exercitus, etiam miſtionem poterit agnoſcere.

PARALYTICORVM PVLSVS.

Paralyſeos pulſus, paruus, languidus, & tardus eſt: quibuſdam ipſorum rarus quoq; eſt: quibuſdam & creber quidem, ſed inordinato modo deficiens.

EPILEPTICORVM ET APOPLECTICORVM PVLSVS.

Epilepticorum & apoplecticorū pulſus perſimiles. Quæ igitur de epilepticis dicentur, ea quoq; de apoplectis intenſa magis, dicenda putabis. Siquidem dum natura modicè turbat, & nondum affectus adeò inualeſcit, nullam eſt inuenire mutationem in magnitudine, uehementia, celeritate, frequentia, & duritie. Solùm autem ceu intenſa in utroq; extremo eſt arteria, cōuulſis ſimiliter. Sin autem ualidus fuerit affectus, ut uirtutem grauet, inæqualitatem quandam capit, & tenſionem ualidam: minor, languidiorq; euadit, rarus & tardus. Vbi uehementer opprimit, deijcitq; uirtutem, languidos, paruos, & citatos eſficit.

ANGINA LABORANTIVM PVLSVS.

Angina laborantium pulſus, tenſionē quandam ſpaſmo perſimilem obtinet. Magnus autem eſt, & undę modo incitat, unde Græcis *κυματώδης* dicitur, quemadmodum Peripneumonicorum. Atq; utrū in eo ualde exuperauerit, in co mutationē expectare conuenit. Si nanq; Peripneumonica ſpecies prævaluerit, in Peripneumoniam Angina deſinet: ſin autem conuulſoria, in conuulſionem. Quę uerò ex ipſis

A rò ex ipſis ualidè ſuffocantur, exiguus eis & rarus pulſus efficitur. Quum uita inde defunguntur, creber & inæqualis.

ORTHOPNOEAE, ID EST, QVVM RECTA ceruice ſpirare coguntur, pulſus.

Orthopnœæ acutæ pulſus inæqualis, & ſubdeficiens, & mediæ malitia, creber: extremè uiolentæ, tardus, & deficiens. Eius autē quæ hominē interimit, creber & languidus.

VTERI SVFFOCATI PVLSVS.

Vteri ſuffocationis pulſus, conuulſionis modo extenſus; & rarus, pernicioſè creber, & inordinatus, deficiensq;.

STOMACHI AFFECTI PVLSVS.

Stomachus affectus (ſic enim in præſentia os uentriculi à nobis quoq;, uulgatę conſuetudinis gratia, uocetur) non ſecundum unam ſpeciē pulſum uariat: ſed inflammationi obnoxius ſolùm, qualē in neruoſæ partis phlegmone fieri diximus, mutationem talem molitur. At ubi premitur, uel roditur, uel elanguęſcit, uel ſingultit, uel uomitu, uel nauſea, uel cibi faſtidio uexatur, uel dolet, pro ſymptomatis ſpecie pulſum mutat. Nam roſiones, & uomitus, & nauſeæ, & ſingultus, & languores præter quòd exiguū, & obſcurum generant, & nonnullis mediocriter citatum, eundem ualde crebrum repræſentant. At ſola compreſſio ſine horum aliquo, rarum, tardum, exiguum, & languidum efficit. Talis autem compreſſio tum ob cibos grauantes oritur, qui nullam uirtutē ualidam obtinent, uerùm ſola ipſa quantitate moleſtant: tum ob quoſdam humores roſionis expertes in ipſum confluentes. Sin autem ab ipſis refrigeretur, tunc iam & maximè talis pulſus erit. Ac eorū qui extrema fame laborant, *βουλιμίαν* Græci dicunt, huiuſmodi exiſtit. Qui igitur affectum in crebritatem uertūt, omnes temporis ſpatio uel etiam uehementiores redditi, uermiculantē pulſum efficiunt. Qui uerò in raritatem mutant, præ
B terquam quòd commemoratas differentias intendunt, talem quandam cum ipſis ſpeciem in inæqualitate iuxta unum pulſum generant, ut corpus arteriæ, multis foraminibus peruium eſſe, & nihil in eo continuum uideatur, ſed uelut arenæ alabentis ſenſus tactui in Diaſtole oboriatur.

HYDROPVM PVLSVS.

Hydropū pulſus, Aſcitis quidā longus, creber & ſubdurus cum quadā tenſione. Tympanitis longior, nō imbecillis, uolocior, creber, ſubdurus, cum quadam tenſione. Hydropis inter carnem, *ἀνὰ σάρκα* Græci nominant, fluctuoſus, latior, & mollis.

ELEPHANTIASI OBNOXIORVM PVLSVS.

Qui cum Eleaphantiaſi conflictantur, pulſum habent exiguum, imbecillem, tardum, & crebrū.

ICTERICORVM PVLSVS.

Ictericorū pulſus ſine febri mitior, crebrior, durior, non languidus, nō citatus.

EORVM QVI VERATRVM ASSVMPSERVNT.

Veratro aſſumpto paulò ante uomitum, quando comprimuntur, qui aſſumpſerunt, latus, rarus, languidior, tardior. Quū uomunt, diſturbanturq;, inæqualis, & inordinatus pulſus eſt. Quum melius habere incipiunt, ordinatus quidem, uerùm inæqualis adhuc, ſed minus quàm antea. At ubi propè naturalem ſtatum recuperauerint, æqualis, maiorq; prioribus & uehementior. Qui uerò inter ipſos ſyncope corripiuntur, conuelluntur, & ſingultiunt; ijs exiguus, languidus, inordinatus, inæqualis, non tamen creber, neq; citatus, ſed tardus potius: cæterùm fluctuoſum aliquid ſimul repræſentat & latum, & nonnunq; etiam breuem quandam arteriæ tenſionem.

FINIS.

+ RV
1920:4996